Erat autē vterqȝ nud⁹ ñ erubeſcebāt Nihil putabāt velādū qz nichil ſenſerāt refrenandū: ſicut nō erubeſcimus ſiqs viderit man⁹ ⁊ caput et pedes noſtros Inordinatus enī motus mēbrorum ipſa facit pudenda. Sic ⁊ pueri ſi videant pudenda eorum non erubeſcūt: qz beneficio etatis motum erubeſcibilem nondū ſenſerunt qui pudendus eſt ⁊ inordinatus: quia non ſine peccato fit niſi raro ſpe prolis excuſatus: cū tñ excuſari poteſt a peccato: rubore carere non poteſt. Unde ſanctus zacharias cuȝ ſanctā eliſabeth cognoſceret ad gignendū ſanctū p̄curſorem domini: tamen videri noluit. Et quibuſdam hic viſum eſt deum precepiſſe vtriqȝ de abſtinētia pomi: licet preoccupatum ſit.

¶ De ſuggeſtione ſerpētis ſiue demonis. Cap.xxi

A Geñ.iij.

Serpens erat callidior cunctis animantibus terre: ⁊ naturaliter: ⁊ incidēter Incidenter: qz plenus erat demone. Lucifer enim deiectus a paradiſo ſpirituū: inuidit homini qz eſſet ī paradiſo corporū. ſciens ſi faceret eū tranſgredi. qz ⁊ ille eijceretur. Timens vero deprehendi a viro: mlierē min⁹ pudā ⁊ cereā ī vitium flecti aggreſſus eſt. Et hoc p̄ ſerpentē: quia tunc ſerpens erectus eſt vt homo: quia in maledictione proſtratus eſt: et adhuc vt tradunt phareas erectus incedit. Elegit etiam quoddam genus ſerpentis (vt ait Beda) virgineuȝ vultum habens: quia ſimilia ſimilibus applaudunt: et mouit ad loquendum linguam eius: tamen neſcientis: ſicut ⁊ per phanaticos ⁊ energuminos loquitur neſcientes: et ait. Cur precepit vobis deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi. id eſt vt comederetis de ligno: ſed non de omni. Querit vt ex reſponſione occaſionem inueniat dicendi ad quod venerat. Et ſic factum eſt. Cum enī quaſi dubitando dixit mulier. ne forte moriamur: quia dubitās ad quamlibet partem de facili flectitur: vnde ſecurus de imperatione ait. Nequaqȝ moriemini: immo de⁹ nolens vos ſimilari ei in ſcientia. et ſciens qz cum comederetis ex ligno hoc: eritis ſicut dij ſcientes bonum et malum: quaſi inuidus prohibuit. Et elata mulier volens ſimilari deo: adquieuit.

F Mēdax eſt Iohā.viij.

¶ De eſu pomi et ſtatu poſt peccatū. Cap.xxij.

B Geñ.iij.

Vidit quoqȝ mulier prius qz lignum eſſet pulchrum viſu.i. mundum: et ex odore vel tactu notans qz ad veſcendum ſuaue. comedit. deditqȝ viro ſuo: forte premonens verbis perſuaſibilibus que tranſit legiſlator breuitatȝ cauſa. Qui et ei facile adquieuit: quia cum crederet prius mulierem ſtatim morituram iuxta verbum domini: ⁊ vidiſſet non fuiſſe mortuaȝ: dictū hoc a domino eſtimauit quaſi tātum ad terrorem: et comedit. Et aperti ſunt oculi eorum: ideſt viſu tale quid perceperunt: quod non ante. diſconuenientiam ſcilicet nuditatȝ. Uel nō de ocul' corpis ītelligēdū ē cū dictū ſit Uidit mlier lignū. ⁊c. Nō ei acceſſerēt ad lignū quaſi palpones Sed oculos eorū. dicimus concupiſcentiam ⁊ cognitionem eius. Erant enim in eis

Nota.

naturales motus concupiſcentie: ſed repſſi ⁊ clauſi vt in pueris vſq; ad pubertatē: ⁊ tunc tanq̄ riuuli aperti ſunt ⁊ ceperunt moueri et diffundi quos cum prius in ſe eſſe non ſenſiſſent: tunc experti ſunt et cognouerunt eos. Et ſicut inobedientes fuerunt ſuo ſuperiori: ſic ⁊ mēbra ceperunt moueri cōtra ſuū

Peccati pena. ſuperius .i. rationem. Et primum motum concupiſcentie contrariū rationi ſenſerunt in genitalibus ⁊ ſua ꝯtra ſe moueri videntes erubuerunt. Unde ⁊ illa pudenda dicta ſunt. Cetera quidem membra ad nutum hominis ſtant aut mouentur: pudenda non. Quia vero hec eſt porta ꝓpaginis ⁊ inobedientia membrorum: quaſi ſignum inobedientie parentum ſcriptum eſt ī porta. Et cognouerunt ſe nudos .i. diſcōuenire pudenda .i. erubuerunt videri pudenda. Tamen ioſephus tradit ſcientiam cognoſcendi ſe nudos: ⁊ intelligendi cōfuſionem ſuam: habuiſſe ex eſu ligni: quaſi hunc effectum naturaliter habentis dicēs. Iſta nāq; plātatio cauſa acuminis erat ⁊ intellectus.

De maledictionibus ſerpētis viri ⁊ mulieris. Cap. xxiiij.

Gen. iij. TUnc fecerūt ſibi perizomata, id ē ſuccinctoria quaſi bracharum breues vt cāpeſtria. Nec ſine cā de folijs ficuū q; de ſucco eorū ſi teratur caro hominis inuncta ſtatiz ibi ſentit voluptatꝫ pruriginem: vt quaſi ꝑ hoc oſtēſum ſit: q; pruriginem voluptatis iam in carne ſenſerant: que prurigo deſignat pruriginez voluptatꝫ quam ipſi habuerūt. Hinc quidā dicunt ficum fuiſſe arborem ꝓhi

Additio. id eſt femoralia de cāpania vbi hoies curſores ſunt vt expediti us currant.

bitam. Et audierunt vocem dn̄i deambulantis: vt ex ipſo ſuo motu iam videretur eos arguere: q; non ſteterant in precepto. Loquebatur autem per ſubiectam creaturam: eis. Et abſconderunt ſe a facie dei in medio lignorum. Uocauitq; dn̄s virum: ſcꝫ cui dederat preceptum: ⁊ increpando nō ignorando ait. Adam vbi es .q.d. Uide in qua miſeria es Qui ait Abſcondi me: q; nudus eram Stulta reſponſio: quaſi diſpliceret nudus qui tal' fuerat factus Et ait dn̄s. Quis hoc indicauit tibi niſi q͂ de ligno comediſti. Ille vero nō hūiliter confitens: ſꝫ peccatum ī vxorem retorquens imo in ip̄m mulieris datorem ait Mulier quā dediſti mihi ſociam: dedit michi de ligno: ⁊ comedi. Et ad mulierē ait Quare hoc feciſti. Nec ipſa ſe accuſauit : ſed obliquauit peccatū in ſerpentem: tacite vero in autorem ſerpentis. Serpens vero non interrogatur: q; per ſe hoc nō fecerat: ſed diabolus per eum. Et maledicens eis: incepit a ſerpēte: ordinem ſeruans ⁊ congruum maledictionum numerum. Serpens enim ⁊ prius ⁊ plus peccauit: q; in tribus. mulier poſt: ⁊ minus eo ſed plus viro: q; in duob9. homo poſtremo ⁊ minus: q; in vno. Serpens inuidit: mētitus eſt: decepit His tribus reddite ſunt tres maledictiones. Q; inuidit hominis excellentie: dictum eſt ei. Sup pectus tuū gradieris. Q; mentitus eſt: punitus eſt in ore: vnde terraꝫ comedes omnib9 diebus vite tue. imo abſtulit ei vocem: ⁊ poſuit ei venenum in ore. Q; decepit: accepit hoc. Inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem. Hinc innuitur q͂ eua penituit. Ipſa conteret caput tuum quod naturaliter ſeruat ſerpens quaſi ſedem vite Et tu inſidiaberis calcaneo illius maxime. Et ſicut naturale odium eſt inter

Gen. iij.

equos ⁊ griphes. lupos ⁊ canes. ſic inter hominem ⁊ ſerpentem. Sicut enim venenum ſerpentis hominez: ſic ſputum hominis ieiuni perimit ſerpētem. Et qꝛ adhuc nudi erant: ſerpens modo hominem timet nudum: ⁊ fugit. ⁊ ı̄ veſtitum inſilit. In duobus peccauit mulier Superbiuit ⁊ vetitum comedit. Quia ſuperbiuit: humiliauit eam dicens. Sub poteſtate viri eris violenta: vt etiā vulnerib⁹ te affligat in defloratione. Nunc quidem ſubdita eſt viro cō ditione ⁊ timore. cui prius ſubiecta fuerat: ſed amore. Et qꝛ in fructu peccauit in fructu ſuo punita eſt Unde dictum eſt ei. In dolore paries. Quod dictum eſt ei in dolore: maledictio eſt. ſȝ paries benedictio eſt Maledicta enim ē ſterilis. Et ita in puniendo non ē oblitus: miſereri deus. quod etiā in alijs maledictionibus hominū notādū eſt. Adam: qꝛ in ſolo eſu peccauit: in labore querendi ſibi edulij punitus eſt. ſic. Maledicta terra in opere tuo. ſ. pro opere tuo .i. ꝓ peccato: pro quo factum eſt: vt terra que bonos prius ⁊ vberes fructus ſponte faciebat. deinceps raros nec ſine hominis labore. qſi qȝ etiam ꝓ fructibus ſpinas ⁊ tribulos germinabit. Et addidit. Et comedes herbas terre: quaſi etiā in hoc par eris iumento. Terre autē maledixit: quia de fructu terre tranſgreſſio facta eſt: ⁊ non aquis. Inde eſt ꝙ comedit dñs piſcē: ſed non legitur comedıſſe carnem viuentiū de terra maledicta: niſi forte de agno paſchali: ꝓ peccato legis. Addit ergo de labore. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec in terrā reuertaris. i. donec moriaris: qꝛ terra es ⁊ in terrā ibis. Pulcre dictū eſt: ibis. quia qui in eodē ſtatu ſtetiſſes: donec trāſires in meli⁹ ſi velles: mō de miſeria in miſeriam ibis more

Eue peccatorū pena.

A .i.Cori.xj

Ade pctī pena.

Sed nō tȝ argumentum ab auctoritate negatiue.

fluentis aque. Et tūc adam plangens miſeriam poſteritatis ſue vocauit vxorem ſuam euam vt dictum eſt.

De eiectione eorūdem de paradiſo ⁊ romphea ignea. Ca.xxiiij.

FEcitq; de⁹ ade ⁊ exori ei⁹ tunicas pelliceas. i. de pellib⁹ mortuorum animalium: vt ſignū ſue mortalitatis ſecū ferrent. et ait Ecce adam factus eſt quaſi vnus ex nobis: ironia eſt. qſi voluit eſſe vt deus: ſed in euidenti eſt modo ꝙ non eſt. Nec ē vox dei inſultantis: ſed nos a ſuperbia corrigentis: et eſt vox trinitatis. Ul eſt vox dei ad angelos: ⁊ eſt vox plangentis: quod ptȝ: qꝛ factus ē a me: vt eſſet quaſi vnus ex nobis ſi ſtetiſſet. Nūc ꝙ ne forte mittat manum ſuā: et ſumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternū. Apoſiopeſis eſt. quaſi. videte vel cauete vel eijcite eū. Dura videt̄ dei ſententia que p̄dictis penis penam eiectionis addidit. Sȝ contra. Hanc enim penaȝ quā dederat miſericorditer temperauit vt verū de eo appareat. Cū irat⁹ fueris miſericordie recordaberis: quia enim victuri erant in miſeria quanto eſſet vita diuturnior tanto miſerabilior Si ergo guſtaſſēt de ligno vite diutius vi-

Additio.

Qȝ dictum eſt viuat in eternū: ad opinionē hominis trahēdū eſt. q. d. ⁊ comedat hac opinione vt viuat ı̄ eternum vel eternū accipit̄ ꝓ multo tēpore. Quidam tradūt eos fuiſſe in paradiſo. vij. horas.

Additio.

Eiectionē ꝑmorum parentum repreſētat eccleſia in capite ieiunij cum eijcit ex ſe penitētes. cilicium dat in ſignum tunicarum pellicearū

D Geñ.iij.

Fecit. ſcōȝ quoſdaȝ. i. iuſſit vt ſibi faceret.

C Abbacuc. iij.

uentes diutius miſeri eſſent. Nec eſt mirum ſi etiā poſt peccatum ꝑ eſum ligni illius diutius vixiſſent cuz adhuc ſint quedam inſule viuētium in quibus nullus moritur ſic etiaz lanugo fit in folijs arborū apud ſeres: cuius eſu vita ꝓtelatur. Etiam alexander ſcripſit ariſtoteli d ſacerdotib⁹ arborūz ſolis ꝛ lune ꝙ eſu pomorum longiſſimā agant vitam.

Seres nomē loci eſt.

Et ſicut dixerat emiſit eum dominus de paradiſo voluptatis vt operaret terram de qua aſſūptus ē in agruz ſcz damaſcenuz de quo ſumpt⁹ fuerat: in quo

cinerez ſub his verbis cinis es ꝛ c̄. ꝛ in memoriam maledictionis: eiecti ardentes candelas ferunt: q: pro opere quo porrexerunt manus ad pomum vetituz appoſita eſt ignea romphea paradiſo Tranſeunt quoqꝫ ad aliam eccleſiaz: ꝛ claudunt coram eis fores in ſignum aditus paradiſi quōdā occluſi. Nō ad menſam: ſed ſuper terram comedunt q: maledicta terra ī opere tuo Nemo dicit eis aue. quia nōdum mutatū erat nomen eue quod in ſalutatione beate virginis marie factum eſt.

Cain Abel ſuum fratrem interfecit iuxta quē Adam et Eua ſepulti ſunt in ſpelunca duplici Et collocauit ante paradiſum voluptatis cherubin ꝛ flāmeum gladium atqꝫ verſatilem vt angel⁹ arceret diabolum: ignis hominē Uel miniſterio angelorum poſuit ignem ibi qui intercluderet paradiſi ingreſſum qui nomine gladij nō cuiuſlibet ſed verſatilis dicitur. id ē vtrobiqꝫ ſecantis. q: pena fuit homini ī vtraqꝫ parte ſui puniri ī anima ſcz ꝛ in corpore Uel dictus eſt verſatilis. id eſt aptus ad verſandum. i. tollēdum cum deus vellet

D
Geñ. iij.

Ablatus enim fuit ad tempus intrantibus Helia et Enoch. penitus vero non. donec in morte xp̄i fuit extinctus. Si queritur quid conſumebat ignis ille. Poteſt dici: quia quedam ſpecies eſt ignis: ſicut in vita beati Nicolai legitur cui ſi magnum adhibes ardorem ſentis. ſed non pateris aduſtionē: nec eget materia quā conſumat: ꝛ taliter vrit ſpiritum. ¶ Iterum ſi queritur. quare pmiſit deus hominem tentari cum eum ſciret lapſurum Et de multis in hunc modū: dicimus q̄ntum ad preſens attinet opus q: ſic voluit. ¶ Si queritur cur voluit: inſipida eſt q̄ſtio querere cauſam diuine voluntatis cum ipſa ſit ſumma cauſa omnium cauſarum.

Nota bñ contra curioſos.

¶ De gnātionib⁹ Ade. Ca. xxv.

A
Geñ. iiij.

Adam cognouit vxorem ſuaz ſz nō in paradiſo. ſed iam reus ꝛ eiectus Breuiter legiſlator generatiōes ade trāſit feſtinās ad tempora Abrae patris hebreorum ꝛ plures ſubticet Ade filios ꝛ filias Sed Methodius martyr orauit dum eſſet ī carcere: et reuelatum eſt ei a ſpū de principio ꝛ fine mūdi: quod ꝛ orauit ꝛ ſcriptum licet ſimpliciter reliquit dicēs ꝙ ꝟgines egreſſi ſūt de paradiſo. Et anno creationis vite Adā. xv, natus eſt ei Cain: ꝛ ſoror ei⁹ chalmana. Et ſi enim factus eſt Adam quaſi in etate. xxx. annorum tamen fuit vnius diei ꝛ anni. ꝛ poſt duorum annorū ꝛ triū: ꝛ ſic de ceteris. Et potuit ante Cain multos genuiſſe qui tacētur hic. Poſt alios. xv. annos natus ē ei Abel ꝛ ſoror eius Delbora. Anno vite Adam. cxxx. Cain occidit Abel: ꝛ luxerūt eum Adā ꝛ Eua centū annis Tunc natus ē ei Seth. xxx. anno prime ciliadis:

.i. prime etatis. Unū ſeculum ſcꝫ ſpaciū mille annorū ciliadem dicimus. Inchoat enim methodiꝰ ſcla poſt .cc. annos Ade. et vocat ſclm vnā ciliadē. Et ꝯſonant in hoc .lxx. qui dicunt Adā ccxxx. annorū eſſecum genuit Seth. ſed tamē i hebreo ē .cxxx. Et omittūt hebrei .c. x. annos luctus. ¶ Sed tamen redeamꝰ ab breuitatē geneſis.

Additio.

Locus i quo luxerunt eū dicit vallis lachrymarum iuxta ebrō. Ciliaſ dis mille interpretaꝭ. ꝛ vbi nos .vj. etates dicimꝰ: greci dicunt .vj. ciliades. nō ꝙ omnis etas mille habuerit annos. Quedam enim plures quedam pauciores habuit.

Concepit Eua ꝛ peperit Cain qui interpretatur poſſeſſio. rurſumqꝫ peperit Abel quod ſonat luctꝰ vł meror vel vapor: quaſi cito tranſiturus tanqꝫ nomine ꝓphetatum fuerit: quod de ipſo futurum erat: tñ ſm Joſephum interpretatur nichil hic: qꝛ nō reliqt ſemen ſuper terram. Abel fuit paſtor ꝛ Cain agricola. Cum enim eſſet malignisſimus vt etiam auaricie conſuleret ſue: primus terraꝫ incoluit.

¶ De oblatōibꝰ fratrū. Ca. xxvj.

A Gen. iiij.

Poſt multos dies obtulerunt dño munera Cain de frugibus Abel ſm Joſephum lac ꝛ primo genita agnoꝝ. Moyſes ait de adipibus eoꝝ. i. d' pinguioribꝰ gregis ēt obtulit. Credit Adā in ſpū docuiſſe filios vt offerrēt decimas deo ꝛ primitias. Et reſpexit deꝰ ad Abel ꝛ ad munera eius. ad Cain vero ꝛ ad munera eius non reſpexit: qꝛ placuit deo abel. ꝛ ꝓ iſo placuit oblatio eius qđ qūo cognitum fuerit: alia trāſlatio aperit. Inflāmauit deus ſuper abel: ꝛ ſup mūera eiꝰ. Ignis eīn de celo oblationem eius incendit: vt legitur Helie factum i carmelo ꝛ i Leuitico ſub moyſe. Munera vero Cain ex auaricia hoīs nata deo non placuerūt. Iratuſqꝫ eſt Cain et ꝯcidit vultus eius pre verecundia minorem ſibi ꝓlatum videns. Increpās ergo dñs Cain ait. Quare iratus es? Nōne ſi bñ egeris recipies ꝓmium. ſcꝫ a me: vel pro recipies, theodotio poſuit acceptabile erit munus tuū. Sin autem male: ſtatim peccatū i foribus aderit. i. ꝓſto eſt. ꝛ in voluntate ꝑ quam ingreſſus eſt ad opus. Sed tamē quia liberi es arbitrij: ſub te. id ē i poteſtate tua erit appetitus eius peccati: ꝛ dominaberis illius ſi volueris. Alia trāſlatio habet. Quare ꝯcidit vultus tuꝰ? Nonne ſi recte offeras ꝛ recte nō diuidas peccaſti? Quieſce. Ad te conuerſio eius: ꝛ tu dominaberis illius. i. in te eſt vt peccato cōuertaris. Recte obtulerat: qꝛ deo: qꝛ creaturam creatori ſed non recte diuiſerat. qꝛ ſeipſū qui melior erat oblatione obtulerat diabolo. Uel non recte diuiſit: quia meliora ſibi retinuit: ſpicas ꝓo attritas ꝛ corroſas ſecus viā dño obtulit.

A Hebre. xi.

F iij. re. xviij.

A leuitici. x.

A et ſilr. ij. paralipomenon. vij.

¶ De morte Abel. Cap. xxvij.

B Gen. iiij.

Nuidēs itaqꝫ Cain fratri ſuo dixit ad eum. Egrediamur foras in agrū: vel trāſeamus. Dicit Hieronymus: quia hoc ſuperflue in ſamaritanorum libris ꝛ noſtrorum reperitur. Non enim legitur quid dixerit ad eum. ſed itelligendum eſt ꝙ dixerat ei verba domini increpātꝭ ſcꝫ. Et tūc cōſurrexit aduerſus abel ꝛ īterfecit

Additio.

Qui receperāt pentateucū vt liberarenꝭ a feris. ſed corruperant multis addendo ſcōm numerum.

eum: ⁊ dixit dominus ad eū. Ubi eſt abel frater tuus. Non ignorando ſed increpando i properans fratricidium. Qui cum vellet occultare factum. dixit deus Uox ſanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. i. notoriū eſt quod feciſti: quia effuſio ſanguinis hoc indicat: nec eget accuſatore quod in euidenti eſt Inde eſt ꝙ in eccleſia quorūdam mos eſt: etiam ſi nemo accuſet pro ſanguinis effuſione ſuſpecti in loco ſacro trahunt in cauſam: quia ſanguis clamat: quod ſi negauerint: iudicio dei examinentur: ⁊ iuramento

Cain pena.

Nunc ergo maledictus eris ſuper terram vagus ⁊ profugus. Merito iſte maledicitur ⁊ non adam: quia ſciens iſte penam prime preuaricationis: inde fratricidium addidit. Timens ergo Cain ne vl' beſtie deuorarēt eū ſi egrederetur ab hominibus: vel ſi maneret cum eis occiderent eum pro peccato ſuo dānans ſe et deſperans ait. Maior eſt iniqtas mea ꝙ vt veniā merear. Omnis qui iuenerit me occidet me. Ex timore hoc dixit vel optando dixit. quaſi diceret. vtinam occidat me.

Additio. Maior eſt iniqtas mea ꝙ ſit id quo veniā merear. q. maior ſit iniquitas mea omni merito.

Dixit ꝗ ei deus. Nequaꝗ ita fiet. Non cito ſcilicet morieris ſed omnis q occiderit Cain. ſupplendū eſt. liberabit eum a timore: a labore: et miſeria Et tunc additur imperſonaliter ſeptuplum punietur. id eſt punitio fiet de eo dum viuet i pena vſꝗ ad ſeptimū lamech quod conſonat trāſlationi. lxx. Omnis qui occiderit Cain: ſeptem vindictas exoluet Tradunt quidam penam eius duraſſe vſꝗ ad ſeptimā eius generationem: quia ſeptem peccata cōmiſit. Nō recte diuiſit: fratri inuidit: doloſe egit: vocans in agrum occidit: procaciter negauit: deſperauit: penitentiam damnatus non egit. Uel omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur .i. plus ꝙ ipſe Cain pro prohibitione homicidij que nondum fuerat facta Cain. Et poſuit deus ſignum in Cain: tremorem capitis: Qr fratrē ſuū q erat caput eccl'ie occiderat: vt ſic ſciret a dño punit⁹ excommunicatus: ⁊ indignus miſericordia nec interficeretur. Tūc egreſſus a facie dñi habitauit ad plagam orientalem eden id eſt deliciarū non in delicijs. ſed verſus terram deliciarum Joſephus ait: ⁊ multam peragrans terram cum vxore ſua chalmana collocat⁹ eſt in loco qui nayda nuncupatur in quo ei etiam filij nati ſunt. Hieronym⁹ tamen dicit. Non eſt terra nayda vt vulg⁹ noſtrū putat. ſed habitauit in t'ra nod id eſt inſtabilis et vagus quod ſonat nod. ⁊ dr Cain nod.

Additio. ¶ Eiectiones Cain repreſentat eccl'ia excōicādo ſāguinarios ꝑcipue cum candelis extinctis: quia ⁊ ille ⁊ iſti vitam fratrū extinxerūt.

¶ De generatiōibus Cain Capitulum. xxviij.

Gen. iiij.

Cognouit cain vxorem ſuam que peperit ei enos ⁊ fecit ciuitatem. et dixit eam Enos ex nomine filij ſui enoch. Hic patet ꝙ iam multi homines erant: ⁊ ſi non dicatur eorum generatio quos cōuocauit Cain ad vrbem faciendā: quorū auxilio eā fecit. Et ait ioſephus: qꝛ rapinis ⁊ violētia opes cōgregans: ſuos ad latrocinia inuitabat: ⁊ ſimplicitatem vite hoīm ad inuentionē et ſequalitatē ꝑmutauit mēſurarū ⁊ ponderū ⁊ ad calliditatē ⁊ corruptionē ꝑduxit Termios terre ꝓ

mus poſuit: ciuitates muniuit ſi-
ue murauit: ꝛ timẽs quos ledebat
obſecuritatẽ ſuos in vrbib⁹ colle
git. Porro enos genuit irad: qui
maniahel q̄ matuſael: q̄ lamech:
qui ſeptimus ab adam ꝛ peſſim⁹:
Prim⁹ bigamus. qui primus bigamiã introduxit. ꝛ
ſic adulterium ꝯtra legem nature
ꝛ dei decretum ꝯmiſit. In prima
enim creatiõe vnica vnico facta ẽ
mulier: ꝛ deus per os ade decre-
uerat. Erunt duo in carne vna.
Accepitq; duas vxores adam et
ſellam. Genuitq; ada iabel: q̄ adi-
uenit portatilia paſtorum tento-
ria ad mutanda paſcua: ꝛ greges
ordinauit: ꝛ characteribus diſtin
xit: ſeparauitq; ſm genera greges
ouiu; a gregibus hedorum: ꝛ ſm
qualitatem vt vnicolores a grege
ſparſi velleris: ꝛ ſm etatem vt an-
niculos a maturioribus ꝛ cõmiſſu
ras certis temporibus faciendas
intellexit. Nomen fratris eius tu
Muſices inuentor. bal: pater canentium in cithara ꝛ
organo. Non inſtrumentorum q̄-
dem que longe poſt inuenta fue-
runt: ſed inuentor fuit muſice. i. cõ
ſonantiarum vt labor paſtoralis
quaſi in delitias verteretur. Et q̄r
audierat adam ꝓphetaſſe de duo-
bus iudicijs: ne periret ars inuen
ta ſcripſit eam in duab⁹ columnis
in qualibet tota; vt dicit ioſeph⁹:
vna marmorea: altera latericia:
quarũ altera non dilueretur dilu-
uio. altera non ſolueretur incẽdio
Marmoream dicit ioſeph⁹ adhuc
Prim⁹ metalloꝝ opifex. eſſe in terra ſyrica. ¶ Sella genu
it tubalcaim: q̄ ferrareã artem pri
mus inuenit res bellicas pruden-
ter exercuit: ſculpturas operũ in
metallis in libidinem oculorũ fa-
bricauit. Quo fabricãte tubal de
quo dictũ eſt ſono metallorũ dele
ctatus ex ponderib⁹ eoꝝ ꝓportio
nes ꝛ ꝯſonantias eoꝝ q̄ ex eis na-
ſcuntur excogitauit: quã inuẽtio-
nem greci pythagore attribuunt
fabuloſe: ſicut et ex ope fruticum
excogitauit operari. i. ſculpere in
metallis. Cũ enim frutices incen
diſſet in paſcuis: vene metalloꝝ;
fluxerunt in riuulos: ꝛ ſublate la-
mine figuras locoꝝ in quib⁹ iacue
rant referebant. Soror vero tubal
caim: noema: que inuenit artẽ va-
rie texture. Lamech aũt ſm ioſe- De lamech.
phum res diuinas ſapiẽter ſciẽs:
videns Cain communi pene ſub-
iacere: ſibi vero deberi maiorem
penam: predixit hoc mulierib⁹ ſu-
is ſic: quoniã occidi virum in vul-
nus meum: ꝛ adoleſcẽtem in liuo-
rem meum: ſeptuplum dabitur vltio
de Cain. de lamech vero ſeptua
gies ſepties. Lamech vero vir ſa-
gittarius diu viuendo caliginem
oculorum incurrit: ꝛ habens ado-
leſcentem ducẽ dum exerceret ve- Caim occidit' de lamech
nationem ꝓ dilectione tantũ ꝛ vſu
pelliũ [quia non erat vſus carniũ
ante diluuiũ] caſu iterfecit Cain:
inter frutecta: eſtimãs feram: quẽ
quia ad indicium iuuenis dirigẽs
ſagittam interfecit. Et cum expi-
retur q̄ hominem ſcʒ Cain inter-
feciſſet/irat⁹ illi cum arcu ad mor
tem verberauit eum. Occiderat
ergo Cain in vulnere adoleſcen-
tem i liuore vulneris. Vel vtrũq;
occiderat in vulnus ꝛ liuorem ſu-
um. i. in damnationem ſuam. Et
ideo cum peccatum Cain punitũ
eẽt ſeptuplum vt diximus ſuũ pu
nitu; eſt ſeptuagies ſepties. i. lxx.
anime ꝛ ſeptem egreſſe de lamech
in diluuio perierunt. Vel hoc nu-
mero maioritatem pene tantum
notat. Hebreus ait. Mulieres ſue
ſepe male tractabant eum Unde
ipſe iratus dicebat eis ſe pati hoc
pro duplici homicidio quod ege-
rat: tamen terrebat eas ſubdendo
penam. q. d. Cur me vultis interfi
cere? Graui⁹ punietur qui me in-
terficiet q̄ qui Cain.

¶ De Seth ꝛ eius generatione. Cap. xxix.

D
Geñ.iiij.

Ognouit quo q adam adhuc vxorem ſuam q̄ peperit filium ⁊ vocauit eum ſeth. Dicit ſtrabus poſt mortem abel vouiſſe adam non vltra vxorē ſuā ſe cogniturum: ſed deo iubēte per angelū fregit votum/ vt dei filius de eo naſceret. Tamē ioſephꝰ dicit: q abel extincto ⁊ Cain effugato: adam d̄ procreatiōe filiorum cogitabat. et vehemēter eū generationis amor augebat. hanc cogitationem propagationis potuit vocare ſtrabus preceptum dñi q iuſſerat Creſcite ⁊ multiplicamini. Sed ⁊ ſeth natus eſt filius quem vocauit enos: qđ ſonat homo vel vir quaſi rationalis ⁊ fortis: q primus cepit inuocare nomē dñi Forte inuenit verba deprecatoria ad inuocandum deum. Sz pleriq hebreorum arbitrantur q imagines ad honorē dei ex cogitauerat et errāt. Vel forte ad excitādam pigriciam memorie dei effigiauit dñm vt modo fit in eccleſia.

Additio. Legitur adam .xxx. habuiſſe filios ⁊ totidē filias p̄ter cain et abel.

Epilogum interſerit. Capłm .xxx.

A
Geñ.v.

Ic eſt liber generationis ade. Repetit de generatione ade: vt integrum ordinem genealogiarum proſequatur. Vñ quidam incipiūt ab adam primā etatē Alij a ſeth: qbus aſſētit methodius. ⁊ ideo hoc dicit: q de abel nullus natus eſt: ⁊ generatio Cain tota perijt in diluuio Vixit adā .cxxx. annis: ⁊ genuit ſeth ad imaginē et ſimilitudinē ſuam: ipſe ad imaginē dei: reliqui ad imaginem eius ade: qđ fere idē eſt. Vel potius mortalis mortales Unde qualis terrenus tales et terreni Forte moyſes .c. annos luctꝰ ade p̄termiſit: q vt diximus .lxx. ⁊ methodius ⁊ ioſephus .ccxxx. annos eum fuiſſe ſcribūt cū genuit ſeth Iſte genuit enos: qui cainam: qui malaleel: q iareth: q enoch q matuſalē: q lamech: q noe. Sicut ergo in generatione Cain ſeptimus ſcz lamech fuit peſſimus: ita in generatione ſeth ſeptimus. ſ. enoc fuit optimus. Et tranſtulit illū deus in paradiſum voluptatis ad tp̄s: vt in fine tempoꝶ cū helia conuertat corda patrū in filios. Iudei tamen cauſam huius tranſlationis attribuunt potius ſeptenario q̄z ſanctitati eius quia plures legūtur ſanctiores eo: quorū nullus tranſlatus eſt In tātum enim aiūt deū omnia ſub ſeptenario diſpoſuiſſe q etiam dicunt eum ſeptem celos creaſſe: ⁊ cuiq nomen ſuū datū: ⁊ ſeptem terras quas dauid fundamenta montiū vocat De annis matuſalem diuerſe ſunt opiniōes Scđm computationem .lxx. vixit annos .xiiij. poſt diluuium: ſed nō legitur fuiſſe in arca nec tranſlatꝰ vt enoch. Quidam dicunt q mortuꝰ fuerit ante diluuiū ſex annis. Hieronymus aſſerit q eodem anno in quo fuit diluuium mortuus eſt. quod etiā diligens cōputatio annoꝶ eius ſm geneſim manifeſtat. Tamen oēs in numero annorum vite eius conueniunt: q vixit annis nongētis ſexaginta nouem Porro noe fuit decimꝰ ab adā in quo prima etas terminata eſt: ita q ⁊ ipſe fuerit in ea. Huius etatis ānos .lxx. ponūt duo milia. cclxiij alij .lxiiij. Hieronymus nō plene duo milia. Methodiꝰ duo milia. Ipſe tamē p ciliades ſecula diſpo-

De enoch

B
Malachie. iiij.

Additio. Enoch quaſdā līras inuenit et quoſdaz libros ſcripſit ſub quo adā intelligitur mortuus.

De matuſale.

nit:nec apponit annos ſi ſupſint ⁊
ideo nihil certum de numero an-
norum tradidit.

A

Gen. vi.

¶ De cauſa diluuij. Cap.xxxi.

Ⅿ De vero cum
quingẽtoꝝ eẽt ãnoꝝ
genuit ſem.cham ⁊ ia
phet Moyſes dictu-
rus de diluuio premiſit cauſã eius
dicẽs. Cũ cepiſſent homines mul
tiplicari ſuꝑ terrã:videſt filij dei
.i.ſeth religioſi filias hoiꝫ.i.ď ſtir
pe Cain:⁊ victi ꝯcupiſcẽtia acce-
perũt eas vxores:⁊ nati ſunt inde
gigãtes. Tẽpus quidẽ qñ factum
fuerit hoc vtrũ ſub noe vel añ: vel
multũ vel parũ añ nõ determinat.
¶ Joſephus aũt dicit ꝙ vſqꝫ ad ſe
ptimã generationẽ boni ꝑmãſe-
rũt filij ſeth. Poſt ad mala ꝓgreſ
ſi ſunt recedentes a ſolẽnitatibus
paternis:⁊ ob hoc ꝯtra ſe deum ir
De gigantibus. ritauerunt. Nam multi angeli dei
.i.filij ſeth.[id eſt q ſupra filii dei]
cũ mulieribus coeũtes iniurioſos
filios genuerunt:qui ꝓpter ꝯfidẽ-
tiã fortitudinis gigãtes a grecis
dicti ſunt. ¶ Methodius cauſã
diluuij hoim ſcꝫ peccata diffuſius
exequitur dicẽs: qꝛ quingẽteſimo
anno ꝑme ciliadis. id eſt poſt pri-
mã ciliadem filij Cain abutebant
vxoribus fratrũ ſuorũ nimijs for
nicationibꝰ. Sexcẽteſimo vero an
no mulieres in veſaniã verſe ſuꝑ-
greſſe viris abutebãtur Mortuo
adã:ſeth ſeparauit cognationem
ſuã a cognatione Cain:qui redie
rat ad natale ſolũ Nam ⁊ pater vi
uens ꝓhibuerat ne ꝯmiſcerentur:
⁊ habitauit ſeth in iordan in quo-
dã mõte proximo paradiſo Cain
habitauit in cãpo vbi fratrẽ occi-
derat. Quingenteſimo anno ſcđe
ciliadis exarſerunt homines in al
terutrũ coeũtes. Septingẽteſimo
anno ſcđe ciliadis filij ſeth concu
pierũt filias Cain ⁊ inde orti ſunt
gigãtes. Et incepta tertia ciliade
inũdauit diluui
um Sic ordinat
methodiꝰ. Po-
tuit etiaꝫ eſſe vt
incubi demones

Additio.
Hãc opiniones
alibi dãnat au-
guſtinus.

genuiſſent gigantes a magnitudi
ne corporum denominatos. ſic di-
ctos ageos qđ eſt terra:quia incu-
bi vel demones ſolent in nocte op
primere mulieres. ſed etiam imani
tati corporum reſpõdebat imani-
tas animoruꝫ Poſt diluuiũ tamẽ
nati ſunt alij gigantes in hebron:
⁊ poſt fuerũt i tham ciuitate egy-
pti:a qua ⁊ titanes dicti ſunt: de
quorũ ſtirpe fuit enachi cuiꝰ filij
habitauerunt in hebron. de q̄bus
ortus ẽ golias ⁊ quidã alij ¶ Ira
tuſqꝫ deus peccatis hominũ dixit
Penitet me feciſſe hominẽ. q.d.
Faciam qđ ſolet facere homo pe-
nitẽs opis ſui:delet eñ qđ fecerat
Et eſt ſenſus. Delebo hominem
quẽ fecerã. Non enim ꝑmanebit
ſpũs meus. id eſt indignatio mea
in homine in eternũ qꝛ caro eſt.q. Nota:
d. Non puniã eum eternaliter vt
diabolum quia fragilis eſt: ſꝫ hic
reddã qđ meretur. Et tamen ꝓus
q̄ꝫ diſperdam eum:dabo ei tẽpus
penitudinis ſi voluerit:erũtqꝫ di-
es illius ad penitendũ ſcꝫ.cxx.an-
norũ. Non enim intelligendũ eſt
de ſpũ hominis. ſꝫ de dei indigna
tione. Nec eſt terminꝰ iſte huma-
ne vite poſt diluuium:cuꝫ poſt di
luuium inueniatur homo ampliꝰ
vixiſſe. Et dixit dominꝰ hoc ante
annos.xx.q̄ꝫ inciperet fieri arca vt
dicit Hieronymꝰ:q̄ facta legitur.
c.annis Vel ſm ſtrabum eo anno
dixit quo cepit arca fieri. Sꝫ quia
in malicia perſeuerauerunt ante
prefixum tempus ſcilicet centeſi-
mo anno deleti ſunt Tamen io-
ſephus dicit hunc terminum vite
hominũ ſtatutũ. Qꝫ autem dicit
deꝰ tactꝰ dolore cordis intrinſecꝰ:
forte nihil aliud eſt q̄ꝫ ꝙ hoies late
bat quãtitas diuine offẽſe. Ut an

tropoſpatos ē. ſcilicet humana ꝑ paſſio quando attribuitur deo qđ hominis eſt.

¶ De arca Noe. et quomodo domin⁹ locutus eſt noe. Capitulum.xxxj.

B Geñ.vj.

Noe vero erat perfectus ī generationibus ſuis: quaſi non illius perfectiõis que eſt in patria: ſed ſecundum modũ generationis ſue ſcilicet terrene: Et dixit dominus ad noe. Finis vniuerſe carnis venit coram me ꝑter eos qui in arca erunt ſaluãdi: diſperdam eos cum terra. cum fertilitate terre. Tradũt quoq; vigorem terre ⁊ fecunditatem longe inferiorem eſſe poſt diluuium ꝙ ante: vnde eſus carnium homini conceſſus eſt cum antea fructibus terre victitaret. Fecit noe iuxta preceptum domini arcaꝫ de lignis leuigatis .i. politis: vel quadratis Alia littera: vel bituminatis longitudine.ccc.cubitorum.latitudine.l.altitudine.xxx.ad moduꝫ ſcilicet humani corporis: in quo longitudo ſexies eſt maior latitudīe: ⁊ decies maior altitudine. Eſt autem lõgitudo a planta vſq; ad verticem Eſt latitudo a crate lateris ad cratem. Altitudo a dorſo vſq; ad ventrem. Quod tamen multi de corpore chriſti tantum dictum eſſe volunt: q2 ſic legitur ī Iſidoro qui humani corporis inſtar oſtendit in quo chriſt⁹ apparuit. Fuit ergo hec arca ī fũdamento q̃drata ſ3 ī forma altera pte lõgiori ab ãgulis in arctum cõſcendẽs donec in cubito ſũmitas ei⁹ ꝑficeref.

Additio. Quaſi agricole locutus ē domin⁹ vt faceret ſcilicet naueꝫ inſtar arconij. id eſt ad conum tẽdentis vel forte ab arcẽdo quia vndiq; clauſa:

Bitumine intus ⁊ extra linita eſt: qđ eſt glutẽ feruentiſſimũ quo ligna linita nõ diſſoluunf aliqua vi vel arte: nec materia vel maceria bituminata ſolui poteſt ſine menſtruo mulieris In lacubus iudee ſupnatans colligitur. In ſyria lim⁹ eſt a terra eſtuans. Facta ſunt in ea cenacula ⁊ triſtega id eſt diſtinctiões dicte a trica Dicit alia tranſlatio bicamerata et tricamerata. Habuit eñ quinq; cameras: q̃s Auguſtinus etiam ꝑter ſentinã dicit ibi fuiſſe. dicẽs ſuper tabulatũ ſentine fuiſſe bicameratã. Vna eni camerarũ erat ſtercoraria alia apothecaria: et ſup hãc mãſionem erat alia tricamerata. Laterales camere erãt vna imitium: altera mitiuꝫ animalium: media hominũ ⁊ auiũ Nota. Auguſtin⁹

Additio. Q; dicitur arca habuiſſe.xxx cubitos ī altuꝫ in corpore ei⁹ itelligenduꝫ eſt. id eſt a fundo vſq; ad tabulatuꝫ Impoſſibile eſt eſſet operturaꝫ ei⁹ nõ plus aſcẽdiſſe: ⁊ tigna xxx.cubitoꝝ tm̃ operire longitudinem ⁊ latitudinem

Et habuit hoſtiũ vbi bicamerata ⁊ tricamerata īgrebãtur. ¶ Alij vero has q̃nq; cameras ī altitudine ſola diſponunt inferiorem que et ſentina ſtercorariam dicentes. Scđam ſupra illam apothecariã. Tertiaꝫ immitium alalium ⁊ ſerpentum ⁊ vbi he iunguntur oſtiũ ponunt. Quartã mitium animaliũ. Supremã hominum ⁊ auiuꝫ. ¶ Ioſephus tamen dicit arcam quattuor cameras habenteꝫ forte ſtercorariã vel ſentinã non includens Fecit in ea noe feneſtrã quã hebrei cryſtallinam fuiſſe tradũt: que in hebreo vocaf meridianũ. a ſymmacho diluculũ Dicit raban⁹ cubitos arce fuiſſe geometricos alioquin tanta capere nõ valeret. Continet enim cubitus geometri

eus ſex noſtros vel nouē. Proprie enim cubitus pedem ⁊ dimidium habet.

¶ De ingreſſu ī arcā. Ca. xxxiij.

A Gen. vij. Perfecta igitur arca dixit domin⁹ ad noe. Ingredieris arcā tu ⁊ filij tui vxor tua ⁊ vxores filiorum tuorum. In his octo reſeruatum eſt ſeminariū generis humani. Et ſeorſum viros: ſeorſum mulieres nominauit dominus cum de ingreſſu loqueref. Ac ſi diceret.

Tēpore afflictionis vacanduꝫ eſt ab amplexibus mulierum: Et ex cūctꝭ animantibus vniuerſe carnis bina induces in

Additio. vxor noe phuarphara: vxor ſem parphia vxor Chā cathaflua: vxor iaphet fliua.

arcam id eſt combinata. id eſt maſculum ⁊ feminam. De immūdis enim animalibus fuerunt ibi tantum duo ſcd̄m genus ſuum de mūdis vero ſeptem. Immunda vero vocat ea moyſes ſcd̄ꝫ tempus ſuū que ſcilicet lex moſaica vocat immunda. Vel tunc dicta ſunt imunda: que etiaꝫ tunc naturaliter eſui hoim nō erant apta Ideo dixi naturaliter: quia nulla adhuc ad edēdum cōceſſa. Tolleſq; tecū ex omnibus que mandi poſſunt: vt ſint tam tibi q̄ illis in eſcam. ¶ Si q̄ritur vtrum de minutis vel imundis animantibus aliqua introducta ſunt ad hunc numerum. Dicit Aug⁹ ꝙ que non generantur de coitu: non fuit neceſſe eſſe in arca que ſcilicet de puluere vt pulices: vel de humoribus vel corruptionibus naſcuntur. Q̄ꝫ autem ex coitu generatiua tantum introducta ſint innuitur cum addit. ſecunduꝫ genus ſuum vel in genere ſuo.

Nō ¶ Queritur etiā ſi ſine tranſgreſſione mandati ibi aliqua fuerunt incluſa: que neceſſitas eorum alendorum que veſcuntur carnibus coegiſſet includi. Dicit Aug⁹ poſſe eſſe preter carnes alimenta communia: maxime cum ea que carnibus veſcuntur fico ⁊ caſtanea veſci poſſint: precipue cum omnib⁹ veſci cogat fames. Forte nonduꝫ etiam animalia carnibus veſcebātur: ſicut nec homies. Fecitq; noe cūcta q̄ ſibi dn̄s p̄ceperat. Sexcenteſimo anno vite ſue ingreſſus eſt noe in arcaꝫ cum omnibus que dixerat ei domin⁹: que ⁊ nutu diuinoꝛ angeloꝛū miniſterio adducta ſunt menſe ſecūdo die. xvij. qui ab hebreis niſan dicit: a latinis maius: a macedonibus dion. Moyſes autē in legitimis niſan. i. aprilem primum menſem cōſtituit ſecundū ioſephum In contractib⁹ vero. i. in mercibus faciendis ⁊ in alia gubernatione ſeculi temporū decreta ⁊ vſualem ordinem menſium ſeruauit. ¶ Dicit ioſeph⁹ ꝙ ab adam vſq; ad hoc tēpus fuerūt anni duo milia. ſexcenti. lvj. quod in ſacris litteris cōſcriptum ē ⁊ integritate ſignatum eſt.

(Margin, left column: Nō beside "tam tibi q̄ illis in eſcam"; right column: D Gen. vi. beside "Sexcenteſimo"; Nota. beside "ſium ſeruauit")

¶ De inundatione et catacliſmo. Caplm. xxxiiij.

A Gen. vij. Ingreſſo noe ī arcam rupti ſunt fontes abyſſi. id eſt aque que ſunt in viſceribus terre: et cataracte celi. id eſt feneſtre aperte ſunt. id eſt nubes Cataracte proprie ſunt meat⁹ nili fluuij cum nilus per ſeptem oſtia ſeparatur: vel loca eiuſdem que catadupla dicuntur. Abuſiue quilibet aquaruꝫ meatus dicuntur inſtiales. id eſt cataracte. Et pluit ſuper terram. xl. diebus ⁊ noctibus. ⁊ eleuata arca in ſublime ferebatur: ⁊ ſuper omnes montes excreuit aqua altior cubitis. xv. vt ablueret ſordes aeris. vſq; quo aſcenderant opera hominum. Vſq; ad

eundem locum aſcendet ignis iu-
dicij ob aeris purgationem. Sed
non videntur opera hominum tã
tum aſcendere potuiſſe: cum olym
pus vſq; ad liquidum aera vadat:
ſuper quem littere inſcripte ĩ pul-
uere per annum reperte ſunt ſtetiſ
ſe immobiles: quia vẽti delere nõ
poterãt propter altitudinem mõ-
tium vbi pro nimia aeris raritate
nec etiam aues viuere queunt: nec
philoſophi aſcendentes abſq; ſpõ
gijs plenis aqua aliquantulũ ibi
manere potuerunt: quas naribus
apponentes craſſiorẽ inde aerem
attrahebant Sed ſunt qui putant
altitudinem montiũ tunc non fuiſ
ſe tantam quanta nunc eſt. vel. for
taſſe in ſublimibus ſacrificantes
ignem accendebant: cuius vapor
⁊ fauille multum aſcendere potue
runt: ⁊ aera maculare. ❡ Et cum
intraſſet noe clauſit oſtium deus:
⁊ bituminauit exterius: ⁊ mortua
eſt omnis anima viuens ſuper ter
ram: ⁊ obtinuerũt aque terras ita
exaltate. cl. diebus ab illa ſcilicet
die qua igreſſus eſt noe. Poſt di-
es. cl. ceperunt aque minui menſe.
vij. ita q̃. xxvij. die menſis requie-
uit arca ſuper mõtes armenie. Il
lic arce reliquias vſq; nunc proui-
ciales oſtendunt. Huius diluuij
⁊ arce vt ait ioſephus: memoriaz
faciunt etiaz qui barbarorũ hiſto
rias cõſcripſerũt De qua beroſus
chaldeus ſic ait. Dicitur nauis ei⁹
que in armeniam venit circa mon
tem cordicum adhuc aliqua pars
eſſe ⁊ quoddaz bitumẽ exinde tol
li: quo maxime homines ad expia
tionem vtuntur. Meminit eiuſdẽ
Hieronymus egyptius qui anti-
quitatem conſcripſit. Manaſſes
damaſcenus de eiſdem ſic ait. Eſt
ſuper numidiaz excelſus mons in
armenia qui baris appellatur: in
quo multos confugientes: ſermo
eſt diluuij tẽpore liberatos: ⁊ quẽ
q̃ in arca ſimul deuectum. ❡ De-
cimo tandem menſe prima die mẽ
ſis apparuerũt cacumina mõtiũ.
❡ Cumq; tranſiſſent. xl. dies ape-
ruit noe feneſtram ⁊ emiſit coruũ
qui non reuertebatur. forte inter-
ceptus aquis: vł inueniens ſupna
tans cadauer in aquis eſt illectus
eo Tamen ioſephus ait q̃ cuncta
repperiens inundãtia regreſſus eſt
ad noe Emiſitq; poſt eum colum-
bam que cum nõ inueniſſet vbi re
quieſceret pes eius reuerſa eſt ad
noe. Sed nõne cacumina montiũ
iam erant nudata Forte nondum
ſiccata: ⁊ ſic in palude requieſcere
non potuit ſicut nec in aqua. Uel
per recapitulationez prius poteſt
intelligi factum: ⁊ poſtea dictum.
Poſt dies ſeptem iterũ emiſit eã
que veſpere rediit ferens ramum
oliue virentem Poſt alios ſeptez
emiſit eam que non eſt vltra reuer
ſa ad euz. Igitur ſexcenteſimo pri
mo anno vite noe primo mẽſe: pri
ma die menſis aperuit noe tectuz
arce: ⁊ vidit q̃ exiccata eſſet terre
ſuperficies ſed egrediendi expe-
ctabat domini preceptum.

❡ De egreſſione noe ⁊ Iri-
de. Capitulum. xxxv.

Menſe ſecũdo.
xxvij. die menſis dixit
domin⁹ ad noe. Egre
dere de arca tu ⁊ vxor
tua filij tui ⁊ vxores filiorum tuo
rum. Coniunctim iubentur exire
qui disiunctim intrauerant. Acſi
diceret eis Nunc rediit temp⁹ am
plectendi vt multiplicemini ſuper
terraz. Mox enim ſubiunxit. Cre
ſcite ⁊ multiplicamini. Et egreſ-
ſus eſt noe cuz vniuerſis que erãt
cuz eo eadẽ die qua ingreſſus fue
rat reuoluto anno Ingreſſus enĩ
fuerat. xvij luna menſis ſecundi li
cet habeat alia tranſlatio. xxvij. et
egreſſus eſt. xxviij luna: quia quo
ta eſt luna hodie ſi vndeciz addas:
tanta erit eodem die reuoluto an-

Nota.
Qñ clauſũ eſt oſtium.

A
Gñ.viij.

B
Geñ.viij.

no. ſi hodie prima: eadē die ſequē-ti anno .xij. Nec te moueat ꝙ di-xi egreſſum .xxviij. luna cum liber dicat .xxvij. Potuit enī eſſe ꝙ ve ſpera ſeptie diei ⁊ .xxvij. lune egreſ ſus ſit tam imminente .xxviij. Me dia vero tempora quolibet nomie extremorum ſepe nominantur vt cum dominus crucifixus fuit iter tertiam ⁊ ſextam: quidem euange liſta dicit hora tertia: alius ſexta. Vel potius ſecundum nomina ſe ptem dierum: ſi in tertia feria eſt luna .xxvij. reuoluto anno in eadē tertia feria erit luna .xxviij. q2 com potus dierum per vnam diem de ſcendit in martilogio. Verbi gra-tia. Kalende ianuarij ſunt in do-minica die. ⁊ luna .vij. reuoluto an no in kalendis ianuarij reiterata luna erit .xviij. ſed kalende erūt ſe cunda feria. Ergo dominica die ante kalendas erit luna .xvij. ⁊ ſic a dominica in dominicam reuolu to anno nō adduntur lune niſi de-cem. ſed a kalendis in kalēdas vn decim. ¶ Et edificauit noe alta-re domino: ⁊ de mundis animan-tibus ſeptimum obtulit domino. Ideo enim iuſſerat dominus ſe-ptem ſecundum genus ſuū indu-ci: vt ſeptimo oblato: ſex ſuffice-rent propagationi Locum autem quo egreſſi ſunt. armenij egreſſo-rium vocant. Filij vero noe dixe-runt thānon. id eſt octo pro nume ro egreſſorum. Ob hoc quoqꝫ vt quidam tradunt: noe fecit altare de .viij. lapidibus. Et odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis: ⁊ ait ad noe Non vltra maledicam omni terre propter homines quia proni ſunt ad malū. Tempus au tem ſementis ⁊ meſſis ⁊ frigus et eſtus: nox ⁊ dies non requieſcent. Forte nondum ita plene diſtincta erant .iiij. tempora quia nec vſqꝫ ad diluuiū aque fuerant collecte in nubes. Et benedixit eis domi-nus dicens. Creſcite ⁊ multiplica mini: et ſit timor veſter ſuper cun-cta animantia terre. Hoc di-ctum eſt eis in ſolaciū. ne pau ci homies a plu rib9 beſtijs op-primi timerent.

De mūdis vij. i greſſa. ſignt. vij. dōa. ſ. ſ. q̄ p fect9 hr̄e dꝫ

D Gen̄. viij.

A Gen̄. ix.

Additio. Eſus carnium ante diluuium non erat ſꝫ poſt ſtatim conceſ-ſus eſt.

Quaſi deus diceret. olera viren-tia prius dederam in cibum: nunc trado vobis animantia. excepto ꝙ carnem cū ſanguine non come detis. id eſt animal ſuffocatum. Et prohibuit eis deus homicidi-um fieri quia maxime timebāt ne dominus iterum aquas diluuij in undaret ſuper terram. et noe quo-tidie orabat ne hoc fieret: vt ioſe-phus refert: pepigit eis deus ꝙ vltra non fieret diluuium et in ſignum federis huius poſuit ar cum ſuum in nu bibus. Et eſt ſi gnum duorum iudiciorum. iudicij per aquam p̄-teriti ne timeatur: et futuri per ignem vt expectetur. Inde eſt ꝙ duos habet colores. ceruleum quiꝫ eſt aqueus: et eſt exterior quia pre terijt: et rubeum qui eſt igneus qui eſt interior quia futurus eſt ignis. Et tradunt ſancti ꝙ .xl. an-nis ante iudicium non videbitur arcus. quod etiam naturaliter oſtendet deſiccationem aeris iam inceptam.

Additio. Ne timeant im bres datus eſt i nubibus obſes

De iride. ſeu arcu.

¶ De ebrietate noe et maledictione cham. Capitulum .xxxvj.

CEpit noe exerce-re terram ⁊ plātauit vi neā: labru-ſcas natu-rales per cultum ad vſum vinee trahens: bibenſqꝫ

D Gen̄. ix.

vinum: ſed ignorans vim ei⁹ inebriat⁹ eſt. Et dormiēs nudat⁹ ē i tabernaculo ſuo Nudatio eñ femorum ſequitur ebrietatem. ſicut libido ſacietatem. Sed cum cham verenda patris vidiſſet nudata: irridens nunciauit hoc fratribus. Sed illi pallium imponētes humeris: ⁊ euntes retrorſum ne viderent. operuerunt patris verēda. Patet q̄ nōdū homines vtebātur femoralib⁹.

Additio.
Semiramis fuit mulier q̄ primo adinuenit brachas ⁊ vſus earum.

Euigilans noe cū didiciſſet q̄d fecerat fili⁹ ſu⁹ minor ait Maledictus chanaan puer ſeruus erit fratribus ſuis.

¶ Sed queritur quō cham dicit minor filius cum eſſet medi⁹ natu. Poteſt dici minor.i.indignior vł forte minor ſtatura. Vł de iaphet dicitur qui cum minor eſſet tamen prudētior fuit cham maiore. Maledixit aūt non filio ſed filio filij: q̄ ſciebat in ſpū filium non ſeruiturum fratribus: ſed ſemen eius: nec omnes ꝺ ſemine: ſꝫ eos qui de chanaan dſcēderāt Peccata q̄dē patrum ſepe vindicantur in filios temporaliter. Et eſt ſēſus ſic. Nō leteris de filio tuo ſicut nec ego de te. Et addidit. Benedictus dominus deus ſem: ſit chanaan ſeruus
Prophetia noe. eius Prophetia eſt: q̄ preuidit ī filijs ſem cultum ⁊ nomē vni⁹ dei permanſuruꝫ. Et iterum. Dilatet deus iaphet ⁊ habitet in tabernaculis ſem: ſitq̄ʒ chanaan ſeru⁹ ei⁹. Et hec ꝓphetia eſt Gentes enim q̄ de iaphet dilatate ſunt numero: deo auctore ⁊ cultu deorū deo pmittente poſt inſerte ſunt trunco
Trūco oliue.i.vnitati eccleſie. oliue. Et impleti ſunt dies noe. dcccccl. anni et mortuus eſt Dicit autem ioſephus q̄ nemo putet falſa que de antiquorum longeuitate ſcripta ſunt: quia propter virtutes ⁊ glorioſas vtilitates quas iugiter perſcrutabantur id eſt aſtronomiam ⁊ geometriam deus eis ampliora viuendi ſpacia condonauit que aliter diſcere non potuiſſēt: niſi ſexcētos viuerent annos Per tot eñ annorum curricula magnus annus impletur.

Additio.
Magnus ann⁹ cōpletur reuerſis planetis omnibus ad loca ſue creationis.

¶ De diſperſione filiorum noe ⁊ nemroth. Cap.xxxvij.

Redit moyſes ad principium genealogie noe dicens. He ſunt generaiones filio- A Geñ.x.
rum noe: ⁊ incipit a iaphet minori vt vltimo loco ponatur ſem: cuius ſucceſſionem texere intendit. Texuntur autē ex eis.lxx.due generationes quindecim de iaphet. xxx.ꝺ cham.xxvij.de ſem. Hi tres diſſeminati ſunt in tribus partib⁹ orbis ſcdm aliquinū Sem aſiam. cham africaꝫ.iaphet europam ſortitus eſt Vel expreſſius dicitur ſꝫ ioſephum. Filij iaphet tenuerunt ſeptētrionalem regionem: a tauro ⁊ amano montibus ſicilie ⁊ ſyrie vſq̄ʒ ad fluuium thanaym: ī europa vero vſq̄ʒ ad gadira. Filij vero cham a prouincia ſyria ⁊ amano ⁊ libano montibus cūctas terras obtinuerunt quecunq̄ʒ ad mare ſunt poſite: apprehendentes etiam eas que vſq̄ʒ ad oceanum ſunt. et proprias facientes appellationes. Filij vero Sem vſq̄ʒ ad oceanum ſeorſum habitant aſiam: ab eufrate facientes initium. Generationi ſem inſiſtemus: alias trāſeuntes: hoc tantum addentes q̄ chus dicitur filius cham ⁊ filius chus nemroth q̄ cepit primus potēs eſſe ī terra: ⁊ robuſt⁹ venator hoim corā

Additio.
Caldei ignem adorabant ⁊ co

De nem-roth gigā-te.

Corā dño .i. ꝯtra dñz .i. para. i.

domino. id ē ex-tinctor et oppſ-ſor amore domi-nādi: ⁊ cogebat homines ignez adorare. Ad hᵒ exijt prouerbiū ad dicenduz de aliquo ꝙ fortis ſit ⁊ malus qua-ſi nemroth ro-buſtus venator coram domino Hoc ideo dixi-mus q2 metho-dius dicit hunc fuiſſe ꝺ filys hi-ron filij ſem.

Quare vero p̄-mus ceperit do-minari: oſten-dit agēs de quo-dā filio noe. de q̄ non egit moy-ſes ſic dicens.

gebāt alios idē facere comburē-tes alia idola. Sacerdotes ve-ro canopi hᵒ au-dientes ꝙ ma-gnū idolum in honore belli for-mauerāt. remo-uentes coronaz aureaz appoſu-erunt vas fictile ad moduz coro-ne perforatum foraminibus ce-ra obturatis. Veniētes chal-dei appoſuerūt ignē et liquefa-cta cera aqua ꝺ-fluens que erat in corona extin-xit ignem ⁊ pre-ualuerunt cano-pi idola.

Centeſimo an-no tertie ciliadis natus eſt noe fi-lius in ſimilitudinem eius. et di-xit eum ionithum. Trecenteſimo anno dedit noe donationes fi-lio ſuo ionitho ⁊ dimiſit eum ī terram ethan. et intrauit eam ionithꝰ vſq₃ ad mare orientis: quod dicitur e-lioſchora .i. ſolꝭ regio hic acce-pit a domio do-num ſapientie: et inuenit aſtro-nomiā Ad quā veniēs nēroth. gigas .x. cubitorum eruditus eſt ab eo ⁊ accepit ab eo conſilium in quibus locis regnare cepiſſet. Io-nithus iſte futuros quoſdam euē-tus p̄uidit ⁊ maxime de ortu. iiij. regnorum et occaſu eorum p ſuc-ceſſionem. Quam etiam plane p-phauit daniel Et predixit diſcipu-lo ſuo nemroth: ꝙ primi regnarē de cham de quo belus deſcendit: ⁊ poſt de ſem medi ⁊ perſe ⁊ greci: poſt de iaphet romani. A quo re-diens nemroth accēſus amore do-minandi ſollicitauit genus ſuum de ſem: vt imperaret alys quaſi p̄-mogenitus ſed noluerunt. ⁊ ideo tranſiuit ad cham qui adquieuit ⁊ regnauit inter eos in babylone: ⁊ exinde dictus eſt de filijs chā Sz ſi vere fuit de filijs cham tunc nul-la eſt q̄ſtio quare inter eos regna-uerit. Huius exēplo cepit regna-re iectan vel ietram vel viam ſup filios ſem: ſufene vel ſuſtene ſuper filios iaphet. ¶ Narrat autē phi-lo iudeus: vel vt aly volunt genti-lis philoſophus in libro queſtio-num ſuper geneſim: ꝙ ex tribus fi-lijs noe adhuc ipſo viuēte ſunt na-ti .xxiiij. milia virorum: ⁊ .c. extra mulieres et paruulos hn̄tes tres ſuper ſe duces quos prediximus. Nota.

Additio. Obicitur ſm methodium de ionitho: q2 non genuerat eum noe ante diluui-um: q2 nō fuit ī arca cū ñ fuerit mortuus añ: q2 poſt īſtruxit nē-roth: ſic poſt di-luuiū. Forte nō ē vera ratio me-thody.

De turre babylon.
Ca. xxxviij.

Post obitū ne-ro noe mouētes pedes ſuos ab oriente conue-nerunt duces in vnum in campum ſennaar ⁊ timentes di-luuium conſilio nemroth volentis regnare: ceperunt edificare turriz que pertingeret vſq₃ ad celos ha-bentes lateres p ſaxis: ⁊ bitumē pro cemento. Deſcendit autem dominus vt videret turrim. ani-maduertit vt puniret: ⁊ ait ad an-gelos Venite ⁊ confundamus lin-guam eorum vt non intelligat q̄ſ-q₃ vocem proximi ſui. In hac di-uiſione nihil noui fecit deus: quia voces eedem ſunt apud omnes gē-tes: ſed dicendi modos et formas diuerſis generibꝰ diuiſit. De hac A Gen̄. xi.

turri dicit ioſephꝰ: quia latitudo
erat ita fortiſſima vt prope eã aſpi
cientibus longitudo videretur in
minus. Dij vero ventos immittẽ-
tes euerterunt turrim: ⁊ vocem ꝓ
priam vnicuiq; partiti ſunt. Pro-
pterea babyloniam contigit voca
ri ciuitatem. Babel eni hebrei cõ
fuſionem appellant. De hac turri
meminit ſibylla dicens. Cum om
nes homines exiſterent vnius vo
cis quidam turrim edificauerunt
excelſam tanq; per eam aſcenſuri
in celum. De campo vero ſennaar
in regione babylonis meminit eſt
eius dicens. Qui de ſacerdotibꝰ
ſunt erepti: iouis ſacra ſumentes i
ſennaar babylonis venerunt: diui
ſiq; ſunt poſt hec diuerſitate lin-
guarum migrationes a gẽtes: ap-
prehendentes mediterranea ſimul
⁊ maritima. Nec pretereundũ pu
to q moyſes dicit regma filiũ chꝰ
duos habuiſſe filios ſaba ⁊ dodã.
Joſephus dicit ſaba ⁊ iudam: q̃-
rum iudas egyptiacam gentẽ he-
ſperiorũ inhabitãs iudeis cogno
men ſuum reliquit. Quod autẽ
dr de terra ſennaar egreſſus eſt aſ-
ſur intelligendũ eſt: quia nẽroth
expulit eum vi a terra illa: ⁊ turre
que eiꝰ erat iure hereditario. Uel
intelligendum non eſt de aſſur fi-
lio ſem. qui inuenit purpuram et
vnguenta crinium vel corporum a
quo chaldea ⁊ aſſyria dicta eſt. ſed
aſſur. id eſt re-
gnum aſſyrio-
rum inde egreſ-
ſum eſt quod tẽ
pore ſarug pro-
aui abrahe fa-
ctum eſt. Regnum quidem baby-
lonij habuerunt qui de ſemine nẽ
roth fuerunt vſq; ad quartam alia
dem ⁊ vltimum euſmidem.

Additio.
Chaldea baby
lõ: ſennaar: idẽ
ſunt.

Hy. ſ. Ageſili.

Eſicius.

Unde Judei nomen acceperunt.

¶ Primũ incidens. Ca. xxxix.

Interim vero obtinuerũt egyptios ⁊
aſſyrios ita. In diebus
ſarug belus nemrotides rex baby
lonis: quia fuit alter belꝰ rex gre-
cie intrauit aſſyriam: ſed parũ ob
tinuit in ea. Quo mortuo filiꝰ eiꝰ
ninus totam obtinuit aſſyriam et
ciuitatem in qua caput regni erat
itinere trium dierum ampliauit: ⁊
a ſuo nomine niniuen dixit. Inde
eſt q quedã hiſtorie dicunt regnũ
aſſyriorum cepiſſe ab antiquo be-
lo. quod verũ eſt q̃tum ad initiũ.
Alij dicunt cepiſſe a nino: qđ verũ
eſt etiam q̃tum ad regni amplia-
tionem. Ninus vicit cham: qui ad
huc viuebat ⁊ regnabat i bractia:
alij thracia: ⁊ dicebat zoroaſtres
inuentor magice artis qui ⁊ ſeptẽ
liberales artes i. xiiij. colũnis ſcri
pſit ſeptem ene
is: ⁊ ſeptem la-
tericijs contra
vtrunq; diluui-
um. Ninus ve-
ro libros eiꝰ cõ
buſſit. Ab eiſ-
dem orta ſunt
idola ſic.

Additio.
Strophanes p̃
mꝰ idolatra e-
gypti diopha-
tus lacedemo-
niorum in poe-
tria magri An
ſelmi.

¶ De morte beli ⁊ ortu idolo-
rum. Caplm. xl.

Mortuo belo ni
nus in ſolacium dolo-
ris imaginẽ patris ſi
bi fecit: cui tantam ex
hibebat reuerentiam vt quibuſli-
bet reis qui ad eam confugiſſent
parceret. Proinde homies de re-
gno eius diuinos honores imagi
ni eius ceperunt impendere. Hu-
ius exemplo plurimi charis ſuis
mortuis imagines dedicarunt: et
ſicut ab idolo beli cetera traxerũt
originem: ſic ⁊ ab eius nomine ge
nerale nomen idolorum traxerũt.
Sicut enim dictus eſt belus ab aſ
ſyrijs ſic ⁊ alienationes ſecundũ
idiomata lingue ſue dixerunt alie
bel. alie beel. alie baal: alie baalim
Jmo et nomina ſpecificauerunt
alie beelphegor. alie beelzebub di
centes Sed tãdem ſeriem genea-

Incidẽs ⁊.

logie ſem proſequamur.

¶ De generatione Sem. Capitulum.xlj.

B Gen.xj.

Sem centū annorū erat quando genuit arfaxat biennio poſt diluuium Repugnare huic videtur quod dictum eſt ſupra quingẽteſimo anno noe natum Sem. ⁊ ſexcenteſimo inundaſſe diluuium Ergo poſt diluuium centenarius erat ſem: et biennio poſt centum ⁊ duorum annorum Sed mos eſt ſacre ſcripture ſepe limites numerorum ponere paucis annis ſi ſuperfuerint tacitis Poteſt ergo dici ꝙ ſem centū annorum erat et duorum: ſed duos tacuit ſcriptura vel noe cuz genuit eum quingentorum ⁊ duorū vel duo deerant ad ſexcentos cuz inundauit diluuium. Vel ita legatur littera. Sem centum annoruz erat poſt diluuiuz: ⁊ erat biennio poſt diluuium quando genuit arfaxat. Joſephus autez dicit Sem filius arfaxat natus eſt poſt annos.xij. facti diluuij: quod forte vitium ſcriptoris eſt. Arfaxat genuit ſale cui in luca ſubditur chainam ſecundum.lxx. qui condidit ſalez: qui heber a quo hebrei dicti ſunt ſecundum ioſephuz. Tamen auguſtin⁹ dicit Merito q̄ritur vtrū ab heber dicti ſunt hebrei vel ab abraam quaſi abraei. Heber genuit phalech ⁊ iectam. Phalech hebraice diuiſio. eo ꝙ in diebus eius ꝑ diuiſione linguarum diuiſe ſunt gẽtes ⁊ diuiſio terrarū facta: ſed ſub iſto precipue facta dicitur: quia in iſto ⁊ in filijs eius remanente lingua antiqua: alij quaſi ab eo diuiſi ſunt. Phalech genuit reu vł regau: qui ſarug. qui nachor. q̄ thare. Thare cum eſſet ſeptuaginta annorum genuit abram: nachor ⁊ aram: ⁊ eſt ordo prepoſter⁹ Aram enim primogenitus ⁊ abram vltimus fuit: ⁊ forte nō genuit eos cū eſſe huius temporis. ſed tūc cepit generare. et ſuis temporibus eos genuit ſcilicet per diuerſa tempora: ita ꝙ iam centum viginti annorum erat cum genuit abram qui fuit vltimus. In thare terminatur ſecunda etas: habens ſecunduz ſeptuaginta. Mille.lxxij. annos ſecundum methodium. ciliadem: ſecundum hebraicam veritatem annos. M.ccxcij. Et tot annos dicit Joſephus vſq; ad natiuitatem thare ſz vſq; ad natiuitatē abre extenditur hec etas Porro arā genuit loth. ⁊ ieſchā q̄ ⁊ ſarai: ⁊ melcham: ⁊ mortuus eſt ante patrem ſuum in hur chaldeoꝝ. Et ē nomen ciuitatis hur ſecunduz ioſephum: vbi ⁊ hactenus ſepultura eius oſtenditur. Hebrei hur ignē dicunt inde fabulantur ꝙ chaldei in ignem per quē traijciebant paruulos proiecerant abram ⁊ aram: quia nolebant ignem adorare: et arā ibi expirante. abram dei auxilio eſt liberatus Unde dicitur. Ego ſuz qui eduxi te de hur chaldeorum. Thare ergo odio habēs terram propter luctum aram: nec valens ſuſtinere iniurias que fiebant et vt ignem coleret ſtatuit ꝑegrinari: ⁊ dedit nachor melcham vxorem: abre vero ſarai: qui ⁊ loth fratrem vxoris in filium adoptauit: quia ſarai ſterilis erat.

Additio. Qui inuenitur i gloſa ſuper lucam. In quadā enūeratione generatiōis chr̄i de cainan reperies per quam .m. locum iſtuz correxit.

Hebrei vn̄ dicantur.

Additio. Ita non breuē faciunt hāc etatem hebrei.

De hur caldeorum.

E Gen.xj. hō cāticum canit eccleſia.

¶ De egreſſu thare et ſuorum de chaldea. Capitulum.xlij.

D
Geñ.xj.

Egreſſus ē ergo thare cum illis vt irent in terram chanaā venerunt vſqꝫ ad arā meſopotamie ciuitatem. Septuaginta interpretes. ponunt charram: qꝛ cum.h. aſpirationem vtrobiqꝫ habeat in grecum vertere non potuerunt. ch. ꝓ vtraqꝫ aſpiratione poſuerunt. Unde ꝛ filium noe haā dixerunt cham Inde eſt ꝙ varie legitur oreb vel choreb. raab vel rachab Meſopotamia vero a circũfluentibus aquis nomen accepit Meſo enim mediuꝫ. potamos aqua: ſicut aquilegia dicitꝛ quaſi aquis ligata. Et facti ſunt dies thare.ccv.annorum: ꝛ mortuus ē in aram.

Additio. Thare ꝗ erat. lxxx.annorũ cũ genuit abram: abram. lxxv. cũ pater obijt.

hebreorum traditiones qui et annos thare ponunt.lxx.cũ genuit abram: et mortuo patre egreſſum abraꝫ dicunt de aram ꝛ plurium eũ eſſe annorum tunc ꝗ̃ moyſes dicat: ſꝫ annos eius computatos ab illo tēpore quo dei auxilio euaſit ignem chaldeorum: vt id ei reputetur tēpus etatis ex quo confeſſus eſt dominum ſpernens idola chaldeoꝝ. Ecce dicit ioſephus. iam recidebatur vita hominum paulatim declinans vſqꝫ ad moyſem ī quo terminum vite quē conſtituerat dñs confirmauit. Centum enim ꝛ.xx. annorum moyſes mortuus eſt.

¶ De annis Abre poſt mortē patris. et egreſſu ſuo de terra ſua. Cap.xlij.

A
Geñ.xij.
A
Act.vij.

Dixit autē dominus ad abrā. Egredere de terra tua ꝛc̄. lxxv.annoꝝ erat abrā cum egrederetur de aram. Joſephus ait. Dimiſitqꝫ chaldeam cũ. lxxv.annorum eſſet domino iubente. vt migraret in chananeam. Si ergo poſt mortem patris abram erat annorum.lxxv.ptꝫ quod diximus ꝙ thare plus ꝗ̃.lxx.ānos habebat cum genuit abram. Si eñ in illa etate genuit abrā: tũc poſt mortē patris erat abram.cxlv.annorum. Auguſtinus tamen dicit per recapitulationē hoc eē dictũ. Adhuc enim viuente patre cũ eſſet.cxlv.annorum ꝛ abram.lxxv. egreſſus eſt de aram relinquens ibi patrem. ꝛ fratrem: ꝛ in itinere dum iret in meſopotamiam dominum locutuꝫ ei ꝛ dixiſſe. Egredere de terra ꝛc̄. non quin iam eēt egreſſus ſed animum reuertendi ad eam habebat. q. d. Qui egreſſus es corpore: egredere mente. Hieronymus dicit veram eſſe he

Nota.

¶ De aduentu Abre in terram chanaan. Cap.xliij.

A
Geñ.xij.

Tulit ergo abrā ſarai ꝛ loth: ꝛ animas quas fecerat ī aram. i. animantia que ibi adqſierat ꝛ intrauit terram chanaan. ꝛ venit ad ſichem que corrupte ſichar ſepe legitur: ꝛ ad vallem illuſtrem que pentapolis dicebatur tunc a.v. vrbibus ſodomoruꝫ que nunc mare ſalis vel mortuum dicitur: qꝛ nil in eo viuit: ꝛ nihil in eo viuit: ꝛ nihil ī eo mergi poteſt habens animam: vel lacus aſpalti. i. bituminis quod dicitur iudaicuꝫ vel vallis ſalinarum Apparuitqꝫ ei dominus ꝛ dixit ei. Semini tuo dabo terrā hanc. Qui edificauit ibi altare domino vbi apparuit ei. Jnde de eo ſic ioſephus ait. Primus preſumpſit deum vnum creatorem eſſe cunctorum pronunciare ꝛ hominũ opiniones quas ceteri de deo habebāt innouare ꝛ im

Additio. Nunc dicitꝛ mare diaboli cuiuſ ſuaſu ibi peccatum eſt ꝛ multũ aluminis ibi reperitur.

Glo. Quia caldei ignẽ et alij Idola colebant. ſic omnes erãt idola tre pre ter abram cuz ſuis.

mutare preualuit. Hec aũt cõijciebat ꝑ terre paſſiões ⁊ maris: ⁊ ea q̃ contingunt circa ſolem ⁊ lunam: ⁊ ex omnibus que circa celũ ſemꝑ eueniunt. De eodem beroſus meminit dicens. Poſt diluuium decima a generatione fuit apud chaldeos vir in celeſtibus reb⁹ expertus. ¶ Inde tranſgrediens abrã tetendit tabernaculũ inter bethel ⁊ hai. ⁊ edificauit ibi iterũ altare dño Et perrexit abrã vadens ⁊ vltra ꝓgrediens ad meridiem: ſed que fuerit ſubticet moyſes breuitatis cauſa vel quaſi notum: ⁊ habitauit i damaſco. Unde ⁊ nomẽ eius vſqꝫ nunc in ciuitate damaſcena habetur in gloria. ⁊ vic⁹ oſtenditur qui ab eo dicitur habitatio abram. Unde nicolaus damaſcenus Abram regnauit in damaſco veniens aduena cum exercitu de terra que ſuper babylonem dicit' hur caldeorum.

¶ De deſcenſu abre in egyptum ⁊ de reditu eiuſdem. Cap. xlv.

B Gen. xij.

Facta eſt autẽ fames magna in terra chanaam: ⁊ deſcendit abrã in egytum: timenſqꝫ libidinem egyptiorum ne eum propter ſpeciẽ mulieris occiderent ſororẽ ſuam eam dixit eſſe. Et ſublata eſt mulier valde pulcra in domuz pharaonis. Abram vero bñ vſi ſunt egyptij ꝓpter eã. De⁹ ꝟo deſiderium regis impediuit ne tangeret eam: egritudine et tumultu cauſarum. Cũqꝫ ꝓ ſalute regis ſacrificarent ſacerdotes: ꝑ iram dei hoc accidiſſe ſignificauerunt ꝙ vxori peregrini iniuriã inferre voluiſſet Uocauitqꝫ pharao abram ⁊ dixit ei Cur non indicaſti ꝙ vxor tua eſſet. Ecce vxor tua: accipe eam ⁊ vade. Et precepit rex viris ſuis vt deducerent eũ. Erat enĩ diues valde i auro ⁊ argento: in ſeruis ⁊ ancillis ⁊ in iumentis.

Nota. de abraham.

Arithmeticã ſane ⁊ que de aſtrologia ſunt egyptijs tradidit ante eis ignota a quibus poſt puenerẽt ad grecos. ¶ Reuerſuſqꝫ ẽ abrã vſqꝫ ad locum vbi fixerat tabernaculum inter bethel ⁊ hai. Partituſqꝫ eſt terram cũ loth dũ paſtores eoꝝ inter ſe rixarẽt ꝑ paſcuis: optionem etiã ꝯceſſit loth. Et eleuans loth oculos: vidit regionem iordanis congruã ſibi: ⁊ moratus eſt in oppidis ſodomorũ Abram vero deſcendit ad ꝯuallem mambre iuxta hebrõ ⁊ habitauit ibi: fecitqꝫ ibi altare dño Hebron ciuitas eſt que et cariatharbe dr. id eſt ciuitas q̃ttuor Arbe enim q̃ttuor: cariath ciuitas: ibi eniz ſepultus ẽ adã maxim⁹: ⁊ abrã iſaac ⁊ iacob cũ vxoribus ſuis. Mambre vero aner ⁊ eſcol frẽs erant ⁊ ꝯfederati ſunt abre. A primogenito eorũ vallis cognominata erat Habitabat aũt ibi abrã circa quercũ vel terebinthũ: cuius radices apparent adhuc. Quã ꝓprio nomine Joſeph⁹ vocauit dicens habitabat abrã circa ilicem: que vocat' a gyga. vel ogig. vl' dirpſi. ibi promiſit ei deus ꝙ omnẽ terram circunſtantem ꝑ quattuor ꝑtes orb; daret ei ⁊ ſemini ei⁹

A Gen. vi.

Additio.

Ebron interp̃tatur cõiugium vel cõiugum q̃r q̃ttuor patriarche cum vxorib⁹ ſuis ibi icinerati fuerũt Hec iterp̃tatio repit' i q̃dã gloſa in actib⁹ apl'orum quã. M. legens conſuluit vt i hiſtorijs poneret: qꝺ ⁊ ſe feciſſe dixit.

Additio.

Arbor illa ſm hieronymũ vſqꝫ ad temp⁹ theodoſij imperatoris durauit. ⁊ ex illa fuiſſe ꝓhibetur q̃ modo eſt q̃lꝫ arida tamen medicinalis eſt: de qua qui ſecũ habet iumentum eius nõ infundit.

¶ De victoria Abre ⁊ occurſu

A Gen.xiiij.

melchiſedech. Cap.xlvi.

Factum eſt au
tem illo tēpore vt am-
raphel rex ſennaar .i.
babylonis ⁊c̄. Jam tā
tum proceſſerat libido dominādi:
ꝙ queqꝫ ciuitas regulū habebat:
quorum plurimi alicui maiori re-
gi ſeruiebāt: tandem omnes ſub-
diti erant monarcho aſſyrioꝝ. Sa
ne quinqꝫ ciuitates ſodomorum
ſodoma ⁊ gomorra: adama: ſebo
is. bala que et ſegor: quinqꝫ reges
habebant. Has ſubiugauerat ſibi
codorlaomor rex elamitarū: ⁊ tri-
butarias ſibi fecerat: ⁊ duodecim
annis ſeruierent ei in tributo. An
no vero terciodecimo noluerunt
ſibi dare. Proinde .xiiij. anno co-
dorlaomor aſſumens ſecum tres
reges babylonis et ponti ⁊ genti
um collecto exercitu conuenerunt
in vallem illuſtrem: in qua erant
putei bituminis que per iram dei
poſt verſa eſt in mare mortuum et
circunadiacentia loca depopulati
ſunt. Et egreſſi ſuntqꝫ reges vt
pugnarent aduerſus .iiij. qui ⁊ ter
ga verterūt: ⁊ ceciderūt plurimi:
⁊ qui remanſerant fugerūt ad mō
tes. Tulerunt autem victores om
nē ſubſtantiam eoꝝ. ⁊ captiuos:
necnon ⁊ Loth ⁊ ſubſtantiam eiꝰ
Et ecce vnus ꝙ euaſerat nūciauit
hoc abram hebreo: vel trans flu-
uiali: q2 de trans eufraten venerat
Qui numerauit expeditos verna
culos ſuos. cccxviij. ⁊ tres predi-
ctos fratres mābre ⁊ aner ⁊ eſcol.
⁊ ꝑſecutus eſt eos vſqꝫ dan: qui eſt
vnus de fontibus iordanis: ⁊ ab
eo oppidum dan dictum eſt: quod
nunc paneas dicit̄. Alter em̄ fons
Jor dicit̄ quibus in vnū ꝯfedera-
tis iordanis dicit̄. ⁊ irruit ſup eos
nocte: diuiſis ſocijs i tres turmas
dormiētes trucidauit: vigilantes
pre ebrietate pugnare non valen-
tes effugerunt. Et perſecutus eſt
eos abram vſqꝫ hoba: que ē ad le-
uā damaſci: ⁊ reduxit Loth. mu-
lieres quoqꝫ ⁊ populum: ⁊ omnē
ſubſtantiā eorum. Occurrit aūt ei
rex ſodomoꝝ ad locū qui dicitur
regia vallis in via ſolyme ciuitatꝭ
vel ſalem que poſt hieruſalem di-
cta eſt. At vero melchiſedech rex
ſalem obtulit ei panem ⁊ vinum.
Quod quaſi exponens Joſephꝰ
ait. Miniſtrauit exercitui xenia:
⁊ multam abundantiā rerū opor-
tunarū ſimul exhibuit: ⁊ ſup epu-
las benedixit deum: qui abre ſub-
diderat inimicos. Erat enī ſacer Decime ⁊
dos dei altiſſimi. Cui abram deci- primicie.
mas dedit ex omnibus ſpolijs. et
tunc primum decime leguntur da
te. primitie vero ab abel. Et ait ad
eum rex ſodomorum Da mihi ani
mas: cetera tibi tolle: ⁊ noluit abrā
etiam minimum quid tollere: exce Minimū
ptis que comederunt iuuenes: et ꝗref auariſ
partibus trium fratrum qui vene- ſimū eſt re
rant cum eo. Hunc melchiſedech ſpuere cru
aiunt hebrei fu- deliſſimū.
iſſe ſem filium
noe. ⁊ vixiſſe vſ-
qꝫ ad Jſaac. Et
omnes primoge
nitos a noe vſqꝫ
ad aaron ſacer-
dotes fuiſſe qui
in ꝑuincijs ⁊ ob-
lationibꝰ popu-
lo benedicebant
⁊ habebant pri-
mogenita de ꝗ-
bus poſt expli-
cabitur.

Additio.
Joſephus in fi
ne libri ſui ait.
Potentiſſimus
chananeorum ꝗ
lingua patria iu
ſtus rex appel-
latus ē primus
deo ſacerdotiū
vel ſacrificiū ex
hibuit: ⁊ phanū
edificauit: ⁊ vr-
bem quam hie-
roſolymā dixit.
Cū aūt ſolyma
vocaret̄: chananeis poſtea expul-
ſis primus iudeorum in ea leobiꝰ
vel theobitus regnauit.

¶ De ortu iubilei. Cap. xlvij.

De hac victo- Incidēs ē
ria tradūt iubileū ini
tiū habuiſſe ꝓ hac re-
miſſione captiuorum.

Iubel enim remiſſio vel initium: inde iubileus remiſſiuus: vel initians. ob hoc autē inſtitut⁹ eſt q̄nq̄geſimus. q2 tunc erat loth vt dicūt quidam .l. annorum. Vel tunc erat quinquageſimus annus ex quo locutus erat dn̄s abre in via vel ex q̄ egreſſus erat de charrā. Vel abrā peritus aſtroꝝ in quibus etiā ſm̄ quoſdam zoroaſtem magice artis inuentore inſtituit. nouerat ꝙ intemperies aeris que fit ex eleuatis vel depreſſis planetis: ſemper vſqꝫ ad .l. annos ad temperiem redeūt: et quod vidit fieri in aſtris voluit imitari in terris.

¶ De ſacrificio Abre poſt ꝓmiſſionem heredis. Cap. xlviii.

A Gen. xv. His tranſactis locutus eſt dominus ad abrā dicens. Protector tu⁹ ſum: et merces tua magna nimis. Et dixit abram: Quid dabis mihi? Ego vadam abſqꝫ liberis: ac damaſcus filius eliezer ꝓcuratoris mei erit heres meus. quaſi .d. Quid mihi de promiſſione terre cum deſit heres? Ab hoc damaſco aiunt damaſcum conditā et denominatam: et ibi eū regnaſſe.

B Gen. xv. Et dixit dn̄s ad eum. Non erit hic heres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo.

A Ro. iiij. Credidit abraam deo: et reputatum ē ei ad iuſtitiam. et quia inſperatum ꝓmittebatur: queſiuit abrā ſignū: vnde ſciret ſibi hoc fieri. nō ex diffidentia: ſed ſperando et modum querendo.

E Mat. xij. Et hinc maxime mos inoleuit iudeis ſigna querere.

¶ Et ait dn̄s. Sume mihi incraſtino vaccam et capram et arietem queqꝫ trima et turturem et columbam. q.d. Immolabis mihi hec et oſtendam tibi ſignū. Qui tollens hec animalia diuiſit p medium: et ptes contra ſe altrinſecus poſuit: auea autem non diuiſit: et dum expectaret preceptum dn̄i de modo immolandi: deſcēderunt volucres ſuper cadauera: et abigebat eas abram. Cumqꝫ ſol occubuiſſet ſopor irruit ſup abram: et horor magnus qui fuit pars ſigni: et dictum eſt ad eum. Scito ꝓnoſcens ꝙ peregrinum futurū ſit ſemen tuum in terra non ſua et ſubycient eos extranei ſeruituti et affligent .cccc. annis. A Act. vij. Tu autē ibis prius ad patres tuos: generatione āt quarta reuertētur huc. q.d. Ne expectes te modo regnaturum in terra hac: et ſemen tuum poſt te. Te enim prius mortuo poſt .cccc. annos implebitur promiſſio mea. Nec eſt intelligendum ꝙ tot annis ſeruierint in egypto: ſed hic numerus annorum in illa afflictione completus eſt qui ſm̄ Iſidorum ab illo tēpore computantur: quo iſta abre ꝓmittuntur. Iſidorus. Auguſti. Auguſtinus ab Iſaac nato computat q2 dictum eſt ſemē tuū. Et ab anno natiuitatis Iſaac vſqꝫ ad annum egreſſionis de egypto numerat .ccccv. annos. Sz ſcriptura ſubticet .v. et legit litterā ſic. Semen tuum pegrinum erit .cccc. annis. ſiue enim in terra chanaan ſiue i egypto peregrinum fuit: donec habuit hereditatem ex promiſſione dei. Illud autem interpoſitum: ſubycient eos et affligent: nō refertur ad .cccc. annos. Qꝫ autē dictū eſt in quarta generatiōe eos redituros: ſm̄ tribū ſacerdotalem intelligendum eſt. Leui enim genuit chaat: qui genuit aram vel amrā: q̄ genuit aarō q̄ eleazar: qui cum aaron egreſſus ē. Nec dicas quattuor ḡnationes pſonas .iiij. ſz ſucceſſiones: vt tot ſint generatiōes q̄tiens ibi legit genuit. Qꝫ alia lra hz .v. ḡnationes: ſm̄ regiā tribū ē Iudas ei geūit phares: q̄ geūit eſrō:

Additio. Due fuerunt tribus. Sacerdotalis que a leui habuit principiū. Alia regalis: q̄ a iuda.

quí genuit aram: q̃ aminadab: qui naaſon: q̃ cũ patre egreſſus eſt Et facta ē caligo: ⁊ apparuit ignis q̃ ſi clibani tranſiens inter diuiſiones illas: ⁊ ꝯſumens illas. Ecce ſignũ ⁊ terminos terre ꝑmiſſionis diffiniuit ei dñs a riuo corula flumine egypti vſqꝫ ad eufraten: ⁊ populos eius nominauit.

De fuga agar ⁊ ortu hiſmael. Capitulum.xlix.

A Geñ.xvj.

Igitur ſarai nõ habebat liberos: ⁊ dixit Abre. Ingredere ad ãcillaꝫ meã agar: ſi forte ex illa ſuſcipiã filios: ⁊ igreſſus ē ad eã Que cũ cõcepiſſet deſperit dñam ſuaꝫ: ⁊ abrã diſſimulabat. Et ait ſarai. Iniq̃ agis contra me Iudicet deꝰ inter me ⁊ te. Cui abrã Ecce ãcilla tua ĩ manu tua: vtere ea vt libet. Affligente aũt eã ſarai: illa inijt fugã: volens redire ad patriã: qꝛ egyptia erat. Et inuenit eã angelꝰ dñi dũ fugeret ⁊ ſitiret ⁊ viam ignoraret ſoliuagã iuxta puteũ q̃ eſt ĩ via in deſerto ſur Qui dixit ad eã. Vñ venis: et quo vadis. Et illa. A facie dñe mee ſarai fugio. Cui angelꝰ. Reuertere ad dñam tuã: ⁊ hũiliare ſub ea. Et rurſum Cõcepiſti ⁊ paries filiũ: ⁊ vocabis nomē eius

De hiſmaele.

hiſmael Hic ꝓmo legit̃ nomē predictũ a dño: qđ perrarũ eſt. Manus eius ꝯtra oēs: ⁊ manꝰ oĩm cõtra eũ: ⁊ e regione fratrũ ſuorũ figet tentoria: qđ tamē nõ de ipõ legitur: ſꝫ de filio eiꝰ cedar Tamen de genere ipſiꝰ hoc ꝓdictũ ē: quia ſaraceni vagi ſedibꝰ incertiſ: gētes qbꝰ deſertũ ex latere iungit̃ impugnãt: ⁊ ab oibꝰ ipugnãtur. Hoc aũt ṗcipue futurum erat ſecũduꝫ

Propheſia methodij đ hiſmahelitis ſarracenis.

methodiũ: qñ quattuor principes de genere hiſmael quos etiã filios vinee vocat: forte ꝑ veſania tanq̃ ebrios oreb.ſ. et zeb ⁊ zebee ⁊ ſalmana: egreſſi ſũt de ſolitudine cõtra filios iſrael: q̃ victi per gedeon retruſi ſunt in ſolitudinem de qua prodierant. Qđ ꝟo legit̃ in geneſi: hic erit ferus hõ: hebreus habꝫ phara: quod ſonat onager. Propter hoc vt đt methodiꝰ dictũ eſt. Onagri et capree a deſerto oēm beſtiarũ ſupergredient̃ rabiem: ⁊ manſuetorũ numerus contereretur ab eis. Dicit enĩ de filijs hiſmael. Futurum eſt aũt vt exeant adhuc ſemel: ⁊ obtinebũt orbem terre ꝑ octo hebdomadas annorum: ⁊ vocabitur iter eorum via anguſtie: quia patrem illorũ hiſmael vocauit dominus onagrum. In ſacris locis interficient ſacerdotes: ibidem cum mulieribus dormiēt: ad ſepulcra ſanctorũ religabũt iumēta: ⁊ hoc ꝑ nequicia chriſtianorũ qui tũc erũt: de qbꝰ dicit̃. In nouiſſimis diebus erũt homies ſeſe amãtes ⁊c̃. Et tũc implebit̃ quod dictuꝫ eſt per ezechielem. Filij hominis voca beſtias agri: ⁊ exhortare illas dicēs. Congregamini ⁊ venite: eo ꝙ ſacrificium magnum imolo vobis Manducate carnes fortium: ⁊ bibite ſanguinē deorũ excelſoruꝫ.

B ij.Thi.iij.

E Eze.xxxix.

Cumqꝫ loq̃retur dñs cum agar: ꝑtranſijt in turbine: ⁊ ipſe vidit poſteriora dei ⁊ ait. Vidi poſteriora videntis me. Et appellauit locum puteum viuentiſ ⁊ videntis: quia viderat eam dñs et quaſi reddiderat vitam ſitienti oſtendēdo puteum Adhuc puteꝰ ager oſtenditur inter cades ⁊ barath. Que cuꝫ rediſſet peperit filium: et vocauit eum hiſmaelem. Abram autem erat.lxxxvj.annorum cum natus eſt hiſmael.

Additio.

Legitur in vita Clemētis ꝙ abraam aliũ habuit filium de agar: qui dictꝰ eſt elieſdros a q̃ perſe duxerunt originem.

De pacto circũciſiõis ⁊ mutatiõe nominũ abre ⁊ ſarai. Capi.l.

A
Geñ.xvij.

De abrahe nois immutatione.

Poſtquā vero nonaginta ⁊ nouē annorum eſſe cepat abrā: apparuit ei domin⁹ dicens Multiplicabo ſemen tuū: et tu cuſtodies pactum meum. hoc. ſ. Circuncidetur ex vobis ⁊c̄. Sed anteq̄ pactum exponat nomen ei mutat. Dicebatur enim abram ex abba ⁊ ram: quaſi abbarā .i. excelſ⁹ pater. ⁊ addita eſt littera .a ⁊ dict⁹ eſt abraā: quaſi abbaam: quod ſonat pater multarum: ſubaudit̄ gētium. Hebrei tamen dicunt q̄ de nomine ſuo tetra grāmaton e. litteram addidit deus abrae: que tamen ſonat a. idioma enim eorū eſt ſcribere a: ⁊ ſonare e. ⁊ econuerſo. R. ãt ſupaddita eſt cauſa euphonie. Et q̄ tempore circunciſionis mutatum eſt nomen ei: cum circuncidūt imponunt hebrei nomina. Volens itaq̄ dn̄s quaſi quodam charactere populum ſuum ab alijs diſcernere: induxit eis circunciſionē ſic Circuncidetur ex vobis omne maſculinum: ⁊ circuncidetis carnem prepucij veſtri. Infans octo dierum circūcidetur. tā vernacul⁹ q̄ empticius cuius caro circūciſa non fuerit: pibit anima illa de populo ſuo. Quo cultello fieret non eſt p̄ceptum. Quare autem fiebat lapideo poſt dicemus. Notandū q̄ ſeruus p̄mo dictus eſt a ſeruando. Victores enim victos hoſtes quos ad vitam ſeruabant ſeruos dixerunt. Verna vero vel vernaculus vel venula qui nutritus eſt domi Empticius qui in ꝓpria pſona emptus eſt. Originarius qui ⁊ ſeruus glebe ſcʒ colonus. ¶ Dixitq̄ dominus ad abraā. Non vltra vocabis vxorē tuam ſarai: ſed ſaram. Quidā dicunt mutationem nois

Additio. Hoc quātū ad iterpretationē: non quantū ad abram.

De ſua vxore ſarai.

ſare ſic factā: q̄ cū prius ꝑ duo r. ſcriberet̄: mō ꝑ vnum: vel e cōtra. ⁊ errant. Sed cum diceretur ſarai .i. princeps mea: ⁊ quaſi vnius gētis: dicta eſt ſara. id eſt princeps. abſolute: quaſi omnium gentium p̄nceps futura. Et attende q̄ quātum ad nos videtur .i. littera ſubtracta: ⁊ nulla addita. ſed apud hebreos additur a: et ſcribitur per e. Quidaʒ: q̄ ſarath hebraice leprā ſonāt. errauerunt: putantes eam primo leprā vocari ¶ Et ait dn̄s. Ex illa dabo tibi filiū: ⁊ vocabis nomen eius iſaac. Cecidit abraaʒ in faciem: ⁊ riſit pre gaudio dicēs [applaudēdo] Putas ne cētenario naſcetur filius: ⁊ ſara nonagenaria pariet? Et ait dn̄s. Sara pariet tibi filium: ⁊ vocabis nomen eius iſaac: quod interpretatur riſus a riſu ſcʒ patris. Ecce ſecūdo a dn̄o predicitur nomen naſcituri. Et adhuc de duobus legitur hoc in veteri teſtamento: de ſamſone ſcʒ ⁊ ioſia: ⁊ in nouo de duob⁹ tantum: ieſu ⁊ iohanne. Etiam multiplicationem hiſmaelis ꝓmiſit ei dn̄s. Et cuʒ finitus eſſet ſermo domini: circūcidit ſe abraā ⁊ hiſmaelē ⁊ omnē ſuā familiam ſexus maſculini. Abraam tunc erat. xcix. annorum. ⁊ hiſmael. xiij.

Annunciatio cōcept⁹ iſaac.

¶ De tribus angelis ſuſceptis ab abraam. Capl'm. lj.

A
Geñ.xviij.

Apparuit dominus abrae in ꝯualle mābre. Cūq̄ eleuaſſet oculos vidit tres viros: ⁊ occurrēs illis: vnū ex eis adorauit. Dicit Joſephus tres angelos in ſpecie hūana miſſos vt vn⁹ nunciaret abrae v̄bum dei de filio ſuo. ⁊ duo ſubuerterent ſodomā. Euſebius vero ait. Primo omnium ꝓphetarum abrae verbuʒ dei: cum in figura apparuiſſet humana vocationem gentium pollicetur. Et ſic apparuit ei fili⁹ quem

et adorauit Sed quia nuſq̃ legit̃ pater apparuiſſe i ſubiecta creatura dicitur q̃ duo ãgeli apparuerunt in deſignatione duorũ preconũ moyſi et helie. quorũ alter primũ preuenit aduentũ: alter p̃ueniet ſcðm. Quos et rogauit abraam vt diuerterent ad eũ: et paululum comedẽdo cõfortarent̃ Qui aſſẽſerũt. Et eſtimãs abraã precepit ſare vt de trib⁹ ſatis ſimile faceret ſub cinericeos panes. Ipſe quoq̃ tulit vitulum de armento optimum: tulitq̃ butyrum et lac: et vitulum aſſatum: et poſuit corã eis

Additio.
Anthropomorphite ſunt heretici de iudeis: q̃ dicũt deũ patrẽ habere corpus hominis. cuius ſuperiorẽ partem dicũt eſſe in celis: pedes vero in terra.

Veriſimile ẽ q̃ prius homines credidit: quib⁹ hec xenia parauit: poſt ãgelos dei eſſe comprobauit. De cibo quẽ ſumpſerũt p̃t dici q̃ in maſticando exinanit⁹ ſit ſicut aq̃ calore ignis Abraam ſtabat iuxta eos Sara vero erat poſt oſtium tabernaculi Et dixit angel⁹ Reuertẽs veniam ad te tẽpore iſto. id eſt eodem die reuoluto anno: et habebit ſara filiuz Quo audito riſit ſara. Erant ei ambo ſenes: et deſierant ſare fieri muliebria. .i. menſtrua: quibus deficientib⁹

B
Geñ. xviij.

Additio.
Hunc ordinem videtur auguſtinus cõprobare i geneſi ſup hunc locũ: quo audito riſit ſara. ſcz q̃ prius putauit abraam eos eſſe homines in q̃b⁹ tamen deus loqueretur ꝓpter quedã ſigna diuine maieſtatis i eis apparẽtia. ideoq̃ pronus i terram non eos ſed in eis deum adorauit: poſt vero pcepit aliq̃bus figuris vel diuino iſtictu: q̃ angeli erant Tamen videns eos habere corpora hũana pauit eis eſcam.

vis pariendi deficit. Si alter iuuenis eſſet: non eſſet impoſſibile ex ſene et iuuene prolem fieri. Sz ambo erant prouecte etatis. Ad hec etiam ipſa ſterilis erat. Riſit ergo quia dubitauit dicens. Poſtq̃ cõſenui et dominus meus vetulus ẽ: voluptati operam dabo. Dixitq̃ dñs ad abraam.

Quare riſit ſara: nunqd q̃cq̃ deo eſt difficile Negauit ſara ſe riſiſſe perterrita Ecce qua intentione quiſq̃ riſerit dijudicare potuit qui corda nouit.

Additio.
Et forte credidit adulatorie dictum: quia bene pauerat eos.

¶ De duobus angelis deſcendentibus in ſodomam. Cap. liij.

Cunq̃ ſurrexiſſent illi tres viri direxerunt oculos contra ſodomã: et abraam gradiebatur ſimul: et dixit dominus. Non potero celare abrae que geſturus ſum. Et ait ad illum. Clamor ſodomorum et gomorre venit ad me. Peccatum cum clamore: ẽ culpa cum libertate: cum ſcz quis palam et ad libitum ſuum peccat. Peccatum illorum fuit ſuperbia vite: et abundantia panis: ꝓpter quam vſq̃ ad ignominioſam libidinam proruperunt. Et addidit. Deſcendam et videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Qui omnia nouit: hoc in exemplum nobis reliquit. q. d. Mala hominum non ante credite q̃ probetis Inde eſt q̃ iudex ſibi ſoli crimen notum punire non poteſt: vnde et dictum eſt. Nemo te condemnauit: nec ego te condẽnabo. ¶ Abraam vero memor loth filij fratris ſui: appropiquãs ad dominum ait. Nunquid pdes iuſtum cum impio. Non eſt hoc tuum qui iudicas omnem terram.

C
Geñ. xviij.

B
Johã. viij.
D
Geñ. xviij.

Si fuerint. l.iuſti ibi: nonne parces populo propter eos Et ait dominus. Dimittam omni populo propter eos. Tunc abraam quaſi paulatim deſcendens ait. Si fuerint.xlv. Item ſi.xl.quid ſi.xxx. Quid ſi.xx. Quid ſi decē. Et ait dominus Non delebo eos ꝓpter decem. Abijt dn̄s.id eſt non apparuit poſtꝗ ceſſauit loqui ei: ⁊ ille reuerſus eſt in locum ſuum ¶ Venerūtq3 illi duo angeli qui fuerāt cum domino vel alij [ſm quoſdā] ſodomā veſpere ſedente loth i foribus ciuitatis:expectante alicui⁹ hoſpitis aduentum. Qui occurrens eis adorauit:petens vt diuerterent in domum ſuam Quos renitentes compulit opido. Ingreſſiſq3 illis fecit conuiuiū:coxit azyma ⁊ comederunt Tunc viri ciuitatis a puero vſq3 ad ſenem vallauerunt domum: ⁊ dixerunt loth. Educ viros illos huc vt cognoſcamus eos. Qui ait Habeo duas filias que nondum cognouerunt virum:abutamini eis vt libet: tantū his nihil mali faciatis qui ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. Mos enim fidelium erat ab omni iniuria hoſpites ſuos defendere. Quod autem dixit: perturbatio animi fuit:non conſilium. Conſilium ſane eſt vt faciat quis leuius ne ipſe committat grauius. Nullo autem modo debet quis leuius facere mortale:ne ali⁹ committat grauius. At illi noluerunt: ⁊ vim faciebant vehementiſſime loth Et ecce angeli introduxerunt loth:et clauſerūt oſtium: Illos vero percuſſerunt cecitate:non priuatione viſus:ſed acriſia quam latine auidentiam dicere poſſum⁹ que facit nō videri|nō omnia ſed que eſt op⁹|qua percuſſi ſunt ꝗ querebant heliſeū cum eſſet cum eis: et diſcipuli cū domino eūtes in emaus. Forte hoc modo quandoq3 ꝗrimus quod in manu tenem⁹: ⁊ angeli dixerunt ad loth. Educ omnes tuos de vrbe hac. Delebimus enim locum iſtum. Et ingreſſus loth ad generos ſuos ait. Surgite ⁊ egredimini: q2 delebit dominus ciuitatem iſtam. Non eſt credendum[vt ait Hieronymus]his qui dicunt alias filias a predictis virginibus loth habuiſſe: habentes viros que cum viris ſuis merſe ſint. Sed generos vocat futuros generos. Unde hebraica veritas habet. Egreſſus eſt loth ad ſponſos. Qui noluerunt egredi: conſuetudinem hanc verborum loth eſſe dicentes ꝙ ſemper mala prediceret.

A Gen̄.xix.

De iuſtitia loth

Additio. Acriſia ē quando quis habet apertos oculos ⁊ non videt: qđ magi faciūt incantationibus. Fit etiam quando quis habet aliquando rem aliquam in manu ⁊ non videt. et ē etiā acriſia.

¶ De ſubuerſione ſodomorum. Capitulum.liij.

D Gen̄.xix.

Mane diſſimulante Loth exire: app̄hēſuſ eum cū vxore ſua ⁊ filiabus ſtatuerunt angeli extra ciuitatem dicentes. Ne reſpicias retro:ſed in monte ſaluum te fac. Qui ex perturbatione nōdum plene credens domino ait. Non poſſum i mōte ſaluari ne forte apprehendat me malum: ⁊ moriar. Forte ſenex montium frigora et laborem vie perhorrebat. Sed eſt hec ciuitas parua ad quā fugere ſufficio vt ſaluer in ea: et ait dominus. Non ſubuertam vr-

bem ꝑ qua locutus es. et ideo qꝛ
dixit parua: vocatū eſt nomen vr-
bis segoꝛ. id eſt parua. Tradūt eī
B hebꝛei hanc vꝛbem pꝛimo dictam
yſa.xv. balaim: ⁊ poſt ſaliſam: ⁊ in eſaia vi
tulā conſternantē: quia tertio ter
remotu abſoꝛpta ſit poſt ſubuer-
ſionē quattuoꝛ aliarū ciuitatum:
modo dicit̃ ciuitas palme. Quā-
diu ergo fuit loth in ea pepercit eī
dn̄s. Sed [vt dicit Hieronymus]
loth timēs ꝯſuetum eius terremo
Zodomite pereunt. tū: egreſſus mãſit in mōte. Egreſ
ſo itaq̃ loth de ſodomis: pluit do
minus ſuꝑ ciuitates illas ſulphur
⁊ ignem. Pluit dn̄s a ſeipſo ens in
terra a ſe ente in celo iudicans. id
eſt puniens ab imperante. Pluit
aūt hec vt terra ī eternū areſceret
ſine ſpe iterū germinādi: ⁊ ita gra
uius puniuit iſtos q̄ ꝑmos pecca
toꝛes diluuio. Licet eī illi mēſurā
excederent delicti: tamē q̄ſi natu-
raliter peccabant: ⁊ vniuerſos ſub
uertit etiam paruulos ꝑ peccatis
parentum: in quo ꝓuiſum eſt illis
ne diu viuētes ſequerentur exem-
pla patrū: ⁊ eſt aliqd̓ bonum reū
non eſſe: qui gloꝛioſus non eſt.
Prodeſt enī pauperē nō eſſe qui
rex non eſſe poteſt. ¶ Et reſpici-
De vxore loth. ens vxoꝛ loth. retro: verſa eſt ī ſta
tuam ſalis: quam Joſephus dī ſe
vidiſſe: ⁊ hacten⁹ manere. Verſa
eſt ergo regio in lacum ſalis: ⁊ ſte
rilem qui dꝛ mare moꝛtuū: qꝛ nec
piſces nec aues in eo viuunt: vt in
alijs. Nauem quoq̃ non patitur:
nec vllam ſuſtinet materiam quin
tota foꝛſitan ſupernatet: niſi bitu-
minatam propter homines intus
viuentes. Nam omne carens vita
in pꝛofundum mergitur. Siquid
viuum aliqua arte immerſeris: ſu-
perexilit. Lucer
na ardens ſup-
enatat: extincta
mergitur. Mul
tis in locis ni-
gras glebas bi-
tuminis vomit
⁊ ideo lacus aſ-
phaltiv ł aſphal
tidis dicit̃. Di-
citur etiā q̄ po-
ma nata ī arbo-
rib⁹ circumpo-
ſitis vſq̃ ad ma
turitatem colo-
ris ſūt viridis:
matura ſi inci-
das: fauillas in
tus īuenies. Un
de vt ait Joſe-
phus. Fauilla
terre ſodomiti-
ce fidem habet.
Dicitur et val-
lis ſalinarum.
Forte fit ibi ſal:
vel lapides ſalis circa inueniūtur.

Additio.

Lacus hic iude
am diuidit ⁊ a-
rabiam non ma
ioꝛem: ſed illam
que olim fuit iſ-
ta ſolitudo īuia
⁊ inaquoſa: in q̃
xl. annis fuerūt
filij iſrael. Dicit
Joſephus q̄ ni
mia eius leuita
te etiā grauiſſi-
ma in eū iacta
referuntur in al
tum. Unde ve-
ſpaſianus q̄ſdā
iunctis poſt ter
gum manibus
iuſſit in altū ꝓ-
iici: ⁊ omnes tā
q̄ vi ſpūs ſurſū
repulſi deſuper
fluitabant.

¶ De inceſtu Loth. Capl̄m. liiij.

G Geñ.xix.

Loth aūt egreſ-
ſus de ſegoꝛ mãſit in
monte in ſpelunca: et
due filie eius cum eo.
Didicerant autē filie loth cōſum-
mationem mūdi futurā per ignē:
⁊ ſuſpicate ſunt tale aliquid factū
quale fuit ī dieb⁹ noe: ſe ad repa-
randum genus humanū ſeruatas
ſe eſſe ſuꝑſtites cū pr̄e. Ideoq̃ cō-
ſilium inierunt ⁊ patris meſticiā
⁊ rigoꝛē vino mollientes: ſingule
licet ꝟgines ſingul' noctib⁹ ſuſce
perūt ab ignorāte ꝯceptū: nec re-
petieſt Ho⁹ tn̄ deſuꝑ appūgunt he
bꝛei quaſi incredibile: qꝛ natura re
rum nō patitur coire quēpiā ne-
ſcientem. Uel dicit̃ neſciſſe filiam
fuiſſe: putans fuiſſe vxoꝛē ſuam.
Dicitur quoq̃ impoſſibile in de-
floꝛatione fieri conceptū. Ob hoc
antichꝛiſt⁹ dicet ſe filiū virginis.
Peperit q̃ maioꝛ filia filiū: ⁊ vo-
cauit eum moab patrem moabita
rum: minoꝛ peperit filium: ⁊ voca
uit eum amon patrem amonitaꝝ.
Moab interꝑtatur ex patre. Hoc
nomine mater aperte publicauit ī

ceſtum patris. Amon filius popu
li mei. Hec aliquantulū terit qua
ſi filius cuiuſdam de populo meo.
Dicit hieronymus filias poſſe ex

Hieronymus.

cuſari: quia crediderūt genus hu-
manum defeciſſe: ⁊ pietas poſteri
tatis impietatē īceſtus excuſauit
in tanto: ſed non in toto. Sed hoc
patrem nō excuſat: ſed infidelitas
eius cauſa fuit inceſtus De eodem

Strabus.

ut Strabus. Loth inexcuſabilis
eſt. Primo: q2 angelo non credi-
dit ſe poſſe ſaluari in ſegor. Dein-
de quia inebriatus eſt: et fuit pec-
catum cauſa peccati.

¶ De peregrinatiōe abrae apud
abimelech regem gerariis. Ca. lv.

A
Gen. xx.

PRofectus eſt abraam dē cōualle mā-
bre in terrā auſtralem:
peregrinat⁹ eſt in gerariis inter ca

Abrae ſimulatio ⁊ fictio.

des: vnde fluxerūt aque contradi-
ctionis: ⁊ ſur loco ſororis habens
ſaram: ſimilia priorib⁹ ſimulans p̄
timore. Miſit autē abimelech rex
gerare: ⁊ tulit eam. In quo vis for
me illius miranda notat: que no-
nagenaria adhuc amari poterat.
Sed in egritudinē cecidit rex dei
voluntate ne eam tangeret [ut ait
Joſephus]. ¶ In fine tamen hu-
iuſcapituli alia pena notatur: hec
ſcilicet q deus cōcluſerat omnem
vuluā domus abimelech propter
ſaram: nequid ſcʒ femininū in do
mo eius interim cōciperet. Medi
cis autē deſperantibus ſoporatus
audiuit a dn̄o: hec ſibi propter
vxorem peregrini inferri. Et pre-
cepit ei vt redderet viro vxorem:
quia propheta erat. Et ille oraret
pro eo ⁊ viueret Statimq ſurgēs
vocauit ſeruos ſuos: vocauit ⁊ a-
braam ⁊ dixit ei. Quid feciſti no-
bis. Quid vidiſti vt hoc faceres.
Et ait abraam Cogitaui q timor
dei non eſſet in hoc loco: ⁊ interfi-
cerent me pro vxore. Als autem ⁊
vere ſoror mea ē filia patris. Hic
diſtīguitur ſui: ſcilicet patris. Se
quitur mei. i. qui eſt meus: ſubau-
di frater vel filia patris mei: ⁊ nō
matris mee: quod eſt. neptis mea
ē: ⁊ cognata ex parte patris ⁊ fra-
tris mei: et non ex parte ſororis.
Unde alia tranſlatio. Soror mea
eſt a patre ſuo ⁊ non a matre. Si-
cut enim dicebant cognatos fra-
tres: ſic ⁊ cognatos ſorores. Fra-
trem vero arā patrem ſuum voca-
uit: quia ſenior eo fuerat ſecundū
vſum loquendi quo maiores natu
patres vocamus: minores filios.
⁊ quia dignior ⁊ maior affectio ſo
let eſſe ꝓpinquorum ſcd̄m viroſq
ſcd̄m mulieres: ꝓpinquam ſuam p
virum digniori nomie vocauit ſo-
rorem: ſcʒ potius q̄ neptem. Uel
finxit eam filiā patris eſſe: nec ta D
men mentitus eſt: ſicut nec domi- Luce. xxiiij
nus cum finxit ſe longius ire: pre-
ſertim cum dn̄o iubente credit
hoc dixiſſe: ⁊ ita relator fuit verbo
rum dn̄i: vt heliſeus celauit ſe non
cognoſcentibus. Quidam tamen
dicunt thare mortua matre abrae
⁊ mortuo arā duxiſſe vxorem filij:
⁊ genuiſſe ſaram. Unde ⁊ hic dici
tur filia thare ſm carnem: ⁊ ſupra
filia aram ſcd̄m ſuſcitationem ſe-
minis: quia ſolum maſculum reli-
quit aram. Orauit autem abraam
pro eo: ⁊ ſanatus eſt: ⁊ vxor ⁊ an-
cille ei⁹ pepererūt: ⁊ dedit abime
lech abrae munera ⁊ terram ad ha-
bitandum ad optionem ſuā. Sa-
re autē dixit. Ecce dedi fratri tuo
pro te mille argenteos. Hoc erit
tibi in velamen oculorū coram om-
nibus qui tecum ſunt. id eſt in me
moriam verecundie: quia in men-
dacio deprehenſa es Unde ſubdit
exponendo. Et quocunq perrexe
ris memento te deprehenſam. Uel
elegans eſt irriſio. Hoc erit tibi i
velamē oculorum. id eſt in prepa-
rationem funeris. q. d. Anus es ⁊
vicina funeri: ⁊ mentita es tamē
⁊ decepiſti. Habe tibi ergo hec in

expenſas funeris. Que magnis expenſis fieri ſolebat: maxime a iudeis: vel ad pepla emēda vt tegas faciem ne ameris.

¶ De ortu Iſaac ⁊ eiectiōe agar cum filio. Capitulum. lvi.

A Gen. xxi.

Viſitauit domin⁹ ſaram: concepitq̄ ⁊ peperit filiū: et circumcidit eū abraam octauo die. Et exinde poſt totidem dies iudei circumcidunt: arabes vero poſt. xiij. annos: quia eo tempore hiſmael gentis illius auctor circūciſus fuit. Et vocauit eū iſaac. id eſt riſum: q̄ riſum fecerat domin⁹ parentibus eius. id eſt gaudium inopinatū. Creuit puer: ⁊ trim⁹ ablactatus eſt. Et fecit pater grāde conuiuium in die illa: q̄ ea die filius p̄mo acceſſit ad menſam patris Dumq̄ ſimul luderēt hiſmael et iſaac: maior ledebat minorem. Et intellexit mater in ludo ꝑſecutionē: quia ſē patre mortuo vellz domiari maior minori. Vel vt hebrei tradūt: cogebat eum adorare luteas imagines quas fecerat. Quod cū diſplicuiſſet matri: dixit ad abraā. Eiice ancillā ⁊ filiū eius. Dure hoc accepit abraam et diſſimulabat: ſz dixit ei dominus Audi vocē ſare. Qui tollens panem ⁊ vtrem aque impoſuit ſcapule agar: ⁊ tradidit ei puerum. Cū q̄ cōſumpta eēt aqua in deſerto ⁊ puer deficeret ſiti: abiecit mater puerū ſub arbore et ſedit ꝓcul quātum arc⁹ iacere poteſt ne videret filium morientē: ⁊ fleuit. ⁊ exaudiuit de⁹ vocem pueri. id eſt fletum m̄ris pro puero. Et dixit āgel⁹ matri. Surge tolle puerū. ⁊ aperuit oculos eius deus: et vidit puteū. deditq̄ puero bibere: et implens vtrem abijt. Creuit puer: ⁊ moratus eſt in ſolitudine pharan: ⁊ factus eſt vir ſagittarius. Et accepit ei mater vxorem de terra egypti: de qua nati ſunt ei. xij. filij prīcipes tribuū ſuarū: quorū appellatione: opida: pagi: ⁊ trib⁹ celebrātur Nabaioth primogenit⁹ famoſiores nomiat: a quo pars arabie: que eſt ab eufrate vſq̄ ad mare rubrum nabathea dicitur. Cedar ſecundus a quo cedar que eſt in deſerto. Duma ſextus a quo duma regio. Thema nonus: a quo theman que eſt ad auſtrum. Cethuma vltimus: a quo cethema que eſt ad orientem.

Additio. id eſt reliqt iacentē quaſi ad iactū: nō q̄ eū portaret cū eēt iam. xliij. annorū. Vel per recapitulationem dictum eſt.

¶ De puteo iuramenti. Capitulum. lvij.

C Gen. xxi.

Eodem tempore videns abimelech abraam multiplicatum: timuit eum ⁊ venit ad eū cum phicol principe exercitus ſui: et ait Iura michi per deum ne noceas michi et poſteris meis: ſed ſemper facias michi iuxta miſericordiam quā feci tibi. Et eduxit eos abraā ad puteum quem oſtenderat de⁹ agar quem foderat abraam ante agar eiectam. Sz ſerui abimelech abſtulerant illum abrahe: et fecerant illum in ſolitudine pro gregibus adaquandis: qui lōge a mā

ſione eius in ſolitudine paſcebantur. Et reſtituit ei abimelech puteum: ſed in teſtimoniuȝ ꝙ ipſe foderat puteum ⁊ ablatum reſtituit ei abimelech: dedit regi .vij. agnas: ⁊ vocauit puteum berſabee. id eſt puteum ſeptem. Sabee enim hebraice ſeptem ſonat: ⁊ ibidem percuſſerūt ambo fedus. Unde ⁊ berſabee dictum putant. id eſt puteū iuramenti. Sabee quoqꝫ hebraice iuramentum dicitur. Joſephus tamen interpretatur berſabee fedus putei. A puteo vero circunſtans regio etiam dicta eſt berſabee. Plātauitqꝫ abraam circa puteū nemus: ⁊ fuit ibi colonus multis diebus non habitator. Dixit enim ſtephanus in actibus apoſtolorum: quia non accepit ibi hereditatem nec ſpacium pedis.

A Actuū.vij.

¶ De imolatione arietis ꝑ iſaac. Capitulum.lviij.

A Geñ.xxij.

Post hec dum habitaret i berſabee: ⁊ iſaac [vt dicit Joſephꝰ] .xxv. annorum eſſet: dixit dominus illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis iſaac: ⁊ vade in terram viſionis. et offer michi eum in holocauſtuȝ ſuper vnū montium quem monſtrauero tibi. Terram viſionis dixit illam parteȝ iudee que eſt in montanis: quia et ipſa alonge et de illa longe videri poteſt: queȝ ab eſaia vallis viſionis dicitur. Jn ſummitate vero montium iudee monticulus erat eminentior dictus mons moria: quē mōſtrauit deus abrae ad immolandum filium. Jn hoc tradunt hebrei templum poſt factum: et altare factum in loco vbi abraam altare fecit: et dauid angelum reponentem gladiuȝ vidit in area ornam iebuſei. Unde dixit eſaias. Erit mons domus domini in vertice montium: et ad eum fluent omnes gentes: de quo ⁊ dominus precepit iudeis: ne immolarent ſibi in omni loco: niſi in loco quem oſtenderet eis dominus. ¶ Abraam ergo de nocte conſurgens: nemini quod facturus erat indicans: ſtrauit aſinū ſuū: ducēs ſecuȝ duos iuuenes ⁊ filium: iuit ꝑiter duorum dieruȝ. Tertio die eleuatis oculis vidit locum procul. Hinc probantur illi erraſſe: qui dixerunt eum tunc habitaſſe inter bethel ⁊ hay. Locus enim ille non diſtat a monte moria per iter vnius diei. Et cum accepiſſet ligna et ignem relictis infra iuuenibus cum aſino: cum filio aſcendit ſolus. Cui filius. Ecce inquit ignis et ligna: vbi eſt victima holocauſti? Cui pater. Deus prouidebit ſibi victimam. Et ſtatuit aram: et lignis impoſitis ignem adhibuit. ¶ Refert auteȝ Joſephꝰ verba patris ad puerum dicentis Quia ſicut ex voluntate dei ingreſſus fuerat mundum mirabiliter: ita etiam ex voluntate dei neceſſe erat ei egredi mirabiliter: quem dominus quidem iudicaſſet dignum: non egritudine. non bello. non aliqua paſſione: humanaȝ vitam finire. ſed cum orationibus et ſacrificijs animam ipſius ad ſe vocare: et ꝙ ſuſcitaret eum ob implendas promiſſiones. Et ſic iſaac libens acceſſit ad aram et morteȝ. De hoc alquinus dicit. Jndubitanti animo mactare volebat filium laudandus i cōſtantia offerendi: et in fide ſuſcitandi filij. ¶ Arrepto autem gladio vt filiū imolaret: clamauit ad eū angelꝰ Nō extēdas manum in

Additio. Alquinus fuit magiſter karoli regis abbas ſancti martini turonenſ.

A yſa.ij.

A Deutero. xxxvj.

A Geñ.xxij.

A yſa.xxij.

C ij.reg.xxiiij

puerū: nūc cognoui ꝙ timeas dñ. Non enim ſanguinem pueri ſitiebat dominus: ſed vt ſciretur quantum abraam timuerit dominum. Et vidit abraam poſt tergum arietem inter vepres herentem cornibus quem obtulit ꝓ filio. Hebreus habet in virgultis ſabech herētem cornibus. ⁊ eſt ſabech genus virgulti. Hic errauit Euſebius dicens: ſabech hircū erectum ad carpendas frondes Dixit ergo arietem ſabech. id eſt quaſi hircū erectum. Et dicit eum Rabanus nō nouiter creatū: ſed aliunde ab angelo allatum: ⁊ vocauit nomen loci: Dominus videt. Et vſqȝ hodie quaſi in ꝓuerbium dicitur a iudeis in arto poſitis: in monte dominus videbit: quaſi dicerent. Sicut reſpexit iſaac in monte: ſic videat nos in hac anguſtia. Diem autem liberationis iſaac: dicunt hebrei primā diem ſeptembris. Unde in eo ſolennizant: ⁊ clangunt cornibus pecorinis in memoriam arietis. Et iurauit dominus per ſeipſum de ſemine multiplicando ex iſaac: ⁊ de terra danda ſemini eius. Altera die rediit abraam: ⁊ reuerſus eſt in berſabee. Nunciatumqȝ eſt ei ꝙ melcha genuiſſet nachor fratri ſuo filios. viij. primogenitū hus: de cuius ſtirpe deſcendit

Job. j. Job: ſicut ſcriptum eſt. Uir erat in terra hus nomine Job. Et hus fratrē eius ex cuius genere balaam: qui ſecūdū hebreos dicitur in iob beliu buzites. Errāt ergo qui dicunt iob de genere eſau fuiſſe. Quod enim in fine libri eius eſt: ꝙ de ſyro ſermone tranſlatus ſit: ⁊ ꝙ ipſe quartus ab eſau ī hebreo non habetur. De concubina vero Roma alias rema ſuſceperat nachor filios quattuor.

¶ De morte ſare. Cap. lix.

Rediit autem abraam ad conuallem mambre: ⁊ mortua eſt ſara cum eſſet. cxxvij. annorum ⁊ ſepulta eſt in hebron ī ſpelunca dupliċi. quā emit abraam. cccc. ſiclis argenti ab ephrō: ſupplicantib⁹ ꝓ eo etheis id eſt populo terre. Gen. xxiij.

Additio. Eadē cariatarbe. i. ciuitas qt tuor patriarcharū. iſaac: abrae iacob: ⁊ ade.

Erat autē ſpelunca duplex rupes naturaliter vł artificialiter duas ſpeluncas habens: quā emit abraam in ſepulturam generi ſuo. In ſuperiori ſepeliebantur viri: in inferiori mulieres. Tamen adā ⁊ eua iam ibidem ſepulti erant Nec peccauit abraā emēdo: nec ille vendendo: ſicut nec hodie qui emeret agrū vt faceret cimiteriū: niſi forte qꝛ ſepulti erāt ibi protoplaſti. Hieronymus tamen dicit ephron reprehendēdū. ⁊ ideo nomen eius mutatum pro ephron effran.

¶ De legatione eliezer ī meſopotamiam. Caplm. lx.

Erat aūt abraam ſenex: ⁊ dixit ad eliezer ꝓcuratorē domus ſue Pone manū tuam ſub femore meo ⁊ iura mihi ꝑ deum celi ⁊ terre qꝛ nō accipies filio meo iſaac vxorē de filiab⁹ gētium inter quas habito: ſȝ ibis ad cognationem meam ⁊ inde accipies ei vxorem. Si tamen ex illis aliqua noluerit ſequi te: nō tenebris iuramento Iurauitqȝ ſeruus ponens manum ſub femore eius. Gen. xxiiij.

Tradunt hebrei ꝙ in ſanctificatione eius. id eſt in circunciſione iurauerit. Sed qꝛ dicitur ſub femore: dicimus eum iuraſſe in ſemine abrae. i. in xp̄o: quē ex ſe naſciturū ſciebat Unū dixit. Iura mihi ꝑ deū celi ⁊ t̄re. Qȝ aūt ſub femorē manū

poni voluit: inuiſt carnez chr̄i ſup omnes futurā. ¶ Tulit ergo eliezer decem camelos: ⁊ abyt ex omnibus bonis dn̄i ſui portans ſecū: maxime q̄ rara nouit eſſe in terra ad quā ibat. Perrexitq; meſopotamiam ad charram: vrbez nachor. Multo q̄dē tēpore ⁊ labore vt dicit ioſephus] q: in hyeme in meſopotamia ē luti ꝓfunditas ī eſtate aque defectio: in ſaltibus latrones.

Additio.
Vl' ad hahram Hebrei enī āte et retro aſpirabant vocales h.

Fecit autē camelos accūbere iuxta puteum āte vrbē impotatos nolens introducere. Cū āt veſpe egrederentur mulieres ad hauriendam aquā orauit dominū vt inter illas inueniret vxor dn̄i ſui: ſi aliqua gētis illi⁹ domis ſuo deberet: et cognoſceret ita vt alijs negantibus aquaz ſibi poſcēti ipſa p̄beret. Et ecce rebecca bathuelis filia deſcēderat ⁊ impleuerat hydriā: ⁊ alijs quidē auertentibus ſe: peregrino aquā prebuit ⁊ adiecit quin ⁊ camelis tuis aquā hauriā: ⁊ hauſtā aquā infundēs in canalib⁹: potuz dedit camelis. Ille autez tacitus intuēs eā: vtrū eēt idonea dn̄o ſuo: q̄ſiuit ab ea cuius filia eēt: et ſi ei eſſet loc⁹ in domo patris ad manendum.

Additio.
Ne forte luſca vel gibboſa: vel torto: vel grandi naſo.

Accepto vero q erat filia bathuelis fily nachor et melche ſoror laban ꝓtulit in aures aureas et armillas: ⁊ dedit ei. Cucurritq; puella ī domū matris nuncians q̄ audierat. Egreſſuſq; laban: itroduxit virū ī hoſpitiū: ⁊ deſtrauit camelos: deditq; paleas et fenū: ⁊ lauit pedes hoſpitū: ⁊ appoſuit eis panē. Noluit āt eliezer comedere donec loq̄ret ſmōes ꝓ q̄b⁹ venerat. Cum q̄ ſe dixiſſet ſeruum abrae fratris eorū: ⁊ cōmendaſſet abraā in mult: expoſuit eis petitionez abrae ⁊ iuramentū q̄d ip̄e fecerat: ⁊ orationē ſuaz a dn̄o ad puteū exauditā. Reſpōdertq; laban ⁊ bathuel.

Additio.
Ex h⁹ q nō ait p̄ris: ꝑpēdit q mortuus erat ſicut Ioſeph⁹ voluit.

A dn̄o egreſſ⁹ eſt ſmo ſcilicet abrae et oratio tua. Non poſſumus extra placituz ei⁹ quicq̄ loqui tibi. Ecce rebecca corā te eſt: tolle eā ⁊ vxor ſit dn̄i tui.

Additio.
id ē vxor ei⁹ ex mandato ab eo moriente ſuſcepto: ſi verū eſt q mortu⁹ erat ſicut Ioſephus ait.

Sed notandū q Ioſeph⁹ dt bathuelē iā defunctuz fuiſſe: ⁊ v̄ginē in cuſtodia matr ⁊ fratris eē: ⁊ de morte p̄ris p̄dixiſſe puellam querenti ad puteū cui⁹ filia eſſet. Etiā moyſes hucuſq; videt velle eaz nec tūc habuiſſe patrē: cū ſupi⁹ dixit. Cucurrit puella ī domū matris. Forte noīe p̄ris vocat hic mater: quia mādatū patris de filia tradenda quod ei reliquerat decedens nunc expoſuit. Potuit enī fieri vt eam tradendam generi ſuo delegaſſet. ¶ Audiēs hoc puer abrae adorauit dominum: qui direxerat iter ſuum: ⁊ protulit vaſa aurea ⁊ argentea: et veſtes dans rebecce. Matri quoq; eius ⁊ fratri ei⁹ munera dedit. Surgens autem mane puer petyt dimitti pretendēs moram quam fecerat in via ⁊ domini ſenectutem. Cūq; rogaſſent vt decem dies maneret apd̄ eos: noluit. Et dixerunt. Vocemus ergo puellam: ⁊ queram⁹ eius voluntatē. Que ſciſcitantibus ſi vellet ire ait Vadā. Et h̄ p̄mo legit ꝯſēſus mulieris requiſitus: ⁊ exinde pro iure habitum eſt vt requiratur. Et dimiſerunt eam. Gen. xxiiij.

¶ De aduentu rebecce ad iſaac. Capitulum. lxj.

G
Geñ.xxiiij.

EO tēpore iſaac habitabat in gerara: ⁊ forte deābulabat ꝑ viā q̄ ducit ad puteū viuētis ⁊ vidētis. Egreſſus enim erat ad meditanduꝫ in agro: forte de mora ſerui. Alia lr̃a habet ad exercitādū: forte laborās in agro vel quippiā opis ad deducendum agēs. Rebecca ꝟo iſaac viſo: ⁊ cognito ꝙ vir ei⁹ eēt: deſcēdens de camelo: ⁊ tollēs teriſtrum vel palliū albū: operuit ⁊ compſit ſe. Eſt autē teriſtrum genus arabici veſtimenti mulierū. Iſaac ꝟo introduxit eam in tabernaculū matris ſue ⁊ in tantū dilexit eā vt dolorē qui ex morte matris acciderat tēperaret.

¶ De morte abrae poſt ſuſceptaꝫ ſobolem de cethura. Capl'm.lxv.

A
Geñ.xxv.

ABraam aliaꝫ duxit vxorē noīe cethuram. Aiunt hebrei cethurā nomē appellatiuum qđ īterp̄taf copulatā. Dicūt eñ hanc fuiſſe agar: q̄ ꝑus cōcubina: mortua ſara tranſit in vxorem de nō copulata in copulatā: ne ſenex nouis nuptijs laſciuiſſe arguatur. Joſeph⁹ aūt dr̄ ꝙ añq̄ miſiſſet pro vxore filij duxerat eam. Et hec genuit ei liberos ſex. Iuuenis ei de ſene parere pōt. Et ſeparauit eos abraā duꝫ viueret ab iſaac ad plagā orietalē: et cūcta q̄ poſſederat dedit iſaac. Alijs vero largit⁹ ē munera. Filij tñ cethure a nomie libere ſe dixerunt ſaracenos. Obtinuerūt aūt p̄mo traconitidē ⁊ phenicē ⁊ arabiā vſq; ad terminos maris rubri. Refert ioſephus ꝙ ex vno eoꝝ nat⁹ eſt afer q̄ caſtra ſua fixerat i libyam: quā poſt ⁊ eius inhabitantes ab illo africā denominauerūt. Dixit q̄q; eldeū ꝓphetā q̄ ⁊ male⁹ ſiue malchus dict⁹ ē hiſtoriā iudeoꝝ ſcripſiſſe: ſicͭ ⁊ moyſes ſcripſit. Queꝫ refert dixiſſe: ab vno filioꝝ cethure nomine ſurim vel ſyrim ſyriam vocatam. Ab alio ꝟo qui dictus eſt afer africam dictam. Cui deſcēdenti in libyam hercules auxilium tulit: ⁊ filiam ipſius nomine etheā duxit hercules vxoreꝫ: ⁊ ex ea genuit dodorim cu⁹ filius fuit phoron Fuerunt autē dies abrae. clxxv anni: ⁊ mortuus eſt ⁊ cōgregatus eſt ad populum ſuum in ſinu īferni. Et ſepelierunt eum hiſmael ⁊ iſaac in ſpelunca duplici cum vxore ſua.

Additio.

Deficiēs habetur ī textu: ⁊ in gloſa habeť ieroni. ſup hūc locū dicētis ꝙ deficiens male additu ſit: in.lxx. q̄ſi q2 nō ſit ī hebraica veritate: ⁊ etiā q2 incongrue dici videtur de tanto patriarcha ꝙ deficeret vel minueretur. Cum ergo in lr̃a noſtra habeaf deficiens de q̄ hieronymus arguit.lxx. pꝫ ex eo ⁊ ex pluri b⁹ alijs locis: ꝙ non eſt iſta nr̃a pura tranſlatio hieronymi: ſꝫ forte eſt q̄dā p̄ma quā ꝯpegit de greco in latinū ex tranſlatione.lxx. et tranſlatiōibus alioꝝ. Que quia forte non inde magis viſa eſt: appoſuit manū vt puram faceret de hebreo in latinum: quā non habemus niſi in.xij. ꝓphetis. Uel forte pōt dici ꝙ iſta noſtra ſit illa vulgata que miraculoſe inuenta eſt hieroſolymis.

Iheronymus.

Nota. de biblia noſtra.

¶ De ortu regnoꝝ. Capl'm.lxvj.

ANno.xl. Abrae mortu⁹ eſt Nin⁹: cui⁹ vxor ſemiramis: vt p⁹ eū regnare poſſet pro proprio filio quē ſuſcepat ex nino nupſit: ⁊ ex eo filiū genuit: q̄ ⁊ babyloniā āpliauit. Anno abrae. lxxv. factā ē ei repromiſſio. Anno eius. lxxxvj. natus eſt ei hiſmael. Anno eius. c. nat⁹ eſt ei iſaac. Anno ei⁹.

Incidēs E.

cxxxvij. mortua eſt ſara.

ℭ Aliud incidens. Capl'm. lxiiij.

Incidens

His veſtibus ornat9 pontifex imaginem toti9 orbis ſup ſe preferebat. Femialia em̄ ⁊ linea ſtricta. q2 byſſina erant terram figurabant. baltei vero q̄t quot erāt circū uolutionē oceani. tunica hyacīthina aera ipſo colore ꝓferebat per tintinnabula ſonitus tonitruum. per malagranata coruſcatiōes ſignificabātur. Ephot vero ſui varietate celū ſidereum. qđ aureis coloribus intertextum erat: ſignificat q̄ calor vitalis penetrat vniuerſa. Duo ſardonices ſolē et lunā: vel duo emiſperia. xij. gēme pectorales. xij. ſigna in zodiaco. Pulcre qđ in medio erat rationale appellabatur. Rōne em̄ cuncta ſunt plena: ⁊ terrena adherent celeſtibus. imo rō terrenoꝝ ⁊ tēporum caloris ⁊ frigoris. ⁊ duplex īter vtraq3 tēperies: de celi curſu ⁊ ratione deſcendit. Cidaris celum empyreū. lamina ſuppoſita deum oibus preſidentem.

Additio. Q2 q̄dā vnum: q̄dā plēs aſſerebant: iō dicūt. q̄tquot erant.

¶ De cōpoſitiōe altaris incenſi ⁊ loco eius. Cap. lxvij.

Poſt veſtiū cōpoſitionē locut9 ē dñs ad moyſen de mō cōſecrationis aarō ⁊ filiorū ei9: qđ ad ipſam conſecrationeꝫ diſtulimus de altari aureo ꝓſequētes. Factū enim erat hoc altare de lignis ſethim: habens cubitum longitudinis. ⁊ alterū latitudinis idest quadrū. ⁊ duos cubitos in altitudine. Veſtitumq3 erat auro puriſſimo: ⁊ cornua habens ⁊ craticulam auream: ⁊ catenas ⁊ anulos ⁊ vectes aureos inſtar prioris: vtrum vero arulam haberet: an cineres exciperet terra: ambiguū eſt. Joſephus addidit q̄ per angl'os ſingulos coronas. vj. habebat ex auro puriſſimo. quod ſingulariter forte in exodo dictū ē: ita. Facieſq3 ei coronaꝫ aureā ꝑ girū. Hoc altare dicebaṫ incenſi vel tymiamatiſ. quia ſingulis diebus mane et veſpere ad conſūmandum iuge ſacrificium quod fiebat de duobus agnis. ſuper illud tymiama incendebatur ſanctificatum domino. Fuerunt tamen qui dicerent: mane ſolum incenſum id eſt thus ſuperimponi. veſpere vero pro dignitate ſacrificij veſpertini tymiama. Ceterum vtrum hoc altare eſſet intra ſancta ſanctorum an in ſanctuario cum candelabro ⁊ mēſa: ſancti videntur dubitare. Nec eſt putandum in dubium ve=

A Exo. xxx.

Additio. Quedā eminētia ad modū labij.

Altare incenſi.

niſſe quin eſſet in ſanctuario. cum hebreus hoc dicat ⁊ ioſephus plane. ⁊ prima poſitio tabernaculi facta a moyſe innuit. niſi q: paulus ad hebreos thuribulum ponit aureum intra ſancta ſanctorum ſolūmodo. Potuit eſſe ſane ꝙ in templo vbi omnia ampliata fuerunt ⁊ multiplicata preter altare aureū quod erat extra velū. ad quod bis in die neceſſarium erat ingredi. erat ſupadditum thuribulum in additu. in quo ſummus ſacerdos prunas ⁊ tymiama que ſecum ferebat adoleret. quando ad interiora contingebat ipſuꝫ penetrare.

Additio.

Origenes i homelia de tabernaculo. Fiunt preterea quedā velaminibus diſtincta: que appellantur ſācta ⁊ alia nihilo minus ſecundo diſtenta velamine que dicuntur ſācta ſanctorum. Collocatur intrinſecus arca. ſupra quam cherubin extenſis alis ſeſe inuiceꝫ cōtingentibus ſtatuuntur. ibiqꝫ ex auro velut baſis tabula quedā collocatur: que appellatur propitiatorium. ſed ad altare aureum incēſi. Preterea in exteriori loco candelabrum ponit᷑ aureum in parte auſtrali. vt reſpiciat ad aquilonē. in pte vero aquilonis menſa collocatur: ⁊ propoſitio panū ſuper eā. necnon altare holocauſtorū iuxta velamen interius ponitur.

¶ De compoſitione tymiamatis Capitulum. lxviij.

D.E. Exo.xxx.

De compoſitione vero tymiamatis ſācti/locutus eſt dominus ad moyſen dicēs. Sume tibi aromata ſtactē ⁊ onicha galbanuꝫ boni odoris ⁊ thus lucidiſſimū. equalis pōderis erūt omnia ⁊ in tenuiſſimum puluereꝫ contundes ea. Onicha fertur eſſe oſtreola paruula. ſuaue redolens. magnitudine humani vnguis vnde ⁊ onicha dicitur. q: onix grece vnguis dicitur. Stacten eſt gummi quod fluit de myrrha quod et myrrha dicit᷑. Galbanū vero ſuccus eſt ferule: ⁊ naſcitur i ſyria optimum. cartilaginoſum ſcꝫ ⁊ mi⁹ lignoſum: cuius odore fugantur ſerpentes. Ferula quoqꝫ que ⁊ feniculum: in gargano naſcitur. cui⁹ ſuccus vilior eſt. Thus vero lucidiſſimum optimum: quod maſculum dicitur. quia inſtar humani teſticuli rotundum eſt Dicitur etiam libanum a libano monte arabie in quo naſcitur arbor thuris ad aceris qualitatem perplexo ⁊ intorto vimine. Ex his q̄ttuor fiebat puluis tymiamatis ſancti. prohibuitqꝫ dominus talem fieri compoſitionem in vſus hominum. ꝙ ſiquis ſimile faceret vt odore eius frueret᷑: periret de populis ſuis. Inde eſt ꝙ in eccleſia non datur odor thuris benedicti ſponſo ⁊ ſponſe. Inde etiam eſt ꝙ oblato thure benedicto ſuper altare. ſi deſcendat thuribulum ad clericos in choro. vel ad laicos. aliud thus ſine benedictione ponendum eſt ⁊ hominib⁹ offerendum.

¶ De confectione ſancte vnctionis. Cap. lxix.

Vnguentū etiam ſanctum de quattu F.G.
or fiebat aromatibus. Exo.xxx.

Aroma vero dicitur quodlibet pigmentum quod odore ſuo aera inficit quaſi aerioma. Sumebātur quidē quingenti ſicli virgultorū prime. i. precipue myrrhe. Et eſt myrrha arbor que grece ſmirna dicitur. v. cubitorum: q̄ eſt in arabia. cui⁹ virgulta arabes exurunt: vt melius pullulent ⁊ fructificent: ex quorum nitore multos contraherent intolerabiles morbos: niſi fumo ſtoracis occurrerēt

Cinnamomi.cc.l.ſicli: ⁊ calami totidem. caſie vero.d. Et eſt cinnamomũ virgultũ indie vel ethiopie duoꝝ cubitoꝝ. dictum quaſi cãnamomũ: qꝛ in modũ canne ſubtiles hʒ calamos ⁊ replicatos: qui fracti ſpiramentum viſibile reddunt Calam⁹ vero ſpẽs aromatica iuxta libanũ Caſſia in aquoſis naſcitꝛ. creſcit in immenſum odorẽ reddit Hec redacta in puluerẽ cum oleo oliuarũ: cum menſura hin cõficiebantur opere vngentarij: ⁊ dicebatur ſanctum vnctionis oleum vl vngentũ ſanctum: de cuius vſu loco ſuo dicemus. Joſephus etiam balſamũ apponi dicit.

¶ De labio eneo. Cap.lxx.

C Exo.xxx.

Locutus eſt iterum dñs ad moyſen. Facies ⁊ labium eneum cum baſi ſua. vas. ſ. lauatoriũ: qđ etiam luter dicitꝛ. quod erat inter tabernaculum et altare holocauſtorũ: in quo miſſa aqua lauabant ſacerdotes manus ſuas ⁊ pedes. veſtes ſanctas accepturi vt ſacrificarent. ſiſtr ingreſſuri tabernaculum ⁊ egreſſuri: quod dicitꝛ factũ de ſpecul' mulierũ excubantium ad ingreſſum tabernaculi. Forte de ſedibus ſpeculoꝝ eneis factũ fuit. Uel potius eo facto in circũitu labij ſupremi circũpoſita fuerunt ſpecula: i quibus ſacerdos videre poſſet: ſi vſpiam vel in facie vel in veſte maculam haberet abluendam.

¶ De redemptione numeratorũ. Capitulum.lxxi.

B Exo.xxx.

Iterumqꝫ dixit dñs ad moyſẽ. Cũ numerabis filios iſrael dabit quiſqꝫ p̃ciũ ꝓ aĩa ſua: ne ſit in eis plaga. dimidium ſicli iuxta menſurã ſanctuarij. Siclus aũt.xx. obolos hʒ. A.xx. annis ⁊ ſupra dabunt. ab eo enim tp̃e ad nomen familie trãſibãt. Diues non addet: ⁊ pauper nõ minuet. Et hec pecunia ad vſus tabernaculi reponebatur. Hoc i dauid vindicatũ eſt. qꝛ aliter fecit ꝙ̃ de⁹ iuſſerat. qꝛ regnãs in pace quaſi ſuperbe populũ numerauit: ⁊ numeratũ iuxta p̃ceptũ dñi nõ fecit offerre ⁊ ſic i duobus peccauit.

B ij.reg.xxiiij

¶ De electione artificũ ⁊ datiõe tabularum. Cap.lxxij.

A Exo.xxxi.

Uocauit etiã dñs ex nomĩe. i. noiatim elegit huius opis ſũmos artifices. beſeleel filium huri de tribu iuda et ooliab eius ſociũ. ſed minus peritum filium achiſamech de tribu dan quos impleuit ſpiritu dei. id eſt ſcĩa ad excogitãdũ in omni opere fabrefaciendo.

Additio.

C j.para.ij.

Nota ꝙ ſm paralip̃. non videtur beſeleel habuiſſe niſi duos annos ad plus.

¶ Cõpletiſqꝫ ſermonibus his dedit moyſi duas tabulas lapideas digito dei ſcriptas.

Additio.

D Exo.xxxj.

Uiciũ ſcriptoꝝ in duob⁹ maxĩe attenditꝛ in ꝓprijs noĩb⁹ ⁊ numerĩs. ⁊ quoniã paralip̃. fere totus conſiſtit in his duobus potuit eſſe viciũ ſcriptoꝝ: qui cũ certum nũerũ annoꝝ beſeleel poſuiſſe debuerint: incertũ ꝓ certo ſcripſerunt.

¶ De vitulo conflatili. Ca.lxxiij.

A Exo.xxxij.

Uidens populus ꝙ moyſes moram faceret. dixit ad aarõ. Fac nobis deos q̃ p̃cedãt nos. moyſi eĩ ignoram⁹ qđ acciderit. Excuſãt ſe hebrei dicẽtes. qꝛ eloym non tm̃ deos ſʒ ẽt dños ſonat. ⁊ dicũt eos petiuſſe duces itineris. Aarõ ꝓ eo ⁊ hur reſtituerũt. Sʒ idignat⁹ ppl's ſpuẽs i faciem

hur: ſputis vt traditur eum ſuffocauit. Unde timẽs aaron ait Tollite in aures vxorum et liberorum et afferte ad me. Hoc erat qđ charius et precioſius habebãt: putãs. q₂ ꝯſulentes auaricie ſue nollẽt afferre. quas cũ accepiſſet formauit ex eis vitulum ꝯflatilẽ ope fuſorio Forte aliud non reciperent: quia adorauerunt bouẽ in egypto. Tradũt quidã aaron ꝓieciſſe in ignem inaures: et unde opere demonis cõflatum caput vituli tantum. qđ tñ quandoqȝ vitulus quãdoqȝ caput vituli vocatur: q₂ in excuſationum ſui inferius legitur aaron dixiſſe

F Infra eo. moyſi. Proieci illud in ignem: et egreſſus eſt hic vitulus et dixit populus. Hi ſunt dij tui iſrael qui te eduxerunt de terra egypti Fecitqȝ aarõ altare coram eo: et in craſtinum indixit ſolẽnitatem. maneqȝ ſurgentes obtulerũt hoſtias: ſeditqȝ populus manducare. et bibere et ſurrexerunt ludere: id eſt adorare. Tunc ait dñs ad moyſen. Deſcende peccauit popul⁹ tuus. q. d. tũ nõ me⁹. Dimitte me vt deleam eos: faciãqȝ te in gentẽ magnam Cui moyſes. Queſo dñe: quieſcat ira tua ne dicant egyptij. callide eduxit eos vt interficeret eos i mõtibus: impotẽs eis dare terrã quã ꝓmiſerat. Recordare quoqȝ ſeruorum tuorum quibus iuraſti dicens. Terram hanc dabo ſemini veſtro Placatoqȝ dño deſcendit moyſes ferens tabulas ex vtraqȝ pte digito dei ſcriptas. Cui occurrit Joſue: qui forte ſingul' dieb⁹ in occurſum eius egrediebať. Nõ eñ credibile ẽ cũ moyſe eũ ieiunaſſe. Et ait ad moyſen. Ululat⁹ pugne eſt in caſtris. Cui moyſes. Jmo vox eſt cantãtiũ. Et appropinquãs vidit vitulũ et choros. et iratus ꝓiecit tabulas: et ꝯfracte ſũt. Cõbuſſitqȝ vitulũ et maſſam redegit in puluerẽ. quẽ ſparſit in aquã: et dedit ex eo potũ filijs iſrael. Cũqȝ accuſaret aaron q₂ ppl'm audierat: excuſans ſe aarõ dixit q̃ ſupra dicta ſť. dicens ſe timuiſſe ppl'm: q₂ pron⁹ erat ad malum. Videns ergo moyſes q̃ ornamentis nudatus eẽt populus ſc₃ vel auxilio dei vel potius idolatria₃ [quã lõgo tempore añ cõceperat] tandẽ manifeſtauerat. vel forte vidẽs ſibi indicatos a deo ſceleris auctores p puluerẽ bibitũ qui i barbis eorum miraculoſe apparuit: ſtans in porta caſtrorum: et aduocans leuitas ait. Qui dñi eſt iũgať mihi. Ponat vir gladiũ ſup femur ſuũ: trãſite p mediũ caſtrorũ. occidat q̃ſqȝ amicũ ſuũ et fratrẽ que ſc₃ ſignatũ puluere inuenerit. Et ceciderũt ea die quaſi tria milia Alia tranſlatio h₃. xxiij. milia. De his oĩb⁹ q̃ dicta ſunt de vitulo tacet Joſephus. tñ opiniones eorũ de mora moyſi narrat. Alij eñ dicebant eũ a beſtijs cõmeſtũ. alij a dño trãſlatũ. alij ſane mẽtis cũ domino philoſophantem.

Additio. Quattuor modis ex ponit nudatus. ſpoliat⁹. derelictus. manifeſtatus. deſignatus.

¶ De prece moyſi et muneris dei. Capitulum. lxxiij.

G Exo. xxxij. Altero die locutus eſt moyſes ad populũ Peccaſtis pcĩm maximũ. Aſcendã ad dñm ſi quiuero eũ deprecari ꝓ vobis. Et cum aſcendiſſet ait. Obſecro dñe. aut dimitte eis hãc noxã: aut dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Hoc de impetu animi nõ de rõne quidã dictũ tradũt. vł ex magna confidẽtia in deũ p impoſſibile dictũ. q. d. Sicut impoſſibile eſt vt me deleas: ſic oro nõ poſſe fieri qn dimittas. Auguſtini. Auguſtin⁹ dicit ex ꝯſequẽtib⁹ ratiocinationẽ debere concludi. vt ſc₃ qđ ſeqtur ꝓmittatur ſic. Aut dele me: aut dimitte

eis. Que ponitur p equipollenti ſua.q.d. Si non deles me dimitte eis. Diſiunctiua eni vertitur in cõiunctiuã . deſtructo qd ante cedit ⁊ manente qd conſequitur . Scribi aut deleri de libro vite dicit quis dupliciter vel ſm pſciẽtiã vel ſm preſentẽ iuſticiã ¶ Cui dñs Qui peccauerit mihi [niſi peniteat] delebo eũ.q.d. Non te: q: non peccaſti . ¶ Uade duc pplm iſtuz angelus meus pcedet te. Non

A Exo.xxxiij

Additio.
Secundũ pdeſtinationẽ paulus erat ſcript⁹ in libro vite qñ perſequebatur eccleſiam.

Additio.
Scdm pñtẽ iuſtitiam iudas erat ſcriptus in libro vite.

eni aſcendam tecum . q: populus dure ceruicis eſt: ne forte diſpdaz te in via Tradunt hebrei quia prius deus ipſe cuſtos eorum erat. deinceps dedit eis michaelem cuſtodẽ eoꝝ pprium. ſicut cetere nationes pprios habent angelos cuſtodes ſibi delegatos. Addidit etiaz dñs. Semel aſcẽdã in medio tui: ⁊ delebo te. Et eſt cõminatio captiuitatis babylonice vel rhomane. Et nota aſcenſum dupliciter dici vel ab inferioribus ad ſuperiora. vel ab occultis ad manifeſta: ⁊ eſt ſenſus. Manifeſtabo me tibi malo tuo.

¶ De tranſlatione prioris tabernaculi. Cap.lxxv.

B Exo.xxxiij

Audiens hec populus luxit ⁊ nullus indut⁹ ẽ cultu ſuo Depoſuitq ornatũ ſuũ a mõte oreb. Tollẽſq moyſes tabernaculũ qd cõmode de priori tabernaculo itelligitur: quod ſibi fecerãt. vt ante ipſum iura tractarent. Qd cũ hucuſq fuerit in radice montis vt propinquius eſſet dño. voluit dominus a ſe illd remoueri. et tetẽdit illud moyſes ex altera pte caſtroꝝ. ⁊ lõge a caſtris. Egrediebaturq moyſes ad illd ⁊ pleb⁹ ſtabat ĩ foribus tabernaculorum ſuorum: ⁊ adorabat pcul. Deſcendebatq colũna nubis. ⁊ loquebatur dñs cuz moyſe cernentibus vniuerſis facie ad faciẽ. ſicut ſolet loqui hõ ad amicum ſuum. id eſt manifeſte.

Additio.
Et ipm tabernaculum intrabat moyſes cuz deo loquens.

Additio.
Quaſi auertẽs faciem ſuam ab eis.

¶ Qz Moyſes vidit poſteriora domini. Cap.lxxvi.

Orauitq iterũ Moyſes ad dñm Reſpice populum tuum: gentẽ hãc. Uis vt educam populũ: indica mihi quẽ miſſurus es mecuz. Dixitq deus. Facies mea precedet te. Ecce iã maius impetrauerat moyſes: plus notatur in facie q̃ in angelo. Sz q: ĩ facie intellexit moiſes aliquẽ q̃ſi ſimillimũ deo pmitti / addidit. Si tuipſe non pcedes: ne educas nos d loco iſto. Cui Dominus. Et verbũ qd locutus eſt faciam. ⁊ teipſum noui ex nomine. i. ppie ⁊ ſpecialiter mihi placuiſti. vocabor i nomie domini coram te. i. faciã me vocari deum et ducem veſtrum ex miraculis que faciam: ⁊ non ob aliud: niſi quia volo. quia miſerebor cui voluero. Cui moyſes. Oſtende michi faciem tuam. Cui dñs. Nõ poteris videre faciẽ meam. Non enim videbit me hõ ⁊ viuet. Stabis i cauerna petre: et tranſibit corã te gloria

C D. Exo.xxxiij

E Ro.ix.

Additio.
Familiarẽ eni ſe ei exhibet qui alium nomine ſuo vocauerit. quod precipue in maiorib⁹ cõmendatur.

mea. Quā quia nō ſuſtineres: po nam manū meā corā te. Cūq; per trāſiero tollā manū meā: ⁊ videbꝪ poſteriora mea: qđ rōne ſſſitudīs dictū eſt. Sicut eñi a tergo viſus hō: ſcif ꝙ hō ſit: ſed non qs hō ſit. Ita deū eē nō ſcim⁹: ſ3 qs ſit nō dum ſcim⁹. Potuit eē ꝙ in tanta claritate ptrāſierit dñs: quā hūanus nō ſuſtinuiſſ3 aſpect⁹. ⁊ oppoſita ē nubes moiſi. Deinceps cū lōgi⁹ abiſſet potuit a moyſe videri. Ad lrā3 hebrei tradūt vidiſſe eu3 poſteriora hominis et in occipite quaſdam ligaturas.

¶ De ſecūdis tabulis ⁊ glīa vultus moyſi. Capitulum.lxxvij.

A Exo.xxxiiij

Et ait domin⁹ ad moyſē. Precide tibi duas tabulas inſtar prioꝝ. ⁊ ſcribā ſup eas ꝟba q̄ habuerunt tabule q̄s fregiſti. In deuteronomio etia3 đr de⁹ ſcripſiſſe. In ſequentib⁹ ꝟo dicit.

B Deu.x.

Scribe tibi hec ⁊c̄. Et pauloпoſt Fuit moyſes cū dño. xl. dieb⁹ ⁊c̄. et ſcpſit in tabulis ꝟba federis.x. Poteſt dici ꝙ autoritas ſcribēdi fuit i dño: miſteriū i moyſe. Cūq; excidiſſet moyſes tabulas. de nocte cōſurgēs montē aſcēdit. ⁊ trāſeunte dño corā eo i turbine pn⁹ in terrā odorans: ait. Obſecro vt gradiaris nobiſcū: auferaſq; iniq̄tates nr̄as et poſſideas nos. Cui breuiter dñs memorauit q̄dā q̄ ēt ꝑdixerat de trib⁹ ſolēnitatib⁹. de oblatione ꝑmitiaꝝ ⁊ ꝑmogenitorū. Et addidit. Ne cū gētib⁹ terre ꝓmiſſiōis aliqđ haberent particiрiū. Fuitq; moyſes ſcđo cu3 dño. xl. dieb⁹ ⁊.xl. noctib⁹. Panē non comedit ⁊ aquā nō bibit. Cūq; deſcendiſſet de mōte cū tabul' apparuit facies ei⁹ cornuta: ⁊ ipſe ignorabat. id ē radij miri ſplendoris ferebāř de facie ei⁹. q̄ reuerberabant oculos intuentium. quos gloriam vultus moyſi appellat paul⁹ apoſtol⁹. poſuitq; velamē ſup faciē ſuā cū loq̄ref filiis iſrael. Locut⁹ quoq; ē eis oīa q̄ ſibi fuerāt impata. Quantū aūt hec glīa durauerit. ⁊ vtru3 ſemel vel pluries hoc acciderit ignoram⁹. Et tradūt hebrei q: adhuc tertio aſcēdit ad dñm: ad impetrādam eis venie certitudinē. ⁊ iterū fuit cū dño. xl. dieb⁹ ⁊.xl. noctib⁹ ieiunās. Cumq; rediſſet cu3 certitudine venie erat nona dies ſeptimi mēſis. ⁊ i craſtino ſolēnitatē agētes pro venia data afflixerunt aīas ſuas ieiunātes. et deinceps dicta eſt.x. dies menſis hui⁹ dies ꝓpitiatiōis. Qđ ſi veru3 eſt pōt eſſe ꝙ etiā eccleſia ob hoc tres in āno ꝓponit quadragenas. licet ob hoc inſtitutum dicatur: quia tres tribus legūtur ieiunaſſe quadragenis. Moyſes Helias et Ieſ⁹ Siue vero fuerit ſiue nō. poſt ſecundū reditū de constructione tabernaculi ꝓcepit eis moyſes ſecundu3 qđ a domino acceperat. et p̄miſit de obſeruatione ſabbati. ne forte in hoc opere putarent ſibi licere operari in ſabbato.

C Jo.ij.

C Marci.xi.

B Luce.xix.

Additio.

Sicut in chriſto qñ eiecit de templo vendētes et ementes.

Additio.

Et a.l. die egreſſionis eorum de egypto iam fluxerant hi.xl. dies. Ar deū habuerūt ſpiritium hoc feſtum moderni adhuc celebrāt iudei.

Additio.

Nota ꝙ q̄dā eccleſia tria fuat ieiunia propter moyſen helia3. ieſum. Sed duo diſſimilibus ſeruat tempoꝛib⁹. Quedā obſeruat quattuor ꝓpter duo moyſi vnum chriſti. et vnum helie. iterum diuerſis temporibus.

¶ De compoſitione tabernaculi ⁊ erectione. Capitulum.lxxviij.

C Exo.xxxv. EGreſſa omnis mul-
titudo obtu
lit iuxta ꝟba
moyſi men-
te ꝓmptiſſi-
ma ꝗcquid
ꝑcioſius ha-
buit. ⁊ cum tanta copia ꝙ compul
ſit ſunt artifices voce ꝑconis cla-
mare: ne quiſꝗ vltra offerret. Fe-
ceruntꝙ beſeleel ⁊ oliab cuncta q̄
ſibi fuerant: ⁊ ſicut fuerant impa-
ta Et ſm Joſephum Omne tp̄s
C ad opus faciendum tranſijt in mē
Exo.38. ſibus. vij. ¶ Omne aurum quod
expenſum eſt in opere ſanctuarij.
viginti nouem talentorum fuit et
ſeptingentorum triginta ſiclorꝫ ad
pondus ſanctuarij Fuerunt prete
rea c. talenta argēti: ex quibus cō
flate ſunt. c. baſes ſanctuarij. De
mille autē. dcc.
lxxv. facta ſunt
capita colum-
narum: que etiā
veſtite erāt ar
gēto. Eris ꝗꝙ
oblata ſunt talē
ta. lxx ij. mil. et.
cccc. ſicli. Obtu
lerunt autem a.
xx. annis et ſu-
pra. dcij. mil.
A ⁊. d. l. ¶ Igitꝰ
Exo.xl. menſe p̄mo ſc̄di
anni i p̄ma die
mēſ, erexit Mo
yſes tabernacu
lū operuitꝙ nubes tabernaculū:
cū lux ſerena cēt: nō ꝓcelloſa ſꝫ lu
cida. non tamē per quā tranſieret
aſpectus: ſed qualē decebat ꝑſen-
tiam dei. Et ad nebule eleuationē
illius deinceps mouerūt caſtra: ⁊
ad depoſitionē depoſuerūt. ⁊ dū
ſtabat ſup tabernaculū: ⁊ ip̄i ſta-
bāt. eratꝙ ignis in nocte.

Additio.
De genere aarō
erant annas et
caiphas ⁊ alij q̄
prenūciauerūt
chriſtum reum
eſſe mortis. ⁊ ef
fuderunt eiꝰ ſā
guinē ad baſim
altaris. Ibi eñ
eſt occiſus vbi
rant altare ⁊ ba
ſis eius. Unde
Non capit pro
phetarum peri-
re extra hierlꝫ.

¶ Explicit hiſtoria Exodi.

¶ Hiſtoria leuitici. Capitulum. i.
Premititur diuiſio vtilis. ca. ij.
De holocauſtis ⁊ modo offeren-
di. ca. iij.
De ſacrificijs pacificis ⁊ ſalutari
bus. ca. iiij.
De oblatione inanimatorū. ca. v.
De hoſtia ꝑ peccato. ca. vi.
Pro peccato ſacerdotis. cap. vij.
Pro peccato ſynagoge. ca. viij.
Pro peccato principis. ca. ix.
Pro peccato anime. cap. x.
De igne iugi ⁊ eiectiōe cinerum.
cap. xi.
De eſu adipis ⁊ ſanguinis prohi
bito. ca. xij.
De conſecratione ſummi ſacerdo-
tis ⁊ minorum. cap. xiij.
De poteſtate offerendi eis data ⁊
accipiendi partes ſuas. ca. xiiij.
De prima oblatione ſacerdotum.
⁊ de igne dato de ſublimi. ca. xv.
De morte nadab ⁊ abiu. cap. xvi.
De diſcretione ciborum. cap. xvij.
De purificatiōe puerpere. c. xviij
De cognitione leprarum. cap. xix.
De purificatione leproſi. cap. xx.
De viro ſpermatico et muliere
emorroiſſa. ca. xxi.
De vitula ruſa ⁊ hirco a pompeio
⁊ de cineribus aſperſionis.
capitulum. xxij.
De purificatione immundorum.
capitulum. xxiij.
De perſonis excluſis a matrimo-
nio. ca. xxiiij
Catalogus quorundam precepto
rum. ca. xxv.
De tribus generibus panum.
capitulum. xxvi
De ſanctimonia ſacerdotum.
capitulum. xxvij.
De pena blaſphemi. ca. xxviij.
De talione legis. cap. xxix.
De obſeruantia iubilei. cap. xxx.
De benedictionibus ⁊ maledictio
nibus. ca. xxxi.
De decimis ⁊ votiuis. cap. xxxij.

¶ Hiſtoria leuitici. Capitulum .j.

Prefatio.

T Ertia diſtinctio hiſtorie quam ſcripſit moyſes grece dr̄ leuitic⁹ q: de electione et miniſterio leuitarū agit. latine offertorius vel ſacrificaticius. q: de ſacrificijs et de his que offerebātur ex lege tractat. Hebraice vero vagecra. quod ſonat miniſteriales. Vocauit aūt moyſes more hebreoꝝ q̄ a principijs libroꝝ nomināt eos: ſicut nos officia miſſaruꝫ: ⁊ euangelia: vicꝫ cū dicimus dñica qua cantatur.
A Leui.j. Populus ſion. vel legitur. Erūt ſigna i ſole ⁊ luna. ¶ Inchoatur autem ſic liber iſte. Vocauit āt moyſen ⁊ locutus eſt ei dñs d̄ tabernaculo federis dicens. Homo q̄ obtulerit hoſtiam ſi fuerit holocauſtum. ⁊ d̄ armētis maſculū offeret. Pro autē habetur in hebreo va. qđ eſt ſonat. ⁊ ietravocauit.

Additio.
Moyſes hunc librum ⁊ duos p̄cedentes ⁊ duos cōſequentes compoſuit. ſed eos ſicut nūc ſūt diſtincti non diſtinxit. imo cuꝫ ipſe compoſuiſſet eos. totum opus quaſi in vnum corpus ⁊ volumen redēgit Eſdras vero qui dictus ē velox ſcriba ⁊ qui totaꝫ bibliothecam a babylonijs cōbuſtam reparauit. hoc opus in q̄nqꝫ ptitiones diuiſit ſiue in quinqꝫ libros qui dicti ſunt pentateucus.

¶ Premittitur diuiſio vtilis. Capitulum .ij.

Preambula quedam notanda.

A D videndum de doctrina ⁊ traditione ſacrificioꝝ q̄ ſequit quedam prelibanda ſunt in hunc modum. Quinqꝫ cōſideranda ſūt hic. Sacrificia que deo offerūtur. pſone a quibus offerunt. tempora qn̄ offeruntur. loca vbi offerūtur. cauſe p quib⁹ offerūtur. Triplex autem eoꝝ que offerebantur rite occurrit diſcretio. Aut enim erat oblatio de animalibus: ⁊ ſacrificium dicebat: nec ante. viij. diē natiuitatis poterat offerri: nec eadem die mater ⁊ fetus eius. Aut d̄ ſicca materia vt ſimila. pane. thure. ⁊ p̄prie dicebatur oblatio Aut de liquidis. vino ⁊ oleo que p̄prie libamen vel libatio dicebatur. licꝫ his nominibus ſcriptura q̄nqꝫ indifferenter vtatur. ¶ Perſone vero offerentium due. anima vel ſynagoga. Animarū vero alia ſacerdos. alia princeps alia priuata. de quibus ſuis locis dicetur: ſimilr̄ de locis ⁊ temporib⁹ ſuo loco. ¶ Cauſarum quoqꝫ triplex erat differentia. Offerebant enim quandoqꝫ neceſſario. quandoqꝫ ſponte. q̄nqꝫ caſu. Neceſſario autem vel ex voto. vel ex precepto. Sane ex precepto offerebant p̄mitias frugū. vuarum. fructuum. Decimas quoqꝫ eorundē ⁊ i ſuper animaliuꝫ. Primogenita quoqꝫ animalium ⁊ liberorum. Oblationes etiam triū ſolemnitatum ⁊c. in hunc moduꝫ Mel autē ⁊ fermentum nunq̄ offerebātur domino. tantū primitie eorum tēporibus ſuis offerebātur ſacerdoti. ſed nil ex eis ſuper altare ponebatur. Com

Oblatio ſimplex. Sacrificiū

Oblatio. Libamen.

Additio.
Due erant primitie. Prime p̄mitie frugū de ſpicis confricatis p̄mo die azymoruꝫ. Secūde in panibus i die pentecoſtes.

Primicie. Decime.

Additio.
Si erat primogenitum hominis de leuitis ipſi templo remanebat. ſi autem redimebat q̄nqꝫ ſiclis.

muniter autem a nullo ſacrificio ſal deeſſe debebat ⁊ ideo dicebaṫ ſal federis: q2 nō erat fas hoc trāſgredi. Porro ſecundū ordinem libri a ſacrificijs inchoandum eſt.

¶ De holocauſtis ⁊ modo offerēdi. Cap. ij.

Proſequiṫ j. cap. libri leui.

Sacrificiorum alia holocauſta. alia ſacrificia. Et primo de holocauſtis videam⁹. Holocauſta dicebantur illa ſacrificia que tota incendebanṫ. Holō enim totum. cauma incendiū dicitur. Fiebat autem tantū in trib⁹. armentis ſcʒ ⁊ pecudibus. ſed tantum de ouibus ⁊ capris. Et in auibus ſed tantum in turture ⁊ colūba. De armentis ⁊ pecudibus ſic. Offerebatur tantū maſculus anniculus. ſ. vnius anni vel circa. ſupra annum non. Unde quādoq3 oſtia agnus: quādoq3 aries appellaṫ. Bos enim ſupra annum poterat offerri [vt ait Joſephus] Erat quoq3 immaculatus. qđ nō de macula velleris ſed corporis intelligendum eſt. i. non debile. aut fracto mēbro. aut papulas habens. aut ſcabiē. aut cecum ⁊ hmōi. Offerebaturq3 pmo ſacerdoti ad oſtium atrij: vt videret ſi idoneum eſſet ad offerendum poſtea ad oſtium tabernaculi offerebatur domino p manuum impoſitionē ſuper caput: lotis prius manibus: q2 pter maṫ ſacerdotū erāt ī atrio duo maria: vnum virorum: ⁊ alterum mulierum.

A Leui. j.

Additio. Papula ē oris infirmitas. que gallice dicitur lampaſt.

Unde ⁊ a loco offerendi ab hebreis hoſtia dicebatur. Gentiles autē ab hoſtibus vincendis hoſtiam. ⁊ a victis hoſtibus victimam conſueuerāt appellare

Hoſtia.

Additio. Unde hoſtia ſecundum hebreos aliter ſecundum gentiles.

Uictimam vero hebrei a vinciendo dixerunt. quia vinctū adducebatur animal. Oblatam ſic hoſtiā reducebat ſacerdos ad altare holocauſtorū ⁊ ſtās ad aquilonem īmolabat eam coram domino ad latus altaris ⁊ in conſpectu ſanctorū. fundebatq3 ſanguinē eius circa crepidinē altaris in circuitu. Hebreus habet parietem. Joſephus limbum. forte labium ſupereminens detractaq3 pelle hoſtie q̄ erat ſacerdotis artus in fruſtra concidebat. quibus lotis cum capite pedibus ⁊ inteſtinis adolebat omnia ſuper altare in holocauſtū ⁊ odorem ſuauem domino. Non eſt credendum q̄ ī nidore ſeu odore carnium delectaretur dominus. ſed potius in re ſignificata ⁊ deuotione offerentium.

Uictima.

Additio. Uictima que cecidit dextra victrice vocatur. Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet Domitis poſuit p domandis metri neceſſitate.

C Leui. j.

Additio. Quedā hoſtia immolabatur a ſacerdote q̄ erat aliquantulum magna. cui⁹ ſāguis effundebatur ad crepidinem altaris. Alia hoſtia que maior erat occidebatur: ita q̄ ſanguine eius aſpergebat ſacerdos parietes ipſius altaris. Erat autem et hoſtia maxima que ſacrificabatur. cuius ſanguis effundebatur ab ipſo immolante ſuper cornua ipſius altaris.

Si autem de auibus fieret holocauſtum fiebat ſic. Sed cum duo offerrent vt dictū eſt primo hō de iſrael: poſtea ſacerdos Quō ab hoīe offerebaṫ auicula: tacet. Forte q2

D Leui. i.

eo dēmodo quo ⁊ pecus. forte tantū ſacerdoti. Offerebatur aūt pullus turturis vel colūbe cui frangebat ſacerdos collū ſola manu. Nō eni licebat ſacerdotib⁹ ferrū leuare ſup auem. Et retorto collo cū capite ſub aſcella vngue cutē colli vbi fractū erat rumpebat ⁊ fuſo ſanguine circa crepidinē altaris. veſiculam gutturis ⁊ plumas ꝓijciebat ad orientē in loco ſecreto vbi cineres effundebant: confractiſq; aſcellis manu: adolebat eā ſuper altare in holocauſtū. Et hec erāt minora et ſimplicia holocauſta q̄ voluntarie fiebant. Erant quedā maiora quadā neceſſitate facta. q̄ ⁊ ſanctiora quodammō. q2 totum incendebat ⁊ pellis ⁊ fimus. de quibus poſt dicet. quodāmodo min⁹ digna. q2 ſup altare non cremabātur. ¶ Nunc de ſacrificijs partialibus proſequamur ⁊ volūtarijs.

¶ De ſacrificijs pacificis et ſalutaribus. Capitulum. iiij.

Proſeqtur hic prius cap. iij. leui. an. ij. cap.

Horum quedā erant pacifica. quedā ſalutaria. q̄ ſcʒ pro ſalute danda. vel data: vel cōſeruanda offerebant. Similiter ⁊ ꝑ pace vel ad deū vel ad homines. vel q2 ad bonum pacis fiebant. cum cuiq; qđ ſuum erat dabatur ſcʒ deo ⁊ ſacerdoti ⁊ offerēti. Fiebat aūt cū erat de animalibus de armento tantū: ⁊ de pecudibus predictis. de auibus vero non. Sane in mō offerendi ab homine vel ſacerdote idē fiebat cum hoſtia holocauſti Sed in hoc erat differentia. quia hic offerebatur maſculus vel femina. ⁊ anniculus vel grandiora: immaculata tamē. Pars vero hoſtie offerebatur domino. pars erat ſacerdotū reliqua offerentium. De armento hec offerebantur domino. Omnis adeps [que eſt pinguedo interiorum] offerebatur. Pinguedo enim ſupra carnem animalis aruina vel lard⁹ dicitur. Que carni admixta: proprie pinguedo: que in inteſtinis/ adeps eſt. Eſt aūt triplex adeps. vitalium. id eſt cordis et ventris. Adeps iecoris. id ē epatis quē reticulum dicim⁹. q2 inuoluit ad modum retis. Et eſt adeps renum. Hos tres adipes duoſq; renes. id eſt ilia ⁊ renūculos adolebat ſacerdos ſup altare. Eadem etiā de capra dño offerebantur. Si vero de ouibus erat oblatio preter ṗdicta offerebat de ea cauda itegra: quā lumbum vocant. lxx. Pellis vero erat ſacerdotis q̄ offerebat illud. Armus vero dexter q̄ dicebat ſeparatiōis. ⁊ pectus qđ dicit eleuationis. ⁊ quare ſic dicebant infra dicetur. cedebāt in vſus ſacerdotum. et lingua cū faucibus vt tradunt. ſʒ in textu non memini me legiſſe. Forte pectori adherebant. et cum pectore ab aīali tollebantur. Unde ſuffecit nomiaſſe pectus. et his veſcebant ſacerdotes in domibus ſuis: cū vxoribus ⁊ liberis et domo tota mūdis tantū. etiā que i domibus immolabāt cauſa epuli vel religionis pectus ⁊ armum dabāt. Reliqua erant offerentium: et inde epulabantur coram domino in locis ad hoc deputatis: in ipſo atrio vel iuxta. Licebat etiam ex his tam ſacerdotibus q̄ alijs edere duobus diebus. ſiquid ſupererat in diem tertium cremabatur. Et nota q̄ nullum animal offerebatur vel in holocauſtum. vel in ſacrificium ſine libamentis ſuis. ſed de libamētis proprius infra erit tractatus.

De aīatorū oblatione.

Additio.
Diuerſis modis efficiebant mūdi tactu mortuorum. ⁊ multis alijs modis de quibus infra dicetur.

¶ De oblatione inanimatorum. Capitulum. v.

A
Leui.ij.

Si vero manus hois animal inuenire non poterat offerebat pro ſalute vel pace ſimilam farinaz ſcz delicatiſſimã. fundens ſup eam oleũ: ⁊ dicebat̃ ſimila oleata: vel oleo fermẽtata. Th⁹ offerebat̃ cum ea. Sacerdos autẽ totũ thus ⁊ pugillũ plenum ſimile oleate: adolebat ſup altare memoriale. i. in memoriã offerentis. vt ſcz domin⁹ memor eſſet eius vl̃ ſacerdos ad dominũ: reliquũ erat ſacerdotũ. Tradũt hebrei nõ ſemper plenũ pugillũ offerre: ſz p quãtitate ſimile minus poterat offerri intantũ: q etiam impleto pugillo oẽs digitos poterat apire ſacerdos preter medicũ. ⁊ illud tantillum qđ remanebat inter illum digitum ⁊ volam ſufficiebat. Joſephus vero drachmam vnam offerendã dicit. Si vero ſacrificiuz de ſimila coctuz offerebat panes ſine fermẽto cõſperſos oleo. coctos in clibano. vel in craticula offerebat. et lagana azima. idẽ latos panes ⁊ tenues nõ cõſperſos ſed linitos oleo. Quidam tamẽ per lagana panem coctũ in aqua intelligunt: vt ſit tertium genus panis a cocto in clibano ⁊ cocto ĩ craticula. Si vero coctum in ſartagine offerebat: cõſperſum oleo ⁊ ſine fermẽto erat ⁊ diuidebatur minutatim. Ex his oblatis ſacerdos memoriale adolebat coram domino. de panibus vnum: ⁊ de fruſtis vnum. reliquum erat aaron ⁊ filiorum eius ad edendũ cum omni domo ſua: ⁊ equa ſorte diuidebatur eis. In hebreo pter clibanuz tria ponũtur. marcheſilis: mahebach. michar. Marcheſilis ſonat conſiliatrix. quod ſartagini cõuenit propter ſtridorem ⁊ ſuſurrium frixure. Michar rete vel cribrũ. Mahebach forte ſcaturiens põt eſſe patella. in qua coctio liqda fit. Poteſt etiaz eẽ tertia ſpẽs ſacrificij. id eſt a ſalutari et pacifico p gratiarũ actiõe vel pro victoria. ſcilicet vel aliquo bono euẽtu inopinato. Et poteſt dici fieri caſu vt ſit vna ſpecies ſacrificij qđ fit caſu

Additio. Quãdo farina redacta fuit in panem. Quidã dicũt iiij. genera panuz fuiſſe: coctum in clibano in craticula. coctum in aqua quã lagana azima dicũt. Quidam tamẽ intelligunt formam panis. ⁊ ſecũdũ hoc tertium genus erat coctuz in ſartagine.

Additio. Dicere vult q Mahebach poteſt intelligi tertia ſpecies ſacrificij.

¶ De hoſtijs pro peccato. Ca.vj.

Poſt hoſtias ſalutares precepit dominus de hoſtijs pro peccato et pro delicto. Dicitur autem peccatuz grauius ſcilicet quod ex induſtria eſt factum. Delictum leuius. ſcilicet qđ ex ignorantia. Uel peccatum cum fit quod faciendũ non eſt. Delictũ quaſi derelictũ cum non fit. qđ faciendum eſt. Et iuxta perſonas peccantiuz erat diuerſitas ſacrificiorum. A Leui.iiij.

Additio. Tamen omnia hec ſacrificia indifferenter ſepe dicuntur ſacrificia pacifica.

Additio. Delictum quoqz ſpecialit̃ peccatum in deum id eſt in ſanctificata deo. Hoc enim eſt derelinquere. id eſt deum relinquere. vel delictum peccatum recognitum.

¶ Pro pctõ ſacerdotis. Ca.vij.

Diſtinguũtur autem hic quaſi quattuor pſone. ſacerdos. A Leui.iiij.

ſynagoga.i.populus.pꝛīceps.anima. Si ergo ſacerdos qui inunctꝰ erat peccabat: delinquere faciens populū: faciebat q̄ ſequunt̄. Additum eſt. Qui inunctꝰ. Nō quin omnes inuncti eſſent: ſed ad differentiam illorū qui cū eſſent de genere ſacerdotali ꝓpter maculā corporis. nec inungi poterāt nec miniſtrare. Quod etiā additū eſt. faciens pplm peccare. forte generale eſt. quia pctm̄ quodlibet cuiuſlibet ſacerdotis trahit̄ in exemplū. Et eſt dictū ad exaggerationem peccati. Vel ſpecialiter dictū eſt. cum. ſ. verbo vel aliquo mō populum ad peccandū ꝓuocauerit. Vl ſane ſicut in hebreo hr̄. Si ſacerdos qui inunctꝰ eſt peccauerit ad culpam ppli. i. ita viliter ⁊ aperte quaſi vnꝰ de pplo: qđ valde indecens eſt. tūc inq̄ offerebat pro ſuo peccato p manꝰ impoſitionē ad oſtium tabernaculi vitulū immaculatū ⁊ coram altari imolabat eū: hauriensq̄ de ſanguine iferebat illū in tabernaculū. ⁊ intīgens in eo digitum: aſpergebat illum ſepties cōtra velū ſanctuarij. ⁊ de eodē ponebat ſup cornua altaris icēſi: ⁊ egrediēs reliquū ſāguinis. fūdebat circa crepidinē altaris holocauſti. ⁊ oēm adipē cū renibꝰ ⁊ renūcul' adolebat ſup altar̄. ſic̄ ⁊ de vitulo hoſtie pacificoꝝ. Pellē ꝓo ⁊ oēs carnes cū fimo ⁊ efferebat extra caſtra i locū mūdū vbi cineres effūdi ſolebāt. ⁊ icēdebant ea ſuper ſtruem lignorum.

Additio. Quia vitulꝰ ꝓpria hoſtia erat ſacerdotum.

¶ Pro pctō ſynagoge. Ca. viij.

.C.D. Leui. iiij.

Quod ſi omnis turba per ignorantiā fecerit quod cōtra mādatum domini eſt: offerebāt ſeniores populi ad oſtium tabernaculi per manuum impoſitionem vitulum. ⁊ fiebat de hoc vitulo ſicut ⁊ de priori ꝓ peccato ſacerdotis. Et orante ꝓ eis ſacerdote ꝓpiciꝰ erat eis dominꝰ in duobus tantū. Hic innuitur differentia inter peccatū ſacerdotis ⁊ populi. quia ſcilicet ſacerdos nō dicit̄ peccare per ignorantiam. non eni licet ei ignorare mandata domini. Iterū quia non legitur quis orare pro ſacerdote. quia ſi percuſſus fuerit incantator a ſerpente: quis medebit̄ ei. C Eccli. xij. Ecce patet differētia inter holocauſta hec ⁊ predicta. q: ex his nihil erat ſacerdotum. totum domino. cremabatur. neq̄ membra iſtorum cum capite: pedibus ⁊ inteſtinis lotis ponebantur ſuper altare. Generalis enim erat regula. quia de cuius ſāguine inferebatur in ſanctuarium: nil ex eo licebat remaner̄. nec aliqđ ex eo ſup altare adolebat̄ niſi adeps cum renibus et renunculis. In modo etiam offerendi et numero ſacerdotum offerentium erat differentia. De carnibus enim holocauſti ſalutaris fiebant nouem partes quas ſuper altare ponebant nouē ſacerdotes: quiſq̄ ſuam. vnus vero quattuor ſiml' offerebat. ſcilꝫ caput ⁊ pedes et iecur ⁊ inteſtina lota aqua. duo vero ſanguinem offerebāt: vt omnes ſimul eſſent duodecim.

Additio. Quod etiā ſupra notauerat i fine cuiuſdā capituli.

Additio. Hanc eādē regulā habes in apoſtolo ⁊ i epiſtola ad hebreos. Ad hebre. ix.

¶ De hoſtia pro peccato principis. Capitulum. ix.

E Leui. iiij.

Si peccauerit princeps: qui ⁊ chiliarchus dicitur vel tribunus per ignorantiam. ⁊ poſt intellexerit peccatum ſuum vel per ſe

vel per alium . offerat ad hoſtium tabernaculi per manus impoſitionem hircum immaculatum. Quo immolato tingebat ſacerdos digitum in ſanguine quo tãgebat cornua altaris holocauſti . reliquum fundẽs ad baſim eius: ⁊ adolebat adipem renes et renunculos: reliqua erant ſacerdotum . Sed quia erat hoſtia pro peccato et de ſanguine eiꝰ tincta cornua altaris holocauſti.carnes eius erant ſancte. ⁊ ſanctificabant que eis erant tacta.ſed non quelibet:imo in genere ſuo . caro carnem . ſimila ſimilam . panis panem . et non veſcebatur eis niſi ſacerdos vnctꝰ ⁊ mundus ⁊ nõ niſi in loco ſancto ⁊ non niſi in eadem die qua offerebantur. ſi quid reſiduum eſſet igne comburebatur . Si veſtis polluebatur eius ſanguine abluebatur vt nullum remaneret in ea ſanguinis veſtigium. alioquin vrebatur. Uas teſteum i quo coquebatur caro:ſtatim frangebatur.ereum defricabatur et lauabatur aqua.

Additio.
Hoc non propt hoc ſacrificium dictum eſt.cum in eo non eſſet ſimila vel panis. ſed ad ſequẽtia reſpicit . ſcilicet ſacrificium pauperis.

¶ De hoſtia pro peccato anime. Capitulum.x.

F Leui.iiij.

CUm aũt peccabat per ignorantiã anima de populo terre offerebat capram immaculatam eo modo quo alij vel agnum. ⁊ fiebat de hac hoſtia eodemmõ quo ⁊ de hirco principis. Si autem non poterat manus eiꝰ inuenire pecꝰ:offerebat duos pullos turturis vel columbe.quorum alter offerebatur dño in holocauſtum.alter erat ſacerdotum : cuiꝰ tñ ſanguis ad fundamentum altaris holocauſti diſtillabatur . quia pro peccato erat . Q; ſi nec auiculas poterat inuenire . offerebat ſimilam decimam partem ephi. nec mittebat in ea oleum aut thus: qꝛ pro peccato erat. Cuius memoriale ſacerdos adolebat ſup altare.reliquum ipſe habebat in munere.

¶ De igne iugi ⁊ electione cinerum. Capitulum.xj.

.B .C. Leui.vj.

ITerum locutus ẽ dominꝰ ad moyſen. Ignis ſemp in altari ardebit:quem nutriet ſacerdos ſubijciens magne ligna p ſingulos dies. Et erit ignis ex eodem altari.i.non aliunde ſũptus apponetur. Cum vero cineres ſuperabundabant induebatur ſacerdos veſtibus quattuor ſacerdotalibus quas pretaxauimus. et tollens cineres de altari reponebat in peluim iuxta altare . et depoſitis veſtibus ſanctis. indutuſqꝫ alijs forte ad hoc deſtinatis vel etiam ſuis pprijs: cineres efferebat extra caſtra. ⁊ in loco mundiſſimo vſqꝫ ad fauillam faciebat cõſumi.

¶ De eſu adipis ⁊ ſanguinis phibito. Capitulum.xij.

Nũe.xxix.

HEc de oblationibus dicta ſufficiant hic. In nũeris d̃ oblationibus ſeptem legalium feſtorum legitur.hoc addendo ꝙ omnis adeps domini erat. Adipem ⁊ ſanguinem non comedetis omnino: quod itelligitur de animalibus oblatis.tamẽ propter illud iudei ab omni adipe abſtinebant. Sed verius ꝙ dominus adipem qui debebat offerri in eſum prohibuit eis . etiam nominatim adipem bouis . ouis . et capre. Adipem vero morticini vel a beſtia occiſi conceſſit eis in vſus varios . ſcilicet vel ad lucernas . vel

D Leui. iij. et iiij. D.

vnctiones extrin
ſecas. Quid er-
go faciūt de adi
pe alalis. mūdi
non oblati. nec
morticini. nec
a beſtia capti ſi
dñi eſt. Forte
proijciunt vel
dāt alienigenis
ad edendum.
Sed quomodo
hoc vel illud fa
ciunt de illo ſi
D dñi eſt. Prohi-
Leui. iij. buit etiam eis
et xvij. c. dominꝰ oēꝫ eſū
ſanguinis. Joſephus ait. qꝛ ani-
mam ꝛ ſpirituꝫ
in eo eſſe moy-
ſes putauit. In
quo eſus ſuffo-
catitm̄ intelligi
C tur prohiberi.
Leui. xvij. Tamē intantū
ꝓhibuit eſū ſā-
guinis. ꝙ etiam
auē vel ferā au
cupio vel vena-
tione captā vo-
luit fuſo ſangui
C ne in terram ꝛ operto comedi. Et
Leui xvij. addidit. Nā aīa omnis carnis in
ſanguine eſt.

Additio.
Nota qꝛ ſic ap-
poſuit augꝰ ħ.
tamē iudei non
comedūt adipē
mundi anima-
lis. ſ. qḋ offerri
non licet. ſeruo-
rum. ſcꝫ da mu-
larum. ꝛ hmōi
adipē q̄ ſolebat
offerri non edūt
ſed habēt in va-
rios vſus ad mo
duꝫ adipis mor
ticini.

Additio.
Vel nomine ſpi
ritus dicit̄ quo
mediante cōiū-
gitur aīa cor-
pori quo etiam
palpitat caro ſi
ne aīa. vñ. Be-
nedicite ſpūs ꝛ
anime iuſtorꝫ
domino.

De cōſecratione ſūmi ſacerdo
tis ꝛ minorum. Cap. xiij.

A
Leui. viij. ITerum ꝓcce-
pit dñs moyſi vt initia
ret aaron ꝛ filios eius
in ſacerdotes. Et tunc
omnes q̄dem filij aaron cōſecrati
ſunt. ſed non oēs poſtea de genere
D ipſius. Cecus enim vel claudus ſi
Leui. xxi. grandi vel paruo aut torto naſo. ſi
gibboſus aut hernioſus ſi iugem
ſcabiē hñs vel impetiginē ꝺ ſemie
aaron erat: nō poterat miniſtrare
nec intrare ſanctuariū. veſcebant̄
tamē panibꝰ qui offerebantur in
ſāctuario. Tulit ergo moyſes iux
ta ꝑceptum dñi aaron ꝛ filios eiꝰ
veſteſq̄ ſanctas ꝛ oleum vnctiōis.
vitulum quoq̄ ꝛ arietes duos et
caniſtrum cum tribus generibus
azymoꝝ. tortas ſcꝫ panis ꝛ q̄ col-
lyrida dicitur. lagano ꝛ cruſtulo.
Eſt aūt cruſtulum panis qui fere
in cruſtam induratus eſt. Et con
gregauit omnē multitudinem ad A Leui. viij.
oſtium tabernaculi. In electione
enim pontificis aſſenſus deſidera
tur plebis. Tradit aūt ioſephꝰ qꝛ
animos populi inclinauit ad ſacer
dotium aaron in hunc modū. Di-
xit enim qꝛ ipſe ſeipm̄ dignū ſacer
dotio iudicauerat. tum ꝓ familia
ritate quā habebat cum dño. tū qꝛ
plurimum ꝓ populo laborauerat.
tū qꝛ quiſq̄ naturaliter amicꝰ ſui
eſt: ſed dñs digniorē aaron iudica
uerat. cū ergo placuiſſet populo:
obtulit dño aaron ꝛ filios eius.
Cūq̄ lauiſſet eos aquis fontiū et
aaron feminalia induiſſet: veſti-
uit eum moyſes. vij. alijs veſtibus
quas ꝑdiximus: fundenſq̄ ſuper
caput eius oleum vnctionis vnxit
caput eius ꝛ manus ita ꝙ ꝑ bar-
bam ſtillauit oleum vſq̄ i orā veſti
menti eius. Filios aūt eius veſti-
uit lineis. ꝛ balteis cingens iopſu
it eis mitras. ꝛ manus eoꝝ oleo ſā
ctificauit. Liniuit quoq̄ taberna
culū ſancto oleo cum omni ſupelle
ctile ſua. Cumq̄ aſperſiſſet vtrūq̄
altare ſepties aquis: vnxit illud et
omnia vaſa eius. labiumq̄ eneum
cum baſi ſua ſanctificauit oleo.

De poteſtate offerendi eis va-
ta et accipiendi partes ſuas.
Capitulum. xiiij.

OBtuleruntq̄ B. C. Leui. viij.
aaron ꝛ filij eiꝰ vitulū
ꝓ pctō ſuo ſuꝑ caput
eius manꝰ imponētes
Quē cū immolaſſet moyſes: tīxit
digitū in ſanguine ꝛ tetigit ex eo
cornua altaris per giruꝫ ꝛ fecit de

eo ſicut de vitulo ꝓ pctō ſacerdo-
tis faciēda ṗdixīmꝰ. Obtulerūt ⁊
arietē in holocauſtuꝫ. hoſtiā. ſ. ſa-
lutarē. Et fecit moyſes đ eo ſicut
de holocauſtis ſalutaribꝰ fieri ṗce
perat dn̄s. Obtulerūtq; ꝑ manus
impoſitionē arietem ſecundū. ho-
ſtiā ſcꝫ cōſecrationis ipſoꝝ. Quē
cum immolaſſet moyſes ſumēs de
ſanguine tetigit extremū auricule
eoꝝ dextre ⁊ pollicem manus dex-
tre: ſimiliter ⁊ pedis dextri. Reli-
quū ſāguinis fudit ſup altare ꝑ cir
cūitum. Adipē ṽo oēm et caudā:
renes q̄q; cū renūculis ⁊ armū dex
trum ſeparauit. tollēſq; de caniſtro
collyridā vnā ⁊ laganū vnū ⁊ cru
ſtulū vnū: oīa ſimul tradidit aarō
⁊ filijs eiꝰ. q. d. Accipite ptātē ſu-
mēdi hec a pplo. q̄dā ad offerendū
dn̄o: q̄dā ad vſum veſtrū. Qui cū
tenerēt eas inter manꝰ: ſuppoſuit
moyſes oībus pectuſculuꝫ. Vñ ⁊
pectuſculum eleuatiōis dictū ē. qꝛ
oībꝰ ſuppoſitū fuit. in ſignū tñ qꝛ
ſuperior eſt oīm ſapīa. Etiā ꝓ ele
uatiōe offerētiuꝫ legiť ſic vocatū.
In pacificis eni ⁊ ſalutaribus ar-
mū ⁊ pectꝰ ṗus eleuabāt offeren-
tes corā domīo. ⁊ poſt tradebant
ſacerdotibꝰ ſicut per ptes eis aſſi-
gnatas. Armus ṽo dexter diceba
tur ſeparationis. qꝛ in ſeparatiōe mem
broꝝ hoſtie ṗmus ab ea ſeparabať.
⁊ qꝛ in ptem ſacerdotū ſeparauit illū
moyſes tanq̄ ceteris membris di
gniorē. Tradūt eni q̄dā ꝙ forma-
tio corpis aīalis in vtero mřis ab
humero dextro inchoať. Tenen-
tes ergo filij aaron oīa hec in ma-
nibus. eleuauerunt ea corā domi-
no ⁊ tradiderunt ea moyſi. q̄ om-
nia adoleuit domīo ſup altare: eo
ꝙ oblatio cōſecratiōis eſſet. Aſſu
menſq; vnguentuꝫ. ⁊ de ſanguine
qui erat in altari: admiſcēs aquas
fontiū aſperſit eos ⁊ ſup veſtimen
ta eoꝝ. Cūq; ſanctificati eſſent in
hunc modum. reliquas carnes ari
etis coxerunt ante fores taberna-
culi ⁊ ibi comederūt eas cū pani-
bus q̄ reſidui fuerant in caniſtro.
⁊ quicq̄d in caniſtro ſupfuit ex eis
ignis abſumpſit. In eundē modū
iterauit ſingula q̄ diximꝰ moyſes
vij. diebꝰ. tamē nō veſtiuit eos: qꝛ
ſemel induti. vij. diebꝰ nō depoſue
runt veſtes ſctās: nec de atrio ta-
bernaculi ſunt egreſſi. Quidā ta-
mē tradūt ṗma die oīa vt diximꝰ
fuiſſe ꝓſecuta. vj. diebꝰ cōſecratio
nis ſequētibꝰ oblatiōes q̄tidie ite
ratas: ſed nō vnctionē. Joſephus
vero dicit oīa ſic ⁊ in ṗma die ſe-
quentibꝰ fuiſſe ꝓſecuta diebus.

¶ De prima oblatione ſacerdotū ⁊ igne dato de ſublimi. Cap. xv.

Ctauo aūt die B
denūciauit moyſes po Leui. ix.
pulo ſolēnitatē in quo
ſacerdotes conſecrati
offerre inchoarēt ꝓ ſe ⁊ ꝓ popu-
lo. In ṗcedentibꝰ eni. vij. diebus
vicē ſacerdotis habuerat moyſes:
⁊ accepat ab aaron ⁊ filijs eius. q̄
poſtea a pplo illi erāt accepturi et
miniſtrauit altari. In die octauo
aggreſſi ſunt ipſi miniſteriū ad qđ
fuerāt ordīati: ⁊ moyſes ceſſauit.
Et tradūt q̄dā diē octauū fuiſſe ṗ
mam diē anni ſecundi ex q̄ egreſſi
ſunt. Et cū obijciť eis ꝙ ṗma die
anni ſcđi dictū eſt ſupra taberna-
culum erectū aiunt erectionē dici
cōſummationē cōſecratiōis eius.
Precepitq; moyſes ignē terrenū
amoueri ab altari quo vſus fuerat
his diebꝰ qꝛ ea die appareret eis
dominꝰ. Cōgregatiſq; filijs iſrael
primo obtulit aaron ꝓ pctō ſuo vi
tulū: cuiꝰ adipē renes ⁊ renuncu-
los impoſuit altari igne non ſup-
poſito: cetera combuſſit extra ca-
ſtra. Immolauit etiam pro ſe ho-
ſtiam ſalutarem arietem in holo-
cauſtum: ⁊ impoſuit altari ſed ſi-
ne igne. Deinceps oblaturus pro
populo ſumpſit ab eis hoſtias q̄n
q;. vitulum pro peccato populi

hircū p peccato principis. agnū
pro pctō aie bouē in holocauſtū.
arietem pro pacificis. Tamē i im
molatiōe nō niſi tria dicit̄ immo-
laſſe. hircum pro pctō populi τ bo
uem τ ariete pro pacificis. Forte
quia prius ea numerauerat: p bre
uitate illa tacuit. Et quia ſepatim
de pctō ſynagoge principis τ aní
me nō agebat vt prius quodlibet
trium p peccato populi potuit di
ci oblatum. ¶ Auguſtin⁹ tamen
Auguſtin⁹ improbat lrām. que dicit q̈uqʒ tan
tum ſumpta τ dicit cū illis quinqʒ
ſumptum agnū anniculū in holo-
carpoſin. qđ ſonat holocauſtum
fructuoſuʒ. Dicebaturqʒ holocar
poſis holocauſtū illđ quod domi-
nus aliquo ſigno viſibili oſtende-
bat ſibi gratū eſſe. Cum autē im/
poſuiſſet ex his aarō ſuper altare
que adolēda erant domino ſepara
uit de pacificis partē ſuaʒ armos
dextros τ pectora: τ extendēs ma
nus benedixit populo. Ingreſſiqʒ
moyſes τ aaron tabernaculum: τ
egreſſi iterū bñdixerūt pplo. et cū
eſſent oblata ſup altare: τ etiā cuʒ
eis iuge ſacrificium matutinum.
egreſſus ignis
a domio deuo/
rauitq̄ erant ſu
per altare: τ ſer
uatus eſt ignis
iſte perpetu⁹ vſ
qʒ ad trāſmigra
tionem babylo/
nis neclicuit de
inceps ignem apponere alienum.

Additio.
Iuge ſacrificiū
vocabatur qđ q̈
tidie offerebat̄.
duo. ſ. agni vn⁹
mane alter ve/
ſpere.

¶ De morte nadab τ abiu
Capitulum. xvi.

A
Leui. x.
Eadem die na/
dab τ abiu arrepti thu
ribulis ignē impoſue/
runt alienū: deſup in/
cenſum offerentes. Egreſſuſqʒ eſt
ignis a domio. vel ille qui iaʒ erat
in altari. vel alius iterum veniens
de ſublimi: τ deuorauit. i. extinxit
eos. Et ait moyſes ad aarō. Hoc
eſt quod dominus dixit. Sanctifi
cabor in his q̈ appropiquāt mihi
id eſt etiā in his q̈ mihi miniſtrāt
apparebo ſanctus nō parcēs pec
catis eorū. Vocauitqʒ miſahelem
τ elyſapham filios oziel patrui a-
aron cognatos eorum: et ait illis:
Tollite fratres veſtros extra ca-
ſtra. Et exportauerunt eos ſicut
erant induti lineis τ tyaris τ ſepe
lierunt eos: ita vt miniſtri altaris
ſepeliuntur induti veſtibus mini-
ſteriȷ ſui. Cuʒ autē aaron τ reliqui
duo filiȷ eius eleazar et ithamar
plangere vellent fratres ſuos mo
re ſolito prohibuit moyſes dicēs.
Oleum ſanctū eſt ſuper vos. noli-
te capita veſtra nudare. veſtes no
lite ſcindere ne forte moriamini.
nō exibitis fores tabernaculi. Tū
Ioſeph⁹ aliter
dicit. q2 dū por-
tarēt hoſtias ſu
per aram quas
non preceperat
domin⁹. ſed qui
bus primit⁹ vte
bantur ſubito i
flammati ſunt.
nec valuit quiſqʒ eos extinguere.

Additio.
Et ſi hec aſſi-
gnetur cauſa cō
ſumptiōis pre-
dictoruʒ tamen
ioſephus aliam
ſignat.

Iuſſitqʒ moyſes patrem eorum et
frēs portantes corpa extra caſtra
ꝯgruo honoř ſepelir̄. Dixitqʒ moy
ſes aaron τ filiȷs eius vt tollerent
partes ſuas de hoſtiȷs ſalutarib⁹.
τ oblata p peccato quorū ſāguis
non erat illatus in tabernaculū et
comederent ea. Et cum quererent
hircum oblatum pro peccato prin
cipis: exuſtus inuentus eſt. Cun-
qʒ iratus moyſes ſuper hoc argu-
eret aaron τ filios eius: excuſauit
ſe aaron dicens. Michi accidit qđ
vides. quaſi dicat. Ex perturba-
tione animi factum eſt hoc.

C
Leui. x.

¶ De diſcretione ciborum.
Capitulum. xvii.

A Leui. xi.

PRecepit domi
nus moyſi ⁊ aaron vt
traderent filijs iſrael
legem de diſcretiõe ci
borũ. Ad litterã enim domin⁹ ci-
bos homini conceſſos eis artauit
ꝓpter caſtrimargiam eorũ: cui⁹ ſũ
ma ſic comprehẽdi poteſt. Anima
lium alia viuunt in terra. alia in a-
quis. alia in aere. Item q̃ in terra
Animalia immunda. alia reptilia que omĩa immunda.
alia latentia. vt talpa: que de luto
naſcitur. et hec omnia immunda.
Alia gradientia ſuper terraȝ. De
his generalis ẽ
Munda. regula. Mũdũ
tantuȝ eſt quod
ruminat et fin-
dit vngulam.
De piſcib⁹. De piſcib⁹ quo
qȝ generalis eſt
regula. Mũd⁹
eſt tantũ habẽs
ſquamas ⁊ pen
De auibus nulas. De auibus nominatim ex-
preſſit que immunde eſſent. Hoc
tantũ de auib⁹
generaliter di-
ctum eſt. Vola-
tile quod gradi
tur ſuper quat-
tuor pedes im-
mundum eſt niſi crura retro habu
erit longiora ſuper que ſaliat. Tã
gens morticina eorum lauabit ve
ſtimenta ſua: et
immundus erit
vſqȝ ad veſpeꝝ.
Etiam ſi neceſ-
ſe fuerit vt por-
tet quiſpiam eo
rũ mortuũ. Su-
per quod cecide-
rit quicq̃ꝫ ď mor
ticinis eorum polluetur. tam vas
ligneum q̃ꝫ quodlibet veſtimentũ:
ad veſperuȝ aqua mundabuntur.
Vas fictile in-
fra quod cecide
rit frangetur.
Clibani vel ci-
tropedes quas
ſtrapas dicim⁹
deſtruẽtur. Fõ
tes vero ⁊ ciſter
ne ⁊ quelibȝ ma
ria. et ſementis
granum nondũ
ſeminatum tactu eorum non pol-
luuntur.

Additio.
Ruminat dicit
propter porcũ:
qui tamẽ findit
vngulaȝ. findit
dicit propter ca
melum qui ru-
minat.

Additio.
Vt puta griph⁹
etſi quid aliud
ſimile.

Additio.
Sicut locuſta ⁊
brucus ⁊ opima
chus. Opima-
chus auis eſt q̃
cum ſerpentib⁹
pugnat.

Additio.
Pro eodem ac
cipe clibanuȝ et
citropedem va-
ſa ſcilȝ terrea: q̃
bus artocree te
guntur in lare.
apud nos dici-
tur teſta.

¶ De purificatione puerpere.
Capitulum. xviij.

ADdidit quoqȝ A Leui. xij.
domin⁹ legẽ purifi-
cationis mulierum ta
lem. Si mulier pepit maſculũ im-
munda erit ſeptẽ diebus iuxta di-
es ſepationis menſtrue. i. eiuſdem ĩ
mundicie iudicabit cui⁹ eſt cuȝ ſe
paratura mundis quãdo patitur
menſtruum. Intantum enim im-
munda eſt ꝙ quicquid tangit im-
mundum reddit cibum. lectuȝ. ve
ſtem. ſedem. Unde non licet alicui
cõmunicare ei nec in lecto nec ĩ ci-
bo. Octauo die circuncidebat pu
er. poſt ſeptem dies inquinatiõis
manebat. xxxiij. dies in ſanguine
purificatiõis ſue: ita vt omnes di-
es purificationis ſue fierent. xl. q2
tot diebus dicunt phyſici carnem
maſculi formari in vtero. In puri
ficatione vero. xxxiij. dierum lice-
bat ei ſurgere in domo deambula
re: ſed non egrederet operari. et tã
gendo non polluebat. ⁊ licebat a-
lijs communicare ei in cibo et in ſe
de: ſed non in lecto. Accedere ve-
ro ad tabernaculum non poterat
niſi expletis. xl. diebus: Si vero
pareret feminam: duplicabantur
priores dies inquinationis et po-
ſtea dies purifi
cationis vt ſimĩ
fierent. lxxx. q2
tot diebus for-
matur fe-

Additio.
Id eſt immun-
da erat duabus
hebdomadibus.

mina in vtero. iuxta ritum fluxus menſtrui.
Expletis vero diebus purificationis offerebat pro filio vel filia agnum anniculum in holocauſtum vel pullum columbe. vel turturem ꝑ peccato. quia in libidine conceperat. et erat ſacerdotis.

Additio. Hec aůt oblatio etiam purificatio dicebať.

Q̄ſi non poterat manus eius inuenire agnū: offerebat duos turtures vel duos pullos colūbarum. alterum in holocauſtum pro puero. alterum pro peccato ſuo: vł ꝑ originali filie. qꝛ filio in circunciſione dimiſſum erat. Hebrei tñ non habere paruulos peccatū tradunt. Preter hec dicit ioſephꝰ primogenitū redimi qnqꝫ ſiclis.

Additio. Auguſtinꝰ tamen dicit ꝙ ꝑ peccato puerorum offerebant quodlibet in circunciſione dimiſſum plenius tunc dimittebatur.

¶ De cognitione leprarum. Capitulum. xix.

A Leui. xiij.

Legem quoqꝫ lepre tradidit eis dñs Sunt autē quattuor genera lepre. in cute. in capillis. in veſte in domo.

Lepra cutis cognoſcitur ſi fuerit in eo albor. id eſt pallida albedo. vel puſtule vel cicatrix: marie ſi fuerit alba. vel ſubruſa. ita quidem ſi locus lepre humilior ſit carne reliqua. vł ſi mutati fuerint capilli in cādorē. ⁊ ſolito tenuiores.

Additio. Patet ex his q̄ ꝺ diuerſitate lepre dicuntur: ꝙ non omnia ad litteram accipi poſſūt. Orige. Inuenimus qnqꝫ ſpecies poſſitas de hominū lepra. aut in corpore fit cicatrix et ſignum albedinis. ⁊ fit i cute eius corporis

Lepra vero in capillis alopicia dicitur fluentibus capillꝭ. Si i caluicio vł recaluatione albus vł rufus color inuctus fuerit: plaga lepre ē. adducto itaqꝫ leproſo ad ſacerdotem: ſine cuiꝰ arbitrio non excludebatur. ſi lebra nondum ei ꝑſpicua fuerat recludebat eum in domo ſua ſeptem diebus. Quibus expletis ſi non creuerit lepra. iteruꝫ recludebat eum aliis. vij. ꝙ ſi nec dum lepra increuerat mūdabat eum. i. munduꝫ iudicabat. quia ſcabies erat. Et lauabat hō veſtimenta ſua: ⁊ mundus erat. Cum vero perſpicua erat lepra. ſeparabať ad arbitrium ſacerdotis. ⁊ habebat veſtimenta diſſuta. i. facilia ad induēdū vel exuendum. vel ſolam veſtē extrinſecam vt ſic cognoſceretur. et caput nudum vt poſſet agnoſci. ⁊ os veſte contectum ne fetorem loquēdo diffūderet: ⁊ habitabat ſolus extra caſtra. ita vt a mortuo nihil differre videretur. Patet vt dicit ioſephus illos irriſibiles qui dixerunt moyſen lepra fatigatuꝫ. ⁊ ſimilium electorum ducem factū

contagio lepre: aut efflorens ef florebit lepra. ⁊ conteget omnē cutem cōtagioꝰ lepre a capite vſ ꝙ ad pedes eiꝰ. vł i carnis cute fit vlcus et ſanatať. ⁊ fit i loco ipſius vlceris cicatrix alba. Aut i carnis cute fit aduſtio ignis lucida alba. aut cum rubore candida. Quinta ſpecieſ cū viro aut muliere fit in capite aut in barba contagio lepre. Vltima cum fit in caluicie vel i recaluatione cōtagio lepre rubicunde: que eſt lepra efflorens in caluitio. vel i recaluatione.

Additio. Quedam veſtꝭ erat que apertu ram a capite vſ qꝫ ad vmbilicuꝫ habebat. ⁊ quibuſdam naſtulis claudebať.

veniſſe in chananeã cum eis cũ ita quaſi immiſericors circa leproſos habitus ſit: qui tunc maxime miſericordia indigebat. Lepra vero veſtis linee vel lanee. vel pellis erat macula albida vel rufa. humilior ſuperficie reliqua: qꝛ corroſiua ẽ. que cum apparebat: conſiderabat eam ſacerdos. Si ꝑſpicua erat lepra: conburebatur veſtis. ſi dubia: recludebatur ſeptẽ diebꝰ. Si creuerat macula: adiudicabatꝛ lepre. ſi nõ creuerat: abluebatur veſtis. ⁊ recludebatur alijs. vij. diebꝰ. Si adhuc dubia erat: rumpebat illud a ſolido. Si tamẽ iterum alibi macula apparebat lepra volatilꝫ erat: ⁊ comburebatur veſtis. Si vero ſimilis macula corroſiua apparebat in domo: priꝰ p̃cipiebat ſacerdos omnia de domo efferri. conſiderãſque valliculas in pariete pallore vel rubore deformes. et humiliores ſuperficie reliqua. claudebat oſtium domus. vij. diebus. poſt quos ſi inueniret creuiſſe lepra iubebat erui lapides leproſos: ⁊ ꝓijci extra ciuitatem ⁊ domum radi intus ꝑ circuitum ⁊ puluerem raſure ſpargi extra caſtra vel extra vrbem in loco immundo. ⁊ alios lapides ſubſtitui ĩ domo: ⁊ luto alio liniri domum. Qꝫ ſi iterum redierit macula: lepra ꝑſeuerans eſt. ⁊ deſtruetꝛ domus: ⁊ ligna ⁊ lapides ⁊ puluis extra oppidum proijcientur in locum immundum.

¶ De purificatione leproſi. Capitulum. xx.

A Leui. xiiij.

Quod ſi leproſus mundabatur: reuocabatur ad communem habitationẽ ſic. Veniebat vſque ad cõem introitum caſtrorum vel oppidi: habens ſecum duos paſſeres viuos quibus licitum erat veſci. lignumque cedrinũ. ⁊ iſopum et vermiculũ. filũ. ſcꝫ coccineum. ⁊ aquas viuentes in vaſe fictili. occurrẽſque ei ſacerdos: immolabat paſſerem vnum ſtillãs ſanguinem ſuper aquas: aliũque ſcꝫ viuum ligãs filo coccineo cum iſopo in ſummitate ligni cedrini: quaſi faciens aſperſorium tingebat illud in aquis rubricatis aſpergens hominẽ ſepties: dimittebatque paſſerem viuũ auolare in agrum. Cumque lauiſſet homo veſtimenta ſua radebat omnes pilos corporis ſui. ⁊ lotꝰ aqua ingrediebatur caſtra: ita dũtaxat vt maneret extra proprium tabernaculum. vij. diebus. iterũque die ſeptimo raſis omnibus pillis corporis etiam ſupercilijs. lotiſque veſtibus ⁊ corpore die. viij. tollebat duos agnos immaculatos ⁊ ouẽ anniculam. ⁊ tres decimas ſimile cõſperſe oleo. ⁊ olei ſextarium: ⁊ offerebat omnia ad oſtium tabernaculi. Tũc ſacerdos immolabat agnũ vnum pro delicto. Et ſumens de ſanguine ponebat ſuper extremum auricule dextre hominis: et ſuper pollicẽ manus dextre ⁊ pedis. ⁊ de olei ſextario mittens in manum ſiniſtrã. ⁊ tingens pollicẽ dextrũ in eo aſꝑgebat ſepties contra tabernaculum. Reliquum olei qđ erat in ſiniſtra fundebat ſuꝑ extremũ auricule dextre hominis. et ſuper pollicẽ manus dextre ⁊ pedis dextri. i. ſuper ſanguinem quẽ prius infuderat: ⁊ ſuper caput eiꝰ. Et rogabat ſacerdos pro eo faciens aliquã ſpecialem inſtitutã ad hoc orationem. ⁊ poſt ſacrificium

Additio.

Forte duo erãt genera paſſerũ: quorũ vno licitum erat veſci ĩ lege: alterũ vero ꝓhibitum. M. ⁊ hugo dicunt: de quibus non eſt diſcretiuum. Orig. dr. Due galline accipiebantꝛ viue. et q̃ mũdabatꝛ ⁊ lignũ cedrinũ: ⁊ coccineus coccus. filũ ſcꝫ rubeum quo ligabat paſſerem viuum. ⁊ iſopus ĩ ligno cedri.

faciebat ꝓ peccato. ⁊ poſt immolabat holocauſtum cum libamentis ſuis: ponens illud in altari. Et nota ꝙ hic proprie diſtinguitur ſacrificium ꝓ delicto cuius ſanguine linitus eſt homo ⁊ ſacrificium pro peccato: de quo nichil ei factũ eſt. Unde ⁊ moyſes dixit h̄ q̄ſi diſtinguens ita pertinere ad ſacerdotem hoſtiam ꝓ delicto ſicut ⁊ ꝓ peccato. Cum enī diſtixiſſet agnũ pro delicto. nec diſtinxiſſet qđ aliorum ꝓ peccato. ⁊ quod in holocauſtũ fieret. innuit in arbitrio ſacerdotꝭ eſſe de agno et oue, vt alterum pro peccato. alterum holocauſtum faceret qđ vellet. Q̄ſi manus eius hec inuenire non poſſet. agnus tamē ꝓ delicto ⁊ olei ſextarium non minuebat̄. quia ex his purificabatur homo vt prius. ſed ꝓ oue et agno reliq̄ offerebat par turturũ aut duos pullos columbarum. quorum vn⁹ pro peccato: alter in holocauſtum fiebat. Offerebat quoqꝫ decimam ſimile oleate in ſacrificium.

Additio.
Pro peccato ē quaſi loco dictionis accuſatiui caſus. vnde ⁊ ſacrificium ꝓ peccato non poſtulaſti.

Additio.
Nota quia diſtinguit reuera moyſes inter ſacrificium ꝓ delicto et peccato. ſꝫ inter delictũ ⁊ peccatum nequaq̄ diſtiguit. Sancti vero diſtinguunt tripliciter vt ſit delictum quod fit per induſtriā. peccatum quod per ignorantiā. Uel delictũ qđ fit in deum. peccatum quod in proximum. Uel delictum ī omittendo facienda peccatum in cōmittendo nō facienda.

¶ De viro ſpermatico et muliere emorroiſſa.

Capitulum. xxi.

Deinceps addidit domin⁹ de viro patiente fluxū feminis: qui tūc iudicatur huic vicio ſubiacere ſi ꝑ momēta adheſerit carni. ⁊ concreuerit fedus humor feminis: quod licet nolens effundit ex corruptione. Talis imūdus immūdum reddebat quod tāgebat. lectū ſuū veſtē ſuā. ſedē ſuā etiaꝫ ſagma ſuper quod ſedebat. i. ſtraturā aſini. A Leui. xv.

Uas fictile qđ tāgebat frangebatur. ligneum lauabatur. qui tangebat lectū eius. veſtem eius aut ſedē. vel ſup quē ipſe ſaliuā iaciebat. lauabat veſtimenta ſua ⁊ erat immund⁹ vſqꝫ ad veſperum. Cum autē ſanatus fuerat numerabat ſeptē dies poſt mundationem ſui: ⁊ lotis veſtib⁹ ac corpore in aquis viuentib⁹ mūdus erat. Die autē. viij. offerebat par turturū aut duos pullos colūbarum. ⁊ faciebat ſacerdos alterū pro peccato: alterū in holocauſtū. Eadem lex erat immūdiciei ⁊ purificationis de muliere patiente fluxum ſanguis ex morbo. Similiter eiuſdem īmundicie erat mulier mēſtruata. Sꝫ nō purificabat̄ ſolēniter. Sufficiebat enī ipſā cū veſtib⁹ ablui. Morbide enim īmundicie pro peccato etiā ſolent accidere. et ideo ꝓ eis et ꝓ peccato ſalutare offerebat̄. quod non pro menſtruo: quia naturale eſt. Et nota ꝙ accedentem ad mēſtruatam dicit hic immundum ſe-

Additio.
Sagma aſini id eſt ſella eiuſdem.

Additio.
Tradūt hebrei ꝙ ſi quis dormierit cum muliere prima die ſuī menſtrui. Et ſi puer inde concipitur ⁊ vixerit, infra decem annos lepros⁹ erit. Si vero ſecunda die menſtrui tunc infra. xx. ⁊ ſic vſqꝫ ad. vij. diem.

ptem diebus. ⁊
purificationem
ei cōcedit quod
de ignorāter ac
B cedente intelli-
Iohā.viij. gendum eſt. In
fra. vtrunq; pe-
rimēdum dicit.
quod dictum ē
ſi fiat ex indu-
ſtria. Nec mirū
quia etiam legi
time cognoſcen

Additio.
Unde ⁊ mulie-
ri emorroiſſe a
domino dictū
eſt poſtq̄ ſana-
ta eſt. Uade et
āpliusnoli pec.
ne. d. a. t. contin
gat. Per quod
patet. quia pro
pctō ſuo morb⁹
ei acciderat.

tem vxorem: voluit dominus laua
re veſtem ⁊ omne corp⁹. et eſſe im-
mundum vſq; adveſperum. Et de
vxore eodem modo.

¶ De vitula rufa et hirco apom-
peio ⁊ cineribus aſperſionis.

Capitulum. xvi.

A Leui. xvi. Iterum locu
tus eſt dominus ad
moyſen. Loquere ad
aaron ne omni tēpore
ingrediatur ſanctuariū quod eſt
intra velum ne moriatur. quia in
nube apparebo
ſuper oraculū:
niſi fecerit hec
que ſequuntur.
non eſt intelli-
gendum vt quo
ties vellet intra
re: faceret hec ⁊
intraret ſed tan
tum decima die
ſeptembris in-
traturus. prius
tamen hec face-
ret. Hec dies ſo
lēnis erat in iſ-
rael. et dicebat
dies propitiati
onis ppter cau
ſam predictam.
Uel quia ageba
tur ea die cinis
expiationis. ſi-
cut dies iouis

Additio.
Quia defuncti
erant duo filij
Aaron nadab ⁊
abiu cum offer-
rent ignem alie
nū ad altare deī
erat neceſſe vt
inſtrueretur ce-
leſti doctrina
aarō quomodo
eum ad altare
oporteret acce-
dere et quo ſup
plicationis ritu
propitium face
ret deum. et vt
caueret de hoc
quod acciderat
filijs. Propte-
rea de his hoc
modo prefata ē

ſancta: qua ſan-
ctū chriſma con
ficitur. Et pro
peccatis totius

lex. Iterum lo-
cutus eſt domi-
nus ⁊c.

anni communib⁹ vel ignorātis ea
die oblatio fiebat. Dicebatur etiā
dies afflictionis. quia ea die ieiu-
nabant homines ⁊ iumenta. etiā
pueri ſeptēnes. ⁊ agebatur ea die
memoria mortuorum. Dicebatur
etiā dies expiationis. quia ea die
purificabatur totum tabernaculū
⁊ altaria p ſanguinis aſperſionē
a contagijs que contraxerant per
annum ex peccatis miniſtrantiū.
Ea die tollebat ſummus ſacerdoſ
de pprio vitulam rufam. trimam.
immaculatam que non traxerat iu De vitula
gum. Nec turbemur ſi quandoq; rufa etiā de
vitulus nominetur. quia in femini ea dicitur.
no genere tantum intelligendum A
eſt. quia pro peccatis fragilitatis Nu. xix.
offerebatur. Sumebatq; ab vni-
uerſa multitudine duos hircos p
peccato: ⁊ arietem in holocauſtū.
Cumq; lauiſſet ſe induebatur line
is tantum ſecundū ritū minorum
ſacerdotum. oblatiſq; animalib⁹:
factaq; oblatione vel oratione p-
pria pro ſe ⁊ pro domo ſua ſtatue-
bat duos hircos in oſtio taberna-
culi. mittebatq; ſortem ſuper vtrū
q; qua ſciret quis eſſet domini: et
quis populi fieret. Nec eſt creden
dum quibuſdam qui dixerūt ideo
mitti ſortes vt ſciretur quis domi
no immolandus eſſet ⁊ quis diabo
lo: mittendus ei in ſollitudinem cū
peccatis. Lex enim immolare niſi
deo non admittit. Sane cui⁹ ſors
exibat: domino offerebat illum p
peccato populi. ⁊ forte hic diceba
tur pprie pro peccato. Cuius ſors
exibat populo reſeruabat viuen-
tē immolabatq; vitulam rufam p
peccato ſuo et domus ſue. ⁊ tolle-
bat de ſanguine hirci et vitule. et
thuribulum plenum prunis. mul-
tumq; tollens tymiamatis: intra-
bat vltra velum. tantum imponēs

tymiamatꝫ: vt nebula ⁊ vapor ope
riret oraculum: ne forte viſa mate
ſtate dñi moreretur. Aſpergebat-
qꝫ ſepties digito de ſanguine corā
propitiatorio ad orientē. Eodem
etiā numero aſpergebat pauimen
tum. Simili quoqꝫ aſpſione ſepte-
na expiabat ſanctuariū exterius ⁊
pauimentū. Fundebatqꝫ de eodez
ſanguine ſuper cornua altaris au
rei: ⁊ aſpergebat illud ſepties di-
gito. expians ita totum taberna-
culuz ⁊ altare ab immūdicijs filio
rum iſrael: ⁊ a cunctis ꝑuaricatio
nibus eorū. id eſt contagio qđ cō-
traxerat poſitum in medio peccā-
tium tabernaculuz. Nulluſqꝫ erat
cum eo in tabernaculo cū ipſuz ex
piabat. In quem modū etiam ſe-
mel in anno lauam⁹ altaria vino.
¶ Nota quia hic legit̃ ſacerdotē
egredi de oraculo ad altare. et ſic
pꝫ: quia erat extra. Nec poteſt dici
eum egreſſum ad altare coram ta-
bernaculo. cum dicatur hic ad al-
tare quod eſt coraz dño. ¶ Poſt
hanc expiationē egrediebat̃ ſacer
dos ad hircum viuentē: ponenſqꝫ
vtranqꝫ manū ſuper caput ei⁹. cō-
fitebatur generaliter omnes iniq
tates filiorum iſrael. ⁊ imprecans
eas capiti eius. ponens etiam [vt
tradunt quidam] cartham inſcri-
ptam peccatis populi ſuper caput
eius. mittebat eum in deſertum ꝑ
hominem ad hoc paratum. Tra-
dunt hebrei quorūdam paruulos
tribualiter ad hoc parari. id eſt de
tribu ad hoc deputata: medicina-
liter eis ſplene ſubtracto. vt ſic ex-
piatus eſſet populus a peccatis il-
lius anni: que per ignorantiaz vel
fragilitatem contraxerat que ſecū
ferebat hircus. Qui quia emitte-
batur non rediturus. apompeus
grece. latine emiſſarius dicebat̃.
Cum autem deduxerat aaron ho-
minem cum hirco extra caſtra: re-
dibat ad tabernaculum teſtimo-
nij. depoſitiſqꝫ veſtibus lineis in

quibus expiauerat ſanctuarium.
⁊ emiſerat hircum. lauabat carnē
ſuam in loco ſancto. ⁊ induebatur
veſtibus ſuis ſcilicet pontificali-
bus ⁊ precioſis. ⁊ offerebat arietē
in holocauſtum: ⁊ adipes vitule ⁊
hirci pro peccato: reneſqꝫ cum re-
nunculis. ¶ In hunc modum et Nota.
pontifex euangelicus in aſperſio-
ne baſilice quam dedicat quaſi in
expiatione lineis ⁊ minoribus vti
tur indumentis. Etiam in ſabba-
to baptiſmali in conſecratione fō
tium. ⁊ in merſione cathecumino
rum. cum ſcilicet transferūtur pec
cata eorum: vtitur ſimilibus indu
mentis. Cum autem his peractis
ad miniſtrationem accedit altaris
pontificalibus ⁊ precioſis veſtib⁹
infulatur. ¶ Vitulum autem et
hircū de quorū ſāguine facta ē ex
piatio ferebant extra caſtra. ⁊ cō-
burebant igni tam pelles ꝙ car-
nes eorum ⁊ fimum. Proijciebat
qꝫ ea ſacerdos in ignem qui illa vo
rabat mutatis prioribus veſtibus
et reſumptis proprijs. lignum ce-
drinum. iſopum. et coccuz bis tin
ctum. quia hec in purificationib⁹
valebant. et tunc rediens lotis ve-
ſtibus et carne ſua ingrediebatur
caſtra. et immundus erat vſqꝫ ad
veſperuz. Sed et ille ſacerdos qui
remanebat ad ignem: vt conſumi
faceret omnia vſqꝫ ad cinerem. nō
niſi lotis veſtibus ⁊ corpore intra
bat caſtra: et immundus erat vſqꝫ
ad veſperum. Sed et tertius ſacer
dos qui colligebat cineres reſer-
uans ad aquam aſperſionis. non
niſi lotus intrabat caſtra: et im-
mundus erat vſqꝫ ad veſperum.
Ex his cineribus fiebat aqua a-
ſperſionis: qua per totum annuz.
purificabantur immundi. Unde
difficile eſt rationem inuenire cuꝫ
hic cinis fieret ad purificandos
immundos. cur
illi qui eum tra
ctabant vt di-

Additio.
Cum et iudei

ctum eſt immūdi erant. cū etiā domin⁹ hoc ſacramentū quaſi ſanctiſſimuꝫ: religionem victime appellet Sꝫ prorſus de hoc reſpōdere ſe neſcire fatentur. nec gamaliel aliquid hic eos doceat.

et qui caprum dimiſerat. al's duxerat in deſertum immundus erat. De quo tamen facile eſt inuenire rationem. et eſt veriſimile hos cineres factos ānuatim: vt modo fit chriſma. Quidam tamen hebrei dicunt eos valuiſſe ꝛ duraſſe per plures annos: nec factos niſi cum deficiebant.

¶ De purificatione immundorum. Cap.xxij.

A Leui.xvij.

Hjs cineribus purificabātur immūdi in hunc modum. Si quis tangebat cadauer hominis mortui in tabernaculo. vel in agro occiſi. aut per ſe mortui vel ſepulchrum eius: immūdus erat ſeptem diebus. Tabernaculum in quo mortuus eſt homo: ꝛ vniuerſa que ibi erant vaſa immūda erant ſeptē diebus. Tollebatqꝫ vir mundus cineres combuſtionis: mittenſqꝫ ſuper eos aquas viuas. tingebat ex eis iſopū ꝛ aſpergebat ex eo die tertio ꝛ ſeptimo tentoriuꝫ. ꝛ omnem ſupellectilem: ꝛ homines huiuſmodi contagione pollutos: ꝛ lotis veſtibus ꝛ corpore mundi erant. Si die tertio non fuerat aſperſus immūdus die ſeptimo non mundabatur. Si quis autem ſic non expiabatur peribat de medio eccleſie. qꝛ polluebat ſanctuariuꝫ. id eſt anima eius peribat de iſrael: quia peccabat. ꝛ arcebatur ab ingreſſu loci ſancti. Sed et ille qui purificabat immūdum aqua huiuſmodi. quia tetigerat cineres. lauabat veſtimēta ſua. ꝛ immundus erat vſqꝫ ad veſperum. De immundicijs vero quib⁹ erat immundus homo per diem tantum. vt propter illuſionem nocturnam. vel quia dormierat cum vxore: nō credimus hominem his cineribus expiatum. ſed ad minus de immundicia ſepteꝫ dierū. qui a die tertio ꝛ ſeptimo legitur faciēda expiatio talis. De expiationibus que fiebant cum muneribus oblatis. vt ſupra de leproſo dictū eſt. et de viro ſpermatico et muliere ſanguinaria. quia legitur eos numerare ſeptē dies ꝛ octaua purificari. credimus die tertia ꝛ ſeptima his aquis expiatos.

¶ De perſonis excluſis a matrimonio. Cap.xxiij.

Tradidit etiaꝫ dominus filijs iſrael multitudinem preceptorum recapitulādo predicta. et ſuperaddendo noua. de quibus non niſi illa perſtrinximus que ad intelligentiam lectionis ſacre ſcripture ſūt neceſſaria. Sane prohibuit dominus ne homo ad domeſticam ſue carnis accederet. nec reuelaret turpitudinē eius. i. diſcooperiret ꝛ intraret pudenda ipſius. In primoꝝ quidem parentum coniugio propter hominum raritatem: ſolum duas perſonas excluſit dominus a coniugio dicēs. Propter hoc relinquet homo patrem ꝛ matrem. i. nec filius matri nec patri filia copulabitur. Sub lege vero plures excepit. que ſunt fere. xij. mater. nouerca. ſoror. neptis. amita. matertera. vxor patrui. nur⁹. vxor fratris. Sꝫ hec determinationem recipit. priuigna filia priuigni. vel preuigne ſoror vxoꝝ. paucas tunc excluſit: vt multiplicarentur ho

A Leui.xviij.

D Geñ.ij.

Additio.

Si enim quis habens vxorem mortuus fuerit. non ſuſcepta inde prole. frater eius duxit eam et inde fratri defuncto ſemē ſuſcitauit.

mines et replerent terram. Sub gratia plurime excludūtur vbi cōtinentia locum habet. ⁊ eſt hec ꝓhibitio coniugij. A fornicatione enim omnis mulier excluditur.

¶ Catalogus quorundam preceptorum. Cap. xxv.

C Leui. xviij. et infra. xx. B.

CDictum quoq; cū maſculo ⁊ iumēto ſub intermiſatiōe mortis ꝓhibuit. ne etiam colligerent ſpicas vel racemos remanentes. nec grana decidentia: ſed relinquerent ea pauperib⁹ terre. nec opus mercennarij retinere vſq; mane. nec accipe perſonas. diligi amicum ſicut ſeipſum precepit. vbi. lxx. proximū ponunt Somnia auguria. diuinationes obſeruari prohibuit. nec agrum ſeri diuerſo ſemine. nec iumēta diuerſi generis facere coire. nec veſte ex duobus texta indui. nec comam in rotunduz tōderi. nec barbā radi. nec carnes ſuas ſuper mortuo incidi nec figuras aliquas aut ſtigmata in carne ſua fieri. cum quibus et ſimilibus ad literam ſubintelligendum eſt ſecundum ritū gentium ⁊ maxime egyptiorum cum quibus habitauerant.

Additio. Diuerſa etiam animalia coire faciebant vt inde animal naſceretur quod plurimū eſſet deoꝝ ſacrificio ꝯgruum. vel eorum honori dedicatum: ſicut mul⁹ de equo ⁊ aſino marti ⁊ cilleno aptus erat.

Nam ⁊ dauid legitur nullam habuiſſe ſuper quā poſitus eſt. Salomon: et delatus ad fontem geon ad inungendum. Sed egyptus omnigenoruz venerans mōſtra deorum. ⁊ in honore diuerſorum deorum quos pu

E iij. Reg. j.

tabat talibus preeſſe. diuerſa ſemina in agro. diuerſas materias ī veſte ſociabat. diuerſos etiam cincinnos capitis diuerſis dijs ſacrificabat. Unde et ī pricipio horum preceptorum dixit domin⁹ Iuxta conſuetudinem terre egypti ī qua habitaſtis non facietis. iuxta morem regionis ad quā introducam vos non agetis. Addidit etiā ſpeciale preceptum cum intrarent terram repromiſſionis: vt aufferrent preputia arborum quas plātarēt. Quod quaſi exponens ſubdit. poma que germinant immunda erūt vobis. Hoc tamen non eſt in hebreo. Et videtur velle q; fructus trium primorum annorum immūdus eſſet et abijciendus: fructus quarti anni ſanctus domino. ⁊ cōmunis pauperibus: ſed in quinto anno ⁊ deinceps domini ſui eſſent ⁊ eſibiles.

¶ De tribus generibus panum. Capitulum. xxvi.

AD euidentiam quoq; eoꝝ que hic in leuitico traduntur ſciēdū eſt. ſacerdotes habuiſſe tria genera panum. panes ſcʒ ſacerdotales. leuiticos. ⁊ laicos. Sacerdotales erant panes propoſitionis qui de publico ſumptu fiebant: quos non licebat edere niſi ſolis ſacerdotibus. Panes leuitici qui et offertorij. quibus ſoli de genere leuitico veſcebantur. Etiam qui propter maculam non poterant miniſtrare et filiafamilias: ſed non vxorata. vel vidua vel repudiata: niſi neceſſitate rediret ad domum patris: vt eſſet quaſi filiafamilias. His nō veſcebatur aduena inquilin⁹ mercēnarius ſa

A Leui. xxiij.

Additio. Aduena generale nomē eſt cōtinens peregri-

cerdotis. verna tamẽ vel emptitius ipsius vesci poterat. Laici. idest cõmunes qbus quicunq poterat vesci.

num: qui tantũ pertransit & inquilinuʒ qui cũ sit de eadem regione. mansionem tamen conducit.

De sanctimonia sacerdotum. Capitulum. xxvij.

A Leui. xxj.

DE sanctimonia quoq sacerdotuʒ agens dominus. primo de minoribus sacerdotibus agit: ne contaminarentur in mortibus ciuium suorũ. nec etiam principis populi: nisi tãtuʒ super matre et patre. filio et filia. fratre & sorore virgine. ne scʒ lauarent vel sepelirent. vel plangendo tãgerent mortuos alios. nec alijs tantum prohibitas eis interdixit vxores. sed nec habere cõcubinas. nec in vxorem ducere scortum. nec ancillam. nec captiuam. nec viduam. nec repudiatam. nec eas que d cauponibus & pandocibus. id est apothecis venalibus vitã agunt. Pontificem vero ad nullum omnino mortuum ingredi voluit. Unde & domin⁹ papa nullis exequijs interesse dicitur. Nec vxorem ducere nisi virginem: & tantum de populo suo. Sed nec parochia domini pape muros vrbis excedit.

B Leui. x.

In commune vero precepit ne sacerdos in dieb⁹ vicis sue cũ ministrare deberet vinum biberet. aut omne quod inebriare potest vt sciret discernere inter sanctum & prophanum. mundum et immundum. et doceret filios israel legitima terre que locutus erat dominus. & ne sacerdos dum quandoq immund⁹ esset accederet etiam ad tangẽda ea que offerebant filij israel.

Nota. Leui. xxiij. p totum.

Patet quoq si sacerdos euangelicus quotidie ministrat: assiduã debet habere mundiciam. Addidit quoq domin⁹ de solẽnitatib⁹ legalibus. Sed quia plenius de his in libro numeri diffinitur. & nos ibidem d illis prosequemur. Prima die septembris festum tubarum vel clangoris pro liberatione isaac quod cereorum dicitur. Decima die eiusdem mensis festum propitiationis. quia cum fecissent vitulum: orante moyse propitiatus est eis deus. xv. die festum scenophegie. quod est fixio tabernaculorũ: quod est festum patris. Cum eniʒ patri ascribatur potentia: magna fuit potentia dei ꝙ vestes eorum non sunt attrite per. xl. annos. sed habent modo alia festa phurium. id est sortium. qꝛ sors in contrarium cecidit. vt in Hester legitur. quia se occisuros occiderunt. Encenia tria. id est. dedicationes. In autumno que fecit salomon. In vere que zorobabel. alijq reuersi de babylone. In hyeme que fecerũt machabei. de quo in euangelio. Facta sunt encenia in hierusalem & hyems erat.

F Hester. ix. G iij. reg. viij. ij. esdre. v. G ij. mach. viij. Johã. x. c.

Additio: Septẽ festa iudei habuerunt. Sabbatũ neomeniam pentecoste. pasca. festum tubarum. festum propitiationis scenophegiam. Nu. xxviij. & xxix.

De pena blasphemi. Capitulum. xxviij.

B Leui. xxiiij

Ecce autem egressus filius mulieris israelitis quem pepererat d viro egyptio iurgatus cum viro israelita blasphemauit nomen dei israel maledicens ei. quem moyses reclusit in carcerem donec super hoc consuluisset dominum. qui ait ad moysen. Qui maledixerit deo suo: omnes qui audierint ponent manus suas super caput eius: quasi ꝯtra ipsum testificantes. et eductum

extra caſtra omnis multitudo lapidabit eum. ſiue ciuis ſit aut aduena.

De talione legis date. Ca.xxix.

D Leui. xxiiij

Subiulit quoque dominus de talione. vt qui lederet hominē in eundem modum lederetur quo leſerat eum. ſcilicet vt redderet animā pro aīa oculum pro oculo. dentem pro dente. fracturam pro fractura. liuorē pro liuore. aduſtionem pro aduſtione. Nota quia talio non erat in iniurijs rerū: ſed in leſione tantū corporum. quia furta reſtituebantur in duplum vel quadruplum. Determinabaturque talio per neceſſitatē. vt ledens mulier virum in virilibus: puniebatur manu. quia virilia nō habet. et vir ledens mulierē pregnantē vt faceret abortiuū nondum animatum: mulctabatur pecunia. Incertū eſt autē vtrum talio extenderetur vſque ad iudicē. vel circa iniuriatū tantum haberet locum. Nota. Si vero iniuriatus ſine iudice poſſet vlciſci: forte inde haberi pōt quod ad ciuitates refugij fugiebat homicida non volens: ne interficeretur a proximis occiſi.

De obſeruatione iubilei anni. Capitulum.xxx.

B Leui.xxv.

Addidit etiam dominus de obſeruatione iubilei. qui ſeptimam ſeptimanam hebdomadarū annorum ſequebatur. ad cuius preſignationē ſeptem annis precedentibus [vt tradunt quidā] in ſingulis neomenijs clangebāt tubis. et vij. diebus continuis ante ipſum ſolenniſabant clangentes tubis. A Nūe.x.et.xxix.A. In libro tamen Numeri legitur quod clangerent tubis. vij. menſe.x. die in vniuerſa terra. In hoc iubilei āno omnes diſtractiones rerum ad priſtinos redibant poſſeſſores. preter domos quae erant in vrbibus muratis quas tamē primo anno venditiōis venditori redimere licebat. exceptis domibus leuitarū que in quocūque eſſent loco in iubileo redibant. Eodem anno requieſcebat terra et debita. eodem anno ſerui liberi dimittebantur. Nam licet eſſent contribules: tamē voluit eos dominus ſeruitij ſcemate caſtigari propter trāſgreſſiones legum. Joſephus dicit. quia in iubileo cōueniebat venditor agri. et emptor: et reputantes fructus et expenſas in agrum factas: fructibus exuberaſſe compertis venditor recipiebat agrum. ſi vero expēſe tranſcenderūt: hoc quod deerat recipiebat emptor. et a poſſeſſione diſcedebat. Hanc tamē computationem fieri licuit infra annum iubileum. nedum in ipſo ſi venditor prius vellet reuocare quod vendidit. Littera leuitici videtur velle quod iuxta numerum annorū vſque ad iubileum maiori minori ve precio iubebat agrū vendi ne venditor grauaretur ſi modico venderet. et plurimi anni ſupereſſent vſquedum reciperet quod vendiderat. et ne grauaretur emptor. ſi mlto emeret quod in proximo amiſſurus erat. G Leui.xxv. De terminata quoque fructuum reputatione et expenſarū infra iubileū addit. quod ſi vēditor quod ſupererit expenſarū reddere nō poterit: habeat emptor agrum vſque ad iubileum. In ipſo enī omnis venditio redibat ad priſtinum poſſeſſorem. Terram autem ſic voluit dominus vendi ab eis ſub conditione recipiendi. quia ſua erat et non ipſorum. Alienigenas tamē ſeruos voluit eos in perpetuum poſſidere.

De benedictionibus et maledictionibus. Capitulum.xxxi.

Talium preceptorum obſeruatoribus premiſit dominus Leui.xxvi. per totum.

benedictiones ſuas dicens. Dabo vobis pluuias temporibus ſuis ⁊c. vbi. xxx. clauſule promiſſionu͂ inueniu͂tur. Transgreſſoribus vero longe plures ingeminat maledictiones.

¶ De decimis et votiuis. Capitulum. xxxij.

B Leui. xxvij.

IN decimatiõe animalium qđ decimum vl' naſcendo vl' nu͂erãdo veniebat: domino ſanctificabatur. nec mutari licebat in melius vel deterius. Similiter animal quod vouebat domino non licebat immutari. ſi quis quod vouerat immutaret ⁊ votiuum ⁊ immutatum erat domini. Sed diſtinguendum eſt de huiuſmodi votis. Aliquando enim ſic ex voto aliquid ſanctificabatur domino ꝙ anathematizabatur: illud non poterat vendi a ſacerdotibus vel alienari. Quando ꝗ non ſic obligabantur votiua: ſꝫ poterant vendi a ſacerdote determinato precio ſecundum vtilitatē que ex his poterat prouenire. ſiue eſſet animal vel fundus. Qui tamen voto dederat ſi volebat illud emere ſupra eſtimationem ꝓ quo alij daretur adderet quintam eius partem. Quod ideo eſt ſtatutum. ne qui vouerat ad recipiendum qđ vouerat aſpiraret. quaſi penitentia ductus: ne etiam digniorem alijs ſe putaret in emptione eius rei: quia eam dederat.

De votis in lege factis.

¶ Explicit leuitici hiſtoria.

¶ Incipit hiſtoria nu͂erorum. ca. j.

De excubijs circa tabernaculum. Capitulum. ij.
De commutatione primogenitorum pro leuitis. ca. iij
De etate miniſtrãtiu͂ i tabernaculo. Et de differe͂tia miſtro͛. c. iiij.
De quodam modo reddendi rem alienam. ca. v.
De iudicio zelotypie. ca. vj
De ſanctimonio nazareo͛. ca. vij.
De benedictione ſuper populum. Capitulum. viij.
De oblationibus. xij. dieru͂ in dedicatione tabernaculi. ca. ix.
De conſecratione leuitarum. ca. x.
De his qui nõ poſſunt facere phaſe pmo me͂ſe vt faciãt ſecu͂do. c. xj.
De tubis argenteis ⁊ modo clangendi in eis. ca. xij.
De receſſu iſrl' a mõte ſinai. c. xiij.
De electiõe. lxx. ſeniorum. ca. xiiij.
De datione carnium ⁊ ira dei ſup eos. ca. xv.
De plaga marie ⁊ cauſa lep̄. c. xvj
De. xij. exploratoribus. ca. xvij.
De murmure populi ꝓ ꝗ p. xl. annos i deſerto petierunt. ca. xviij.
De lapidatione colligentis ligna in ſabbato. ca. xix.
De ſciſmate chore: dathan ⁊ abyron ⁊ plaga eorum. ca. xx.
De exuſtione populi extincta per aaron. ca. xxj.
De virga aaron ꝗ nocte vna frondult floruit ⁊ peperit nuces. c. xxij
De reditu in cades in. xl. anno. Capitulum. xxiij.
De morte marie ⁊ aquis contradictionis. ca. xxiiij
De circu͂itu idumee. ca. xxv.
De morte aaron. ca. xxvj.
De victoria poſt votum anathematis. ca. xxvij.
De ſerpente eneo contra ignitos ſerpentes. ca. xxviij.
De ſcopulis torrentiu͂ qui geſtierunt. c. xxix.
De cantico ad puteum. ca. xxx.
De morte ſeon regis amorreoru͂.

⁊ og rege baſan. ca.xxxi.
De itinere balaã ⁊ q̃ locuta eſt ei aſina. ca.xxxii.
De ariolatheſi balaã et eius prophetia. ca.xxxiii.
Q; amore mulierculaꝝ initiatus ẽ iſrael beelphegor. ca.xxxiiii.
De zelo phinees. ca.xxxv.
Secundus numerus bellatorum. Capitulum. xxxvi.
De iure ſucceſſionis hereditarie. Capitulum. xxxvii.
De ſubſtitutiõe ioſue. ca.xxxviii.
De libaminibus. ca.xxxix.
De iugi ſacrificio. ca.xl.
De ſabbato ⁊ oblationibus eius. Capitulum. xli.
De neomenia. ca.xlii.
De phaſe. ca.xliii.
De pentecoſte. ca.xliiii.
De feſto tubarum. ca.xlv.
De feſto propitiationis. ca.xlvi.
De ſcenophegia. ca.xlvii.
De votis. ca.xlviii.
De deſtructione madiam ⁊ prede diuiſione. ca.xlix.
De ſorte duarum tribuum et dimidie. c.l.
Catalogus.xl.duaruꝫ manſionū. Capitulum. li.
De vrbibus leuitarum ⁊ de ſuburbanis. lii.
De matrimonio contribulum. Capitulum. liii.

¶ Hiſtoria numerorum. Capitulum.i.

Preambulum.

Quarta huius hiſtorie diſtinctio hebraice dvagedaber qđ ſonat: ⁊ locutus eſt. Apđ nos tamen ⁊: non habetur. Nomē grecum in ſcriptis noſtris non habemus. nam grece bareſmotalias eleſmoth. Latine liber numerĩ vel numerorum dicitur. Et dicit quã doq; numeri pluraliter. vnde ⁊ dici ſolet. legit hoc in numeris. Merito aut hoc nomie cenſetur. quia quattuor principaliter hic numerantur. De omni populo viri apti ad arma ferenda. Primogeniti leuite qui etiã bis numerantur: manſiones per quas profecti ſũt. Sed nec mulieres nec minores.xx.annorum. nec vulgus promiſcuũ nec debiles ad bella numerantur. Ad hanc ꝑtem hiſtorie ſic tranſit ioſephus. Moyſes predictam cõſtitutionē legum duꝫ ſub ſina morarentur a deo cognouit ⁊ hebreis ſcriptam contradidit. Cũ q; circa legiſlationem hec ſufficere putaret: ad exercitũ militarē iura cõuerſus eſt. ⁊ numerauit populorum capita. ſcꝫ pugnare valētium. Moyſes dicit dominum ſuper hoc locutum fuiſſe dicens. Locutus eſt domin⁹ ad moyſen in deſerto ſinai in tabernaculo federis prima die menſis ſecundi: anno ſecundo egreſſionis de egypto. A Nu.i.

Additio. Vulgus promiſcuuꝫ vocant q̃dam egyptũ q̃ ſecuti erãt eos egreſſuros.

¶ Et nota q̃ ꝑtermittit hic quedam que facta ſunt in primo mēſe ſecũdi anni. ſcilicet oblationeꝫ.xii. principum. quam fecerunt ſinguli ſingulis diebus in dedicatione tabernaculi et ſolēnitate phaſe que proprio nomine dicitur paſca: i deſerto. ⁊ forte ſãctificatiõe leuitarum. De his tamen infra aget per recapitulationem.

Additio. Nota quia primum paſca fecerunt in egypto Secunduꝫ fecerunt in deſerto: de quo hic loquitur. Tertium fecerunt in igreſſu ⁊ introitu ter

¶ Proſequentes ergo ordinē libri: dicim⁹ q; moyſes et aarõ ⁊.xii. principes

tribuum ex pre- cepto dn̄i anno secūdo mēse se- cundo die pma mensis numera re promiſſiōis i galgalis. Quar. tuz fecerūt i ter ra promiſſiōis.

uerunt viros pter tribū leui. a vi- cesimo anno ⁊ ſupra. Joseph⁹ cer tum terminum posuit. s. vſq ad. l. annū. ⁊ numerati ſūt p generatio nes ⁊ familias ⁊ domos ⁊ noia et capita ſingulorum: Hec autez. v. ad inculcationem tantuz quidam apposita tradunt ⁊ hic ⁊ in iosue. ſed cōgrue quidem distingui pñt generationes vel cognatiōes. Vo cat hic tribus ipsas. xij. familias: que ex ipſis filijs patriarcharum primo descenderunt. Vbi gratia. In vna tribu leui fuerunt tres fa milie. caathite. gersonite. merari- te. Unaquecq familia multas ha- bebat domos in quib⁹ proprij pa- tresfamilias erant. Qz additur. nomia ⁊ capita. intransitiue legē- dum est. i. capituz nomina. ſcilicet ſinguli homines in eadem domo.

G. Nu. j. ⁊. ij. G.

Fuerunt autez in ſumma. a. xx. an no ⁊ ſupra. potentes ad bella pro- cedere ſexcenta tria milia virorū quingenti ⁊ quinquaginta. Et tri bus leui non numerebatur cū his filijs iſrael.

¶ De excubijs circa tabernacu- lum. Captulum. ij.

Nūe. ij. per totum.

Recepit etiaz dominus vt ſemp pone retur tabernaculum, i imedio caſtrorū ⁊ filij iſrael per girum excubarent p tur- mas ⁊ cuneos quod p eodem hic accipitur. Turma ei proprie. xxx. miliū eſt. Et di cune⁹ q̄ſi cōue- niens multitu- do. Excubare ei large hic acci pitur. Excubie et prie diei. vi gilie noctis. Terne tribus p quat

Additio. Multitudo vt cuneus q̄ſi cou- neus. a cō ⁊ vni- endo.

tuor ptes tabernacli excubabant ita tū remoti: vt maximas in me- dio plateas haberēt. Erat q oma- tus q̄ſi fori rerū venaliū: ſingulis in ordine ꝯſtituti. Opifices etiam artiū in ſtatiōib⁹ ſuis erāt: ita vt vrbi competenter edificate caſtra eorū ſimillima viderent. Judas itaq iſachar ⁊ zabulon caſtra me- tabant ad orientē. ruben. ſymeon. ⁊ gad ad meridiez effraim. benia- min. manaſſes ad occidentē. dan. aſer. ⁊ neptalim ad aquilonē. In- ter tabernaculuz ⁊ caſtra excuba- bāt leuite in tabernaculis ſuis: p piquiores tabernaculo q̄ caſtris. Et excubabant ſimiliter p q̄ttuor plagas moyſes ⁊ aaron cum ſuis ad orientē: reliq ab his. Caathite ad meridiez ſub cuſtodia eleazari filij aaron excubabant. Filij autē gerſonite ad occidentē. Merarite ad ſeptentrionē. ⁊ erant vtriq ſub cuſtodia ithamar.

¶ De commutatione primogeni torum pro leuitis. Capitulum. iij.

C. Nūe. iij.

Eparauit ſibi dominus tribū p leui p p mogenitis q̄ tūc habebāt ⁊ iumen ta leuitaꝝ p pmogenitis iumēto- rū q̄ſi ꝯmutationē faciēs cum po pulo. Primogenita enī oia ſpecia liter tūc erant ſua. quia cum occi- deret primogenita egypti peper- cit primogenitis eorum reſeruās ea ſibi. Deinceps tū ꝓpter idipſuz omnia pmogenita eoꝝ ſanctifica- uit ſibi in ppetuū. ⁊ maxime qz p- mitie q̄rumlibet fructuū debētur dn̄o. Pro his ergo pmogenitis q̄ tūc habebāt tulit ſibi tribū leui et iumēta eorū. ⁊ pplus pmogenita illa habuit pro leuitis ⁊ iumentis eorū. Et ne duodenarius numer⁹ tribuū minueret: tribum manaſſe q̄ſi p leuitis iſti tuit effraim vo pro ioſeph. Me āt maior videre

Additio. Jacob enim in benedictio-

tur numerus leuitarū q̄ pͥmogenitorū. ⁊ ita iniqua eſſet cōmutatio. ait dominus ad moyſen. Numera filios leui maſculos ab vno mēſe ⁊ ſupra. et cū nūerati eſſēt: īuēti ſūt. xxij. milia. Nota tñ q: ſi diligenter attendas in libro numerorum numerum eorum per familias inuenies. xxij. milia ⁊ trecentos. Dicit hebreus. q: ccc. erāt in eis primogeniti: ⁊ ita iam erāt dñi. ¶ Iterum ait dominus ad

ne filiorum ſuorum pmiſerat filijs ioſeph. q vterq; facturus eſſet tribum.

F Nu. iij. moyſen Numera pͥmogenitos maſculos a mēſe vno ⁊ ſupra Et īuenti ſunt. xxij. milia. cc. lxxiij. Tulit āt

G Nu. iij. moyſes ī pcio. cc. lxxiij. qui ſuperrant p ſingula capita qnq; ſiclos ad menſuram ſanctuarij et dedit eos aaron ⁊ filijs ſuis iuxta verbum domini.

Additio.

Ne ergo damnoſa eſſet illa pmutatio dño ſi non reſtauraretur ei pro pͥmogenitus quod deerat ī leuitis. recepit p quolibet primogenito qnq; ſiclos argenteos.

¶ De etate miniſtrantium in tabernaculo ⁊ de differentia miniſtrorum. Cap. iiij.

A Nu. iiij. Iterumq; ait dominus ad moyſen. Nūera leuitas a. xxx. anno vſq; ad. l. vt ſeruiant mihi in duobus. hi in tabernaculo portando ⁊ collocando. ſenes emeriti in ſeruando. Et cum numerati eſſent. inuēti ſunt. viij. milia. quingenti. ⁊ lxxx. lxx. tamen dicūt. a. xxv. anno quē numerū annorū in ordinatione ſacerdotum ⁊ nos obſeruamus. Iſti deferebant tabernaculum in hunc modum. q: nō licebat ea que erant vltra velū nuda videri. ideo primo intrabant ſacerdotes ⁊ inuoluebant arcam ppitiatorium et cherubin prius vero velum quod ante pendebat. ⁊ poſt palliū hyacintinum ⁊ candelabrum aureum altare ⁊ menſam cum vtenſilibus ſuis pallijs inuoluebāt. Tūc intrātes caathite pprijs humeris omnia hec inuoluta deferebāt. Similiter ⁊ altare holocauſti cum vtenſilibus ſuis vt quibuſdam videt. Gerſonite vt breuiter dicam⁹: deponētes tectum tabernaculi: mollia ferebant in curribus ſcʒ cortinas. ſaga. pelles rubricatas ⁊ hyacintinas. tentorium quod erat ān tabernaculū. cortinas quoq; atrij. ⁊ funes ⁊ vaſa miniſterij que ad altare eneum pertinebant. De altari holocauſti tacet liber a quo ferebatur. Poteſt tamen dici: quia vaſa ei⁹ ferebant gerſonite: vt ī libro habet. Ipm altare caathite p prijs humeris ferebant Merarite vero vt breuiter dicamus omnia tabernaculi ⁊ atrij que dura erāt. tabulas. baſes. vectes. columnas. paxillos. ⁊ ea ferebant currib⁹. Emeriti leuite nō ſeruiebāt ſic in opere. ſed poſito tabernaculo ſedebant cuſtodes.

Additio.

Oēs a. xxx. anno vſq; ad. l. portabant tabernaculum. ⁊ collocabant ea q̄ attinabant. At qui erant ſupra. l. emeriti dicebantur.

Additio.

Sed quia ibi. ſʒ ⁊ altare mūdabant cinere dicit q: caathite portabant altare humeris ⁊ vaſa eius. Poteſt dici potius q gerſonite ferebant vaſa miniſterij altaris nō altaris vaſa. Aliqua forte in quib⁹ ponebāt ea qui portabāt pertinentia ad altare. ⁊ illa vaſa ponebant ſuper currus.

¶ De quodam modo reddēdi rē alienam. Cap. v.

A
Nūe.v.
Tunc precepit dominꝰ eijci ꝑ manus sacerdotū a castris leprosos ⁊ femine fluentes ⁊ factū est ita. Addidit quoqꝫ dominꝰ de redditiōe aliene rei vt fierēt cū quinta ꝑte capitis. Sꝫ qꝛ in exodo videtur dicere cōtrariū. scꝫ vt in quadruplū redderet. Ideo huc/usqꝫ distulimus vt hic solueremus. Et dicimus: qꝛ aliene rei possessio aliquādo fiebat ex industria furto vel rapina. aliquādo fiebat per negligentiā. aliquādo ignorāter. De re sublata sciēter in exodo dicitur ꝙ restituatur in quadruplum si perierat res: ꝙ si extabat in duplū Si ibi legis .v. boues ꝓ vna alia est trāslatio scd̄m quosdam. et ꝙ in quadruplū veriꝰ dicat̄: ex verbis zachei ꝓbatur. De sublata ꝑ ignorantiā agit hic vt reddat̄ caput ⁊ quinta pars desuꝑ vel de re furtiua si penitꝰ latet: et fur penitens sponte cōfitet̄ ⁊ reddit. Si vero nō esset q̄ reciperet redderetur domino: ⁊ esset sacerdotꝭ. Pro pctō vero furti vel negligētie fiebat aliqua oblatio scd̄m q̄ntitatē rei. Josephus dicit aurū ⁊ argentū reddi in duplū. iumēta in quadruplū. solum bouē in q̄ntuplū. qꝛ quāto possidetur ceteris vtilius: tanto amittitur damnosius.

A
Exo.xxij.

Additio.
Cū quīta capitis reddebatur illa res q̄ reddebatur cum quinta parte precij eiusdem.

Additio.
Quia presumit̄ res extata ad restituendum conseruata.

A
Luce.xix.

¶ De iudicio zelotypie. Cap.vj.

B
Nu.v.
Addidit quoqꝫ dn̄s de lege zelotypie. zelꝰ ꝓprie ē amor viri in vxorē: ꝑ q̄ sustinere non pōt vt alij misceat̄. Vñ vir ē zelotes. zelotypia ꝓ q̄nqꝫ ē mechia ⁊ zelotypus adulter. Solet ꝙ zelotypia dici sola suspitio adulterij. ꝟ q̄ legit̄ hic ad hūc modū. Si spūs zelotypie ꝯcitauerit virū cōtra vxorē suā q̄ polluta est. sed ꝓbari nō pōt: vel q̄ falsa suspitione ipetit/adducet eā ad sacerdotē. ⁊ offeret pro ea assariū farine hordeacee qđ ē decima pars sati. nō fundet oleū: nec thus iponet. Sacerdos aūt statuet eam coram dn̄o. ⁊ ponet in manibꝰ eius in vase fictili aq̄s viuas ⁊ oblationem farine. pugillū cuiꝰ ⁊ thus incēdet suꝑ altare: ⁊ mittet ī aquā pauxillū pulueris de pauimento tabernaculi. ⁊ nudabit caput eius. scribetqꝫ in mēbrana. vt dicit Josephus. dei vocabulum .s. tetragrāmaton. Facietqꝫ eā iurare ꝙ nil viro suo nocuerit i his q̄ sibi obijciunt̄. Q̄ si hoc viro suo nō sufficiet: sꝫdet sacerdos maledictōes etiā scriptas in mēbrana ⁊ dicet. Si nō es polluta deserto viri thoro. nō te noceant aque iste amarissime. Si autē declinasti a viro īgrediāt̄ aq̄ maledicte ventrē tuū. ⁊ ip̄m tumescere faciant ⁊ putrescat femur tuū ventruꝫ. Et dicet mł̄ier. Amen amē. Et delebit sacerdos omnē mēbrane scripturā in aquis: ⁊ dabit ei bibere ⁊ tunc sacerdos tollet de manu eius sacrificiuꝫ zelotypie. ⁊ eleuabit illud coram domino: ⁊ ponet suꝑ altare. Q̄ si rea erit adulterij mł̄ier/putrescet femur eiꝰ. ⁊ vterꝰ tumebit in hydropisim. nō tamen stati. sꝫ vsqꝫ ad decē mēses. Q̄ si ñ polluta erit īnoxia erit ei aqua. īmo sepe ꝯcipiet ⁊ pariet masculū mense decimo. Hee aque dicebant̄ sācte ꝓpter nomē dn̄i dilutū ī eis. et dicebantur maledicte propter maledicta congesta in eis. ⁊ amarissime propter effectum qui quandoqꝫ sequebatur. Hec autem lex introducta fuit ad duritiam coꝝ

dis eorum ſicut permiſſus eſt libellus repudij. quia prompti erãt ad effundendum ſanguinem.

¶ De ſanctimonia nazareorum. Capitulum. vij.

A
Nũe. vj.
LOcutus eſt dominꝰ ad moyſen de lege nazareorum. Nazareus ſonat ſanctus. vel florens. vel germinans. Dicebanturqꝫ nazarei quidam qui ex voto obligabant ſe ſanctimonie vſqꝫ ad certum tempus. vel iugiter vt ſamuel: ⁊ cõſecrabant ſe domino et quaſi ſeparabant a communi vita hominuꝫ. ſicut quis modo per annum vel duos ex voto ſeruit in hoſpitali hieruſalem. Sãctitatis eorum lex fuit hec. Omni tempe ſeparatiõis ſue nouacula nõ tranſibat ſuper caput eius. Unde forte quidã pingunt apoſtolos et chriſtum crinitos: non in re ſed pro ſãctitate. Nihil quod inebriare poterat bibebant. non edebant aliquid qđ eſſet ex vinea ab vua paſſa vſqꝫ ad acinum. ad nullum mortuũ ingrediebant. Nã ſi mortuus eſſet ſubito quiſpiam coram eo polluebatur caput cõſecratõis ſue ⁊ illico radebat caput ſuum. ⁊ rurſuꝫ die ſeptimo offerebat par turtuꝝ aut duos pullos columbarum. quorũ vnuꝫ ſacerdos faciebat pro peccato: alterum ĩ holocauſtum. dieſqꝫ quos fecerat pro infectis erãt. ⁊ voti ſui ſanctimoniam iterum incipiebat. Forte non pro quolibet mortuo: ſed pro occiſo coram eo polluebat quicquid fecit propter ſanctimoniam. Completis autẽ diebus voti ſui offerebat agnum anniculum in holocauſtum. ouem anniculam pro peccato, arietem hoſtiam pacificam. Et nota cum ita ſimpliciter ponitur aries ꝙ hebreus dicit ad minus duorũ annorũ eum debere eſſe. Caniſtrum quoqꝫ diuerſorũ panum azymorũ: exceptiſ his que ſponte offerebat iuxta proectionem ſanctitatis ſue. que oblatio dicebatur corban. i. munus. Et offerebat mulier. xxx. ſiclos ſi poterat. vir. l. ſin autẽ: ad arbitriũ ſacerdotis pauper offerebat. Cunqꝫ imolauerat hoſtias ſacerdos ritu ſuo reddebatur nazareꝰ ad hoſtiũ tabernaculi: ponebatqꝫ ſacerdos crimen eius in ignẽ ſacrificij ⁊ ſic ad communem hominũ vitam redire poterat.

Additio.
id eſt immatura / que ante maturitatem collecta ſeruatur / et tandem miſſa ĩ aquã groſſeſcit.

¶ De benedictione ſuper populum. Capitulum. viij.

ITerum locutus eſt dominus ad moyſen. Aaron ⁊ filij eius inuocabunt nomẽ meũ ſuper filios iſrl ⁊ ego benedicaꝫ eis. Hoc fit in olibus ſacramentis eccleſie. Inuocabunt autẽ ſic. Benedicat tibi dominꝰ deus et cuſtodiat te. det tibi pacẽ: et oſtendat tibi faciem ſuam. B
Nu. vj.

Additio.
Quid factũ ſit primo menſe ſecundi anni. cum ſit omiſſum hic explanabitur. ꝛ

Additio.
In numeris in forma bñdictionis huius: ter ponitur nomen domini.

¶ De oblatiõibus duodecim dierum in dedicatione tabernaculi. Capitulum. ix.

FActum eſt autem in die qua vnxit moyſes tabernaculuꝫ et ſanctificauit illud: obtulerunt. xij. principes tribuuꝫ in altaris ſtrenationem vt hebreꝰ habet. vj. plauſtra tracta cum. xij. A
Nu. vij.

bobus ſinguli bouē vnum et bini plauſtrū vnum. Et data ſunt duo plauſtra gerſonitis ad ferēda onera eorū de quib⁹ diximus. Et quatuor ſūt data meraritis. poſtea ſinguli ſingulis dieb⁹ obtulerunt vaſa altari neceſſaria. Duodecim ei diebus ſolennitas dedicatiōis ꝓtelata eſt. Prima die obtulit naaſon de tribu iuda acetabulum argenteum. cxxx. ſiclorum. Hebreus habet ſcutellam phialanq; argenteam. lxx. ſiclorum. vtrūq; plenum ſimila. in phiala thus ponebatur. Mortariolum quoq; aureū decē ſiclorum plenum incenſo. In hoc vaſe aromata terebātur. Hebre⁹ habet cochlear. quo ſcʒ thus ī thuribulo ponebatur. Bouē quoq; ⁊ arietem ⁊ agnū anniculum in holocauſtum: hircūq; pro pctō ⁊ ī ſacrificio pacificorum. boues duos arietes quīq;. hircos q̄nq;. agnos anniculos quinq;. Eiuſdē modi vaſa: ⁊ eiuſdē hoſtias obtulerunt alij principes q̄ſq; die ſuo. et ſic terminata ē dedicatio. xij. diebus. Patet ꝑ recapitulationē hec dici. Octaua enī die mēſis primi ſcd̄m q̄ lr̄a videt̄ ſonare ichoata eſt dedicatio. vij. enī dieb⁹ precedentib⁹ eiuſdē menſis cōſecrati ſunt ſacerdotes. et tabernaculum inunctum ſed nondum dedicatū. Si vero ita eſt: tunc conſecratio ſacerdotum et dedicatio tabernaculi ꝓtelate ſūt xix. dieb⁹. Itaq; non fecerunt phaſe eo anno tempore ſuo. ſcilicet die. xiiij. Quod tamen ꝑceptum fuit eis a domino prima die eiuſdem anni. Ideo quidaʒ dixerunt vt prediximus. vij. dies cōſecrationis ſacerdotum fuiſſe terminales primi anni. ⁊ prima die ſecundi anni vnctum tabernaculuʒ. xij. die finitam dedicationeʒ. xiiij. die celebratum phaſe. Pōt tamē dici hanc oblationem. xij. dierū factā ſecūdo menſe anni ſecūdi nec ꝑ recapitulationem hec dici. Qꝫ vero legitur ea die inchoatam qua vnctum eſt tabernaculum eadem dicunt pro ꝯſimili quia ſicut. viij. die primi menſis vnctum eſt tabernaculum: ita ⁊. viij. die ſecūdi menſis inchoata eſt hec oblatio. ⁊ ſic. viij. primis dieb⁹ anni tertij ſacerdotes et tabernaculum conſecrata ſunt.

Additio. Secūdū hebreum bos dicebatur ad min⁹ trimus. aries bimus.

Additio. Non enim licebat duo generalia feſta facere ſimul.

De conſecratione leuitarum. Capitulum. x.

Iterum locut⁹ eſt domin⁹ ad moyſen dicēs. Tolle leuitas de medio filiorum iſrael ⁊ ſanctificabis eos mihi. Itaq; ſecunduʒ preceptum domini leuite pri⁹ aſperſi aqua luſtrationis. raſiſq; omnibus pilis carnis ſue vbi nō includūtur capilli. lotis etiam indumentis coram domino ſteterunt ad oſtium tabernaculi. conuocata omni multitudine: ponenteſq; manus ſuas ſuper eos filij iſrael/obtulerunt eos aaron munus domino: vt ſeruirēt in miniſterio eius. Obtuleruntq; leuite boues duos: quorum alterum fecit aarō pro pctō. alterum ī holocauſtū ⁊ ſic ſepati fuerīt dn̄o a filijs iſrl̄. Ex inde habuerīt ī vſus B Nu. viij.

Additio. Plane dici poteſt q̄ eadeʒ die inchoata ſūt cōſecratio vel vnctio ſacerdotuʒ et dedicatio tabernaculi ⁊ oblatio principuʒ ⁊ cucurrerunt ſimul per. vij. dies: poſt quos ſecuta eſt oblatio. v. diebus. xiiij. die ꝯſecrati ſūt leuite ⁊. xiiij. die fecerunt ſolenne phaſe.

ſuos ea que vſi erant. De decimis enim viuebant ⁊ his contenti erãt Sacerdotum vero etiam erant ſacrificia. ꝑmitie. primogenita vota. His omnibus veſcebantur cũ domo ſua: mundi tamen. preť oblata ꝓ peccato. qꝛ ſacerdotes ſoli peccata populi comedebant. Decimam decimarum ſuarum dabant leuite ſummo ſacerdoti: ⁊ de melioribus dabãt. ideo ſortem non habuerũt in terra quod ⁊ melius eis ceſſerat Tunc enim. xij. partem tantũ bonorum terre haberent: modo habebant decimam.

¶ De his qui non poſſunt facere phaſe primo menſe vt faciant ſecundo. Cap. xi.

B Nu. ix. Locutus ẽ dominus ad moyſen anno ſecundo menſe primo. Hic plane determinatur per recapitulationeꝫ hoc dici. faciãt filij iſrael phaſe tẽpore ſuo xiiij. die menſis vſqꝫ ad veſperũ. ⁊ fecerunt phaſe. Erant aũt qdã immundi ſuper anima hominis .i. ſup hominez q̃ diciť aĩa. cuiꝰ cadauer q̃ tetigerãt nõ poterãt faceř phaſe. ⁊ dixerũt ad moyſẽ. Quař fraudamur ne valeamꝰ offerre inť filios iſrľ. Forte indignantes qꝛ talis immundicia neceſſaria ẽ quãdoqꝫ. Et cõſuluit moyſes

Additio. Quaſi di. ꝑ hoc quod ibi diciť anno ſecũdo. patet q̄ iſtud. ſ. faciãt filij iſrael. phaſe ⁊c̃. diciť ꝑ recapitulationem. Debet eñ prius dictuꝫ fuiſſe: cũ prius factum ſit in menſe ſcꝫ primo ante oblationẽ ꝑncipum que ſupposita eſt.

Additio. A meliori parte totum hominẽ ſignificat. ſ. ⁊ animaꝫ quod eſt frequens in ſacra pagina.

ſuper hoc dominum. Qui reſpondit ei. Homo de gente veſtra qui fuerit immundus ſuper anima hominis ſiue in via ꝓcul faciat phaſe menſe ſecundo. xiiij. die omnem ritum phaſe obſeruans. Si vero ſine hmõi cauſis: tempore ſuo non fecerit phaſe: exterminabiť aĩa eius de populis ſuis. Peregrinꝰ quoqꝫ aduena. ſi fuerit apud vos faciet phaſe domini. Si querať. ſi iterum in menſe ſecũdo propter immundiciam non poſſet facere phaſe. quid faceret. Poteſt dici. quia tertio faceret. qꝛ quod i vno dictũ eſt ſimiliter datur i alijs intelligi. Vel forte ſi deinceps eo anno non faceret non peccaret.

¶ De tubis argẽteis ⁊ modo clãgendi in eis. Cap. xij.

Uerũ locutus eſt dominus ad moyſen. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles: quibus conuocabis multitudinem. Has duas tubas habebãt in quattuor vſus. ad ꝯuocandam multitudinẽ. ad mouenda caſtra. ad bella. ad feſta. Et erat [vt dicit ioſephus] tuba fiſtula cantatoria pene magnitudine cubiti. calamo capacior. prebens in principio latitudinẽ que conueniat ori ad ſuſceptionem ſpũs. que hebraice diciť aſora. In conuocatione ꝟo multitudinis aliqua erat diuerſitas ad conuocandũ oẽm populũ. Utraqꝫ ſimul clangebant ſimplr. Ad conuocandos ſolos principes ſemel clangebant. Quod dupliciter intelligitur. i. vna tantũ vel vno impulſu. Etiam vt addit ioſephus ſemel clangebant ſi principes populum ſuum quiſqꝫ in eccleſia conuocare volebant: vel moyſes populũ ꝑ eccleſias. Ad caſtra vero mouenda non ſimpliciter ſed conciſe ⁊ ꝓlixius tubis clãgebant. Et in ꝑmo ſonitu mouebãt caſtra. tres tribus q̃ erant ad orientem. in ſecũ A Nu. x.

do que ad meridiem. in tertio que ad occidentem. in quarto que ad aquilonem. Modus vero clangēdi in bellis nō diſtinguitur. qꝛ forte ſicut apud alias nationes fiebat apud eos. quando etiā habebant ſolēne epulū ⁊ dies feſtos: ⁊ kalēdas clangebant. ſed non eſt determinatus modus. Sacerdotes autem clangebant.

G ¶ De receſſu iſrael ad montem ſynai. Cap. xiiij.

Nu. x. Anno ſecūdo menſe ſecūdo. xx. die menſis eleuata ē nubes de tabernaculo federis: ⁊ pfecti ſunt de monte dñi viam trium dierū. Dicunt hebrei ꝙ arca precedebat eos tribus diebus: ſuper quā nube ſtāte quaſi ad certum locum conueniebant paulatim. quidam citius. quidam tardius. Sed melius eſt vt de hoc itinere tantum dicamus quando egreſſi ſunt de monte ſyna ⁊ pceſſit eos nubes. nec deuit p tres dies et noctes. Unde ſtatī murmurauerūt p labore itineris. quia nec noctibus caſtra poſuerunt. ⁊ tunc recubuit nubes in ſolitudine pharan. i. i prima māſione quā fecerunt in pharan. Eſt enim phara maxima ſolitudo quā modo ſaraceni inhabitant. qꝛ ergo anno primo menſe iij. prima die menſis venerunt ad montē dñi. ⁊ ab eodē egreſſi ſūt anno. xx. die mēſis ſecūdi ptȝ ꝙ in hac māſione que et. xv. fuit. fere ſedeꝛt p annum. Et dicit Hieronymus.

Additio. Uerius ē inqt magiſter vt dicam⁹ qñ egreſſi ſunt de ſyna tm̄ eos preceſſiſſe nubem.

Additio. Solaris annus ſuperat lunarē. xj. diebus qbus collectis conſtituitur vna lunatio per. xxx. dies. vel etiam p.

qꝛ per annuȝ et quattuoꝛ dies ibi fuerūt. Qd difficillimū eſt inuenire niſi forte fuerit annus emboliſmalis. Poteſt tamen dici qꝛ eadē die qua legem acceperant reuoluto anno naturali receſſerūt. Cū ergo veniſſent pridie kal. iunij ad mōtē. et q̄rta die iunij legē recepiſſent: ſi eadem die. iiij. reuoluto anno receſſerunt. ptȝ qꝛ quattuoꝛ dieb⁹ ⁊ anno ſederūt ad montē ⁊ ita tertio menſe anni legitimi. die quarto receſſerunt. Tñ nihilominus verum ē qꝛ ſcdo mēſe anni ſecūdi. xx. die egreſſi ſūt. Tripliciter enim accipiꝛ annus ab eis pter naturalē. Annus vſualis a ianuario quē habent cōmune nobiſcuȝ in contractibus ſuis ⁊ negocijs cōmunib⁹ agēdis. Quoto āt mēſe hui⁹ anni. quota die egreſſi ſunt nō legiꝛ. Eſt ⁊ apud eos annus legitim⁹ quo vtunꝛ in legitimis ꝗ̄ agūt.

xxix. dies ꝗ̄ ſup ſunt reſeruatis. ⁊ annus ꝗ̄ euenit illa lunatio dicꝛ emboliſmalis. alij dicūtur communes. Contingit aūt aliqñ duos communes interpōi emboliſmali. aliquādo vnū tm̄ ꝙ vnus tm̄ bis in decēnonali ciclo euenit. Jnd eſt ergo ꝙ dixit Hieronymus. niſi fuerit emboliſmalis annus. Impoſſibile eſt ꝙ per annuȝ naturalem ⁊ quattuoꝛ dies fuerit ibi. ſi. l. die a paſca ſunt egreſſi. quia nūꝙ̄ dies paſce idē eſt anni pcedentis et ſeqñtis. ⁊ nūꝙ̄ ꝯcurrunt paſca annuuȝ ⁊ annotinum. Similiꝛ nunꝙ̄ idē eſt dies. l. Non ergo ab eo die ꝗ̄ lex data eſt reuoluto anno naturali ſunt egreſſi. ſȝ cum veniſſēt ad montē pma lune iunij reuolutis lunationib⁹ vſqȝ ad primam lunā iunij. quarta eiuſdē lune ſe egreſſi: que eſt quinquageſima die a. xiiij. luna aprilis.

Annus tripliciter capitur.

In hoc vt diximus tertio menſe ꝛ
die quarto egreſſi ſũt. Eſt ꝛ apud
eos ann⁹ emergens. In memoriã
enim liberationis ſue ceperunt an
nos ſuos nũerare ab exitu de egy-
pto. ſicut grecia pma olympiade.
romani ab vrbe condita: chriſtiani
ab incarnatione dñi. ꝛ huius anni
ſecundo menſe. xx. die egreſſi ſũt.
Id eſt annus a phaſe vſqꝫ i phaſe
vn⁹ trãſierat. ꝛ d ſcdo phaſe. ſ. vſqꝫ
i phaſe fluxerãt. l. dies. Ergo mẽ
ſis vnus. xxx. dierũ fluxerat. ꝛ ſecũ
dus iam fecerat. xx. dies. Hec aũt
annoꝝ diſtinctio in multis locis
neceſſaria eſt. In hac mãſione me
dia pars exodi. ꝛ totus leuitic⁹. ꝛ
Ann⁹ quadruplex. numeroꝝ pcepta non modica de-
ſcripta ſunt. Nota ꝙ quadruplex
eſt annus. Legitimus. emergens.
vſualis. ꝛ naturalis. Annus legi-
timus huius anni tertio menſe iu-
nio et quarta die eiuſdem menſis
egreſſi ſunt. Iſtum cõputa a kal.
in kal. Annus emergens: hui⁹ an
ni ſecundo menſe. ſ. xx. die eiuſdem
que eſt quarta dies iunij exierunt
Iſtum a phaſe in phaſe computa.
Prius accipe. xv. dies primi men
ſis. ꝛ iunge cum. xiiij. diebus maij
ſequentis. Ecce habes pmũ men-
ſẽ ſecundi anni. Item accipe. xvi.
dies qui remanent de maio. ꝛ iun-
ge cum quattuor diebus iunij. et
habebis. xx. dies ſecundi menſis a
phaſe. ꝛ ita vera erit vtraqꝫ cõpu-
tatio anni. ſ. legitimi ꝛ emergẽtis.
ſicut in textu littere continet. An-
nus vſualis iſte incepit a ianu. et
hunc habent hebrei nobiſcũ ꝯmu-
nem in negocijs ſuis. Annus natu
ralis huius mẽſe tertio luna. iiij. ꝙ
C Nũe. xi. eſt. l. dies a. xiiij. luna aprilis receſ
ſerunt. Duxit autẽ moyſes ſecum
obal. al's obad fratrẽ vxoris ſue ꝗ
nouerat in ꝗbus locis p deſertum
caſtra cõmode poni poterãt: pro-
mittens ei de optimis ꝗ traderet
eis dñs. Sane cum eleuabat arca
dicebat moyſes. Surge dñe ꝛ diſ-
ſipentur inimici tui ꝛ fugiant qui
oderunt te a facie tua. Cum autẽ
deponeret aiebat. Reuertere dñe
ad mltitudinẽ filioꝝ exercit⁹ iſrl.

¶ De electione ſeptuaginta ſeniorum. Cap. xiiij.

ORtum eſt au- A
tem murmur populi ꝯ Nũe. xi.
dñm dolentis p labo-
re. ꝛ accenſus ignis in
ira domini deuorauit extremã ptẽ
caſtrorum. illos. ſ. qui retro longe
erant. Orauitqꝫ moyſes ad dñm: ꝛ
abſorpt⁹ eſt ignis. Vocauitqꝫ no-
men loci illi⁹ incẽſio. tamẽ nõ fuit
hoc manſionis nomen. In eadem
quoqꝫ manſione vulgus pmiſcuũ
quod aſcenderat cum eis. id ẽ ſer-
ui ꝛ ancille egyptij. ꝛ multi d iſra
el pariter cum eis flagrabant deſi
derio carnium. Carnium nomine
nõ ſolas carnes: ſed alioꝝ cibo-
rum etiã abundantiã intelligim⁹.
Unde nec in querela eoꝝ de carni
bus legitur: cũ dixerunt. Recorda
mur piſcium quos comedebamus
gratis in egypto. in mentẽ veniũt
nobis cucumeres ꝛ pepones. por-
riqꝫ ꝛ cepe ꝛ allia. aĩa noſtra ari-
da eſt. nihil vident oculi noſtri niſi
mãna. Audiuitqꝫ moyſes populũ
flentem: ꝛ intollerabilis res viſa ẽ
ei. quia ꝛ ab eo eſcas peteban. Et
ait ad dominum. Cur impoſuiſti
populi huius pondus ſup me. nũ-
quid ego concepi ꝛ genui multitu
dinem omnem hanc. Obſecro aut B
aliter puideas: aut interficias me. Nũe. xi.
Cui dominus. Congrega mihi ſe
ptuaginta viros de ſenioꝛib⁹ iſrael
quos meliores noſti ad oſtium ta-
bernaculi: ꝛ auferã de ſpiritu tuo.
tradamqꝫ eis vt ſuſtentent tecum
onus populi: ꝛ pplo dices. Cras
dabo vobis carnes vſqꝫ ad menſẽ
dierum. id eſt que ſufficient ad mẽ
ſem: etiã vſqꝫ ad nauſeaꝫ. Et dicit
large nauſea pro vomitu. Proprie
eſt enim vomitus ille ꝗ excitatur.

fetore ſentine. Ablatio quidē ſpi-
ritus moyſi: ⁊ traditio alijs nō eſt
intelligenda diuiſio ſpiritus eius
per partes: vel imminutio. ſed illu
minatio aliorum ad regendū po-
pulum. per eandem ſpecialem gra
tiam per quā ⁊ moyſes illuminat⁹
erat: ſicut de igne vnius lucerne
multe illuminantur ſine ſui dimi
nutione. Electos itaqꝫ. lxx. viros
duxit moyſes ad oſtium taberna-
naculi pter duos qui in caſtris re-
manſerant: non ex contemptu. ſed
quia reputabant ſe indignos. quo
rum vnus vocabatur heldad. ⁊ al
ter meldad. ⁊ erāt [vt aiūt hebrei]
fratres moyſi ex matre: ſꝫ nō ex pa
tre. Deſcēditqꝫ
dominus ꝑ nu-
bem ⁊ requieuit
ſpūs in eis qui
ſtabant cū moy
ſe. ⁊ propheta-
bāt. Sed ⁊ duo
qui remanſerāt
in caſtris ꝓphe-
tauerūt. nec po
ſtea ſiluerunt.
id eſt ſemper
deinceps voca-
ti ſunt ꝓphete.
Et rediit moy-
ſes cum illis ad
caſtra.

Additio.
Hieronym⁹ di
cit ſuper Para
lip. non ex pa-
tre ſꝫ ex matre.
quia poſt legē
acceptam amrā
mandente moy
ſe dimiſit matrē
eius quia amita
eius erat: ⁊ du-
xit aliā de qua
ſuſcepit hos du
os. ſed ſm hoc
iſti nondū erāt
bimi Magiſter
ſoluit. Poteſt
dici lex accepta
a moyſe ꝑ cognitionem in ſpū mul
to ante tpe q̄ per dationem forſan
per. xxx. vel. xl. annos. Et ita iſti
duo. potuerunt connumerari in-
ter. lxx.

De datione carnium ⁊ ira dei
ſuper eos. Capitulum. xv.

G Nūe. xi. Entus vero
egrediens a domino
arreptas precepto ei⁹
trans mare in inſulis
ortygijs coturnices detulit in ca-
ſtra per circuitum caſtrorum itine
re diei vnius. volabantqꝫ a terra al
titudine duorum cubitorum. Sur
genſqꝫ populus congregauit ſibi
coturnices duobus diebus: ⁊ ſic-
cauit eas. Qui paꝝ. x. choros ha-
buit. Fuerūt he coturnices [vt tra
dunt] non modice q̄ apud nos ſūt.
ſed ille maiores que regie aues di
cuntur: quas curletos a currendo
vocamus. Nondum defecerat ci-
bus: et furor domini percuſſit po
pulum plaga magna nimis. Mo
dus vero plage non determinatur
hic. ſed i pſalmis videtur ꝙ fuerit Ps. lxxvij.
ignis. Sepultuſqꝫ eſt ibi populus
qui carnes deſiderauerat. Unde ⁊
locus ille vocatus eſt cabroth. alias
cabaioth. quod ſonat deſideriū ſe
pulture. vel ſepulcra cōcupiſcētie.

De plaga marie ⁊ cauſa lepre.
Capitulum. xvj.

Greſſi autem G Nūe. xi.
de ſepulcris ꝯcupiſcē
tie venerūt i aſſeroth. A
ibiqꝫ iurgati ſunt ma- Nūe. xij.
ria ⁊ aaron cōtra moyſen ꝓpt vxo
rem eius ethiopiſſam: quaſi rixan
tes cū eo. improperauerūt ei ꝙ re-
ginam ethiopie in vxorem duxe-
rat. vel ductam dimiſerat. Uel po
tius propter vxorē eius ſephoraꝫ:
que rixata fuerat contra mariam.
Madianite enim quondaꝫ vocati C
ſunt ethiopes vt legitur in Para ij. para. xiiij
lipomenū. ⁊ indignando dixerūt.
Nonne ⁊ nobis ſicut ⁊ moyſi locu
tus eſt dominus? Ac ſi dicerent.
Quare vult moyſes p̄eſſe nobis:
quia locutus eſt ei dñs. Et iratus
dñs dixit eis. Egredimi vos tres
tm̄ ad tabernaculū. Cunqꝫ ſtarēt
ibi: deſcendit dominus in colum-
na nubis. vocanſqꝫ aaron ⁊ Mari
am: ait. Si qs fuerit ꝓpheta inter
vos loquar ei in viſione. vel per
ſomnium. vel per enigmata. vel ꝑ
figuras. Seruo vero meo moyſi
qui in omni domo mea fideliſſi-
mus eſt: ore ad os loquor. vt quid

ergo detraxiſtis: vos ei quaſi parificantes. Et receſſit nubes: et ecce apparuit maria leproſa. Et ait aarō ad moyſen. Obſecro domine: ne imponas nobis hoc peccatū. Orauitque moyſes ad dominum. Deus obſecro: ſana eā. Cui dominus. Si pater eius ſpuiſſet in faciē eius: nōne debuerat ſaltem ſeptē dierū rubore cōfundi. Separetur ſeptem diebus extra caſtra. q. d. Si pater eius vilificaſſet eam pro aliquo crimine ſuo: nonne deberet aliquo tempore verecundari. Excluſa itaque eſt maria extra caſtra ſeptem diebus: nec populus motus eſt donec reuocata eſt.

¶ De duodecim exploratoribus. Capitulum .xvij.

A Nūe. xiij.

Egreſſus autē populus de aſſeroth: fixit tentoria in deſerto pharan. Non eſt pharan nomē mānſionis: ſed ſolitudinis plures manſiones cōtinētis. vt in catalogo manſionū manifeſtabitur. Omnes enim cōtinet manſiones ab aſſeroth. que fuit .xiiij. vſque ad aſiongaber: que fuit .xxxij. per quas omnes tranſierant in anno ſecundo. De aſiongaber miſit moyſes ex precepto domini. xij. viros ſingulos de ſingulis tribubus: qui conſiderent terram quam poſſeſſuri erant quorum precipui fuerūt caleph filius iephone de iuda. et oſee filius nun de effraim. Vocauitque moyſes oſee ioſue qui erat miniſter moyſi. Unde quidam dicunt id quod ſupra dictum eſt ioſue: per anticipationem dictū eſſe. quia nunc primo impoſitū eſt ei hoc nomē. Poteſt etiam dici. quia moyſes curam et ſalutem aliorum .xj. commiſit illi. Cumque vocaretur ioſue vel oſee que nomina ſaluatorem ſonant: tunc primo ei hec nomina appropriauit: cum ſaluatorem aliorum inſtituit. Precepitque eis moyſes vt conſiderarent qualitatem terre et hominū et vrbium: et afferrent de fructibus terre. Eratque tempus quando precoque vue comedi poſſunt. Qui aſcendentes explorauerunt terrā. et venientes in hebron viderunt tres viros de genere enach vel enachim. id eſt de ſemine giganteo. quales etiam viderant in thanai ciuitate egypti: qui et a thanai titanes dicti ſunt. Fuit autem hebron ſeptem annis edificata ante vrbem thanaim. Unde et ab hebrō ſemen gigantū in egyptum deſcendiſſe creditur. Deſcendenteſque vſque ad vallem vberrimam et torrentem: tulerunt de maliſgranatis et de ficis loci illius. Palmitem quoque cum vua abſciderūt. quē pre magnitudine tulerūt in vecte duo viri. Ob hoc appellatus eſt locus ille neeleſcol. id eſt botri torrens.

Caleph et Joſue.

Gigantes in hebron.

Additio.
Hec ſunt nomina .xij. exploratorum quos miſit moyſes. De tribu ruben ſemmaa. de tribu ſymeon ſalphaat. de tribu iuda caleph. de tribu iſachar igal. de tribu effraim oſee vel ioſue. De tribu bēiamī phalti. de tribu zabulon geldehel. de tribu Joſeph gaddi. de tribu dan anuel. de tribu aſer ſtur. de tribu neptalim nalbi. de tribu gad guel. Hec ſunt nomina virorum quos miſit moyſes ad conſiderandam terram chanaam.

Additio.
Malagranatus arbor. malumgranatum fructus.

¶ De murmure populi pro quo per .xl. annos in deſerto perierūt. Capitulum .xviij.

B Nūe. xiij.

Reuerſique poſt dies quadraginta venerunt ad populum ſuum in cades. de .xxxij.

enim manſione interim egreſſus erat popul⁹: et morabatur i. xxxiij Tamen quidam tradunt q decades miſſi ſunt exploratores: et ibi eos expectauit populus. Hanc manſionem vocat ioſephus ꝯuallem iuxta chananeorũ terminos exiſtentẽ et ad habitandam difficilem. et cõmẽdantes viri terram quam viderant addiderũt. Sz cultores fortiſſimos habet. vrbes grandes et muratas. ſtirpem enach vidimus ibi. quibus nos comparati quaſi locuſte videbamur. terra quã luſtrauim⁹ deuorat habitatores ſuos. qđ ſic exponit hebreus. Terra infirma ẽ. nec habere diuiti⁹ viuaces homines poteſt. vel quia nulli genti licebat diu in ea habitare ꝓpter frequentes impugnationes ſuperuenientium.

Additio. In terra ꝑmiſſionis habitabant. vij. populi quorũ vn⁹ erat chananeus.

Additio. Sic et nos cui inuidemus. laudibus eius cũ aduerſatione vicia ſubnectimus.

Additio. Aduerte triplicem eius expoſitionem. qđ dictũ ẽ terra quã luſtrauimus. d. h. ſ.

B Eſa. lxij. Unde ꝓpheta cum ſecuritatem permanendi illi terre pollicetur. hoc opprobriũ ab ea auferendum dicit: q non vocabit terra cultores ſuos deuorans. Poteſt tamen et in cõmendationem terre dici: q adeo bona ſit vt nullus ex ea peregrinari velit. ſed q in ea naſcitur moritur in eadem.

A Nu. xiiij. ¶ Igitur audiens hec omnis turba: fleuit dicens. Utinam mortui eſſemus in egypto. Nonne meli⁹ eſt reuerti in egyptum q̃ cadam⁹ gladio: et vxores et liberi tradant captiui. Conſtituamus nobis ducem aliũ q̃ moyſen: et reuertamur in egyptũ. At vero ioſue et caleph ſciderunt veſtimenta ſua dicẽtes: Nolite rebelles eſſe contra dñm. id eſt eum mendacem in promiſſo iudicare. qz ſicut panem populum terre huius deuorabimus. Cũqz clamarent in eos alij decẽ qui terruerant populum. et omnis multitudo lapidibus vellet eos opprimere: apparuit gloria domini ſup tectum federis: et ait dominus ad moyſen. Quouſqz non credet mihi populus hic: feriam eos: et faciam te in gentem magnã. Cui moyſes. Obſecro domine ne fiat hoc: ne forte inſultent tibi egyptij et dicant. Non potuit populum inducere in terram quã ꝑmiſerat. Cui dominus. Iuxta verbum tuum dimiſi. Attamen viuo ego: null⁹ eorum qui viderunt ſigna que feci i egypto: numerati ſcz a. xx. annis et ſupra. et iam per. x. vices. i. multotiens tentauerũt me. videbit terram pro q̃ iuraui patribus eorum ꝑter ioſue et caleph. Quoniam autẽ amalechites et chananeus habitant iuxta vos ne ſuperueniant. mouete cras caſtra et redite in ſolitudinem. iuxta numerum. xl. dierum: quibus terram ꝯſideraſtis quadraginta annis recipietis iniqtates vras. Locutuſqz eſt moyſes oĩa verba hec ad eos. et luxit populus nimis. Et ecce mane ſurgentes dixerunt ad moyſen. Peccauimus deſperantes parati ſumus aſcendere ad locum quẽ ꝑmiſit dominus. Et moyſes ad eos. Nolite aſcendere: non enim dominus vobiſcum eſt. At illi contenebrati: ſine deo ſcz poſſe vicere pu

Additio. Sed qz in omni opere dei cõiuncta eſt iuſticie miſcđia ſubdit. quoniã autem.

Additio. Iterum ſubdit de iuſticia dei iuxta nũerũ etc. Unde dauid ꝓpheta. xl. annis offen. f. g. h. Pſ. xciiij.

ſtantes aſcēderunt: arca cum moyſe ꝛ leuitiꝫ remanēte i caſtris. Perſecutuſq̄ ē eos amalechites ꝛ chananeus percutiens vſq̄ ad locum: q̄ ob hoc vocatus eſt horma. id eſt anathema. ꝛ redierunt ad ſolitudinem.

De lapidatiōe colligētis ligna in ſabbato. Cap. xix.

F
Nūe. xv. Factum eſt autē cū eſſent in ſolitudine inuenerunt hominem colligētem ligna i ſabbato: quē reclusit moyſes donec cōſuleret dominum De quo dixit domin⁹. Moriatur homo iſte extra caſtra: lapidibus obruatur. Et factum eſt ita. Quidam putāt hunc fuiſſe ſalphaat: qꝛ ꝛ filie ei⁹ poſtea dixerunt. Pater noſter in deſerto in peccato ſuo mortuus ē. Ibidem etiā p̄cepit eis domin⁹ vt p̄ quattuor angulos palliorū fimbrias ponerēt hyacinthinas. ob recordationem etiā minimorū p̄ceptorum dn̄i obſeruandā. Has magnificauerunt phariſei intantum vt etiam ſpinas in eis ligarent. vt frequenti earum punctione ad memoriā iugē preceptorum domini excitarentur. Quadratis tunc iudei vtebantur pallijs: ꝛ adhuc in angulis veſtis quadrate i ſynagogis ſuis habent fimbrias hyacinthinas ob recordationē legis date de celo. Hoc autem faciebāt vt a ceteris gentibus etiam habitu diſcernerentur.

De ſciſmate chore dathan et abyron ꝛ plaga eorum.
Capitulum. xx.

Nūe. xvi. per totum. Ecce autē chore filius iſuar fr̄is amram cum vidiſſet fratrueles ſuos honoratos. alterū ſacerdotio. alterum ducatu populi inuidit. et murmurans cōtra moyſen et aaron: complices ſecum habuit ducentos. l. de leuitis maioribus: quos etiaꝫ dignos ſacerdotio preferebat. adiunxeratq̄ ſibi dathā ꝛ abyron potētiores rubenitarum. quibus principatum populi deberi dicebat. qꝛ fuerant de rubē p̄mogenito. Quibus moyſes ait. Tollat vnuſquiſq̄ veſtrū thuribulum ſuū ꝛ cras hauſto igne ſuperponat tymiama: ꝛ aaron vobiſcum: ꝛ quē elegerit dominus ipſe ſit ſanctus. Miſit ergo moyſes mane vt vocaret dathā ꝛ abyrō: q̄ dixerūt. Nō veniemus. Et ꝯuocata omni multitudine. dixit moyſes ad chore et ducentos quinquaginta. Tollite thuribula veſtra: ꝛ ponite tymiama ſuper ea et ſtate corā domino. Illis aūt ſic ſtantibus moyſes deſcēdit cum ſeniorib⁹ populi ad dathan ꝛ abyron vt eos vocaret. Nā ꝛ abyrō vt dicit Joſephus ex patre leuita erat. Illi autē ſtabāt cū vxoribus ꝛ liberis. ꝛ omni frequētia domus ſue in introitu papilionum ſuarū: parati poti⁹ ad reſiſtēdū. ſi vim inferre vellet moyſes q̄ ad obediēdū. Quo vidēs moyſes orauit ad dn̄m vt inſolita morte pirent. ꝛ ſic planum fieret q̄ domin⁹ ip̄m miſerat. Quo orante ꝛ flente tremuit terra. expauitq̄ populus grandi ſtrepitu per illorum tabernacula excitato. ꝛ ſciſſa ē terra ſub pedibus eorum. ꝛ aperiēs os ſuuꝫ deuorauit eos cum omni ſubſtantia eorum: ꝛ deſcenderūt viui in infernum. i. in patulum terre hia-

Additio.
Nota q̄ iſuar ꝛ amrā fr̄es erāt. quorū alter ſcꝫ iſuar quia p̄mogenitus erat. vel ſuꝫ fuit filio ei⁹ ſcꝫ chore q̄ ipſe potius haberet ſummum ſacerdotium q̄ moyſes fili⁹ amraꝫ. ꝛ hoc idem voluit perſuadere dathā ꝛ abyrō de dignitate ducatus: qꝛ potiores erant rubenitis.

tum. Et reducta eſt terra quaſi nihil horum factum eſſe videret. Sed ⁊ ignis egreſſus eſt de thuribulis chore ⁊ concilij eius: tantus quantus nec de terra platus: vel concurſione fulminum aut violentia ſpirituum viſus eſt vnq̄ exilire. ⁊ deuorauit eos: aaron ſtante illeſo. Tulitq; eleazar thuribula eorū ex precepto domini igne huc illucq; diſperſo: ⁊ ea produxit i laminas. formanſq; ex eis coronulas aureas: affixit eas altari eneo ad cōmonendum filios iſrael: ne q̄s niſi de ſemine aaron accederet ad offerendum incenſum domino ne ſimilia pateretur. Tamen ⁊ ſic fabrefacte erant q̄ ⁊ ibi ſtabāt ad decorem.

¶ De exuſtione populi extincta per aaron. Cap.xxi.

B Nu̅e.xvi. Ceterum ſequēti die murmurauit omnis multitudo contra moyſen ⁊ aarō dicēs. Vos interfeciſtis populū domini Cumq; vellent eos obruere lapidibus fugerunt ad tabernaculum. ⁊ operuit eos nubes. apparuitq; gloria domini. Et egreſſus ignis a domino deuorauit populum. Dixitq; moyſes ad aaron. Tolle thuribulum: ⁊ hauſto igne de altari. ponenſq; tymiama: perge cito ad populum vt roges pro eis. Acceleranſq; aarō cū thuribulo et ſtans inter viuos et mortuos: orauit dominum: ⁊ plaga ceſſauit. Fuerunt autem percuſſi ex eis.xiiij.milia ⁊ ſeptuaginta. Alibi habetur ſeptingēti: preter hos qui perierant in ſeditione chore.

Additio. Signo pmiſſo confirmatū fuit ſacernotium aaron. Adhud duo ſequuntur. quorum alteruz hic ſupponitur.

¶ De virga aaron que nocte vna floruit ⁊ frōduit ⁊ peperit nuces. Capitulum.xxij.

A Nu̅e.xvij. Attamen nondū ceſſauerat tumult⁹ ſuper ſacerdotio aarō. Dicebāt eni̅. q2 etſi non pdictos leuitas elegerit dn̄s: poterat eſſe q̄ aliq̄ de aliqua reliquarū tribuū digni eſſent ſacerdotio. ⁊ forte de oībus tribub⁹ aliquot vellet dn̄s habere ſacerdotes: ne tanta miniſterij dignitas vni domui et tam paucis crederetur miniſtris. Accuſabant q; moyſen de deſerti inopia: eo q̄ eorum negociaretur inopiā vt ſemper eius viderentur egere auxilio Tulit ergo moyſes ex pcepto domini virgas.xij. principum: et ſcripſit in vnaquaq; nomē tribus ſue: vel potius principis. Scripſit autem in virga aaron nomen leui. ⁊ preter has.xij. ſumpſit vnam ſeorſum cunctas familias continentem: in qua pbaretur vtrum de oībus tribubus vellet de⁹ habere ſacerdotes. In numeris tamē legitur non fuiſſe virgas niſi.xij. qđ intelligēdum eſt de ſingularibus. ſcz excepta generali. Quas cum poſuiſſet in tabernaculo coram domino. ſequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam aarō ⁊ folijs dilatatis amygdala ptuliſſe. Sane hic tertio deo ordinante aaron ſacerdotium firmiſſime poſſedit. Nam ⁊ iſignum rebellium precepit dominus virgam aaron ſeruari in tabernaculo inpoſterum.

Additio. Dicebant moyſen ſponte eos p deſertum duxiſſe. vt ipſi ſuo egerēt auxilio.

¶ De reditu in cades in.xl.anno. Capitulum.xxiij.

Fuerunt itaq filij iſrael lōgo tempore in ſolitudine multo ſederūt tempore in cadeſbarne: ꝛ diu circuierūt mōtem ſeir. ꝛ redierunt fere vſq ad mare rubrū: ꝛ circa fines ſinai. ꝛ pſtrata ſunt cadauera eorū in deſerto. Tādem poſt multos labores ꝛ annos .xxxviij. redierūt ad cades vñ miſerant exploratores. vel in qua redierūt ad eos vt dictū ē: q̄ eſt ī deſerto ſin. nec illud ē deſertuz ad qḋ venerunt viij. manſiōe: vt dicit Hiero.

Additio. Sin de q̄ hic agiꝛ vł ē cades vł ī eo ē cades. Vñ diciꝛ ſin ī quo cades. ꝛc.

Prior enī ſcribitur ſin per ſamech. ꝛ interp̄tatur rubus vel odium. Sin ḃo in quo cades vel q̄ eſt cades. ſcribiꝛ p ſade. ꝛ interp̄tatur mādatū. vel ſancta. et eſt[vt quidā volūt]pars deſerti pharan. In fine igiꝛ .xxxix. anni a finib⁹ ſinai venerūt ī cades .xj. diebus. ꝛ potuit eſſe ꝙ tantum irent .xj. dieb⁹ cōcito gradu q̄tuz iuerant .xxj. manſionibus tardo:
A Nu.xx. vel per aliā viam. Redierūt ergo filij iſrael .xl. anno mēſe primo in deſertuz ſin. ꝛ māſit ppl's in deſerto cades. Et ſic .xlij. manſiones filiorū iſrael. quibus leguntur profecti ab egypto vſq ad campeſtria moab iuxta iordanem. tribus tantum annis complete fuerunt. .xij. ab egypto vſq ad montem ſinai anno primo a .xiiij. die menſis primi. vſq ad diem primam menſis. tertij. Deinde anno ſecūdo .xx. die mēſis primi pfecti a ſinai vſq ad cades .xx. manſiones ꝛ vnam expleuerunt infra annum ſecunduz. tamē quoto ſpacio anni non eſt determinatū ſicut ī primo per, .xxxviij. annos. poſt errātes et proſtrati .xl. anno redierunt ad eandem cades. Eo anno reliq̄s ix. māſiones trāſegerunt.

Additio. Quaſi diceret non eſt ita diſtinctum in manſionibus ſecūdi anni quātum tp's fluerit iter vnā manſionē ꝛ aliā ſicut in manſionibus primi anni.

Q; ſi inueneris .x. huius anni fuiſſe māſiones: ſcito ꝙ inter has iterꝝ numeraꝛ cades repetita.

¶ De morte marie ꝛ aquis cōtradictionis. Capitulum .xxiiij.

Mortua eſt autem maria in cades dū .xl. vt dicit ioſephus cōpleſſet annum: ex quo egyptum dereliquit. In initio menſis xantici: qui ꝛ niſan ſecūdum lunam. Et ſepelierūt eam in montē qui vocaꝛ ſin. Trāſactiſq .xxx. diebus fletus moyſes populū purgauit hoc modo. Vitulā trimam totam rubeā extra caſtra combuſſit. Et pſequitur hic ioſephus ordinem cineruz luſtrationis: quē dominus decima die menſis ſeptimi fieri precepit. ꝛ videtur velle nunc primo combuſtionē hmōi a moyſe factam. Unde etiā ſubdit. Hoc etiam venturos ſeruare p̄cepit: et potuit eſſe ꝙ impediti hucuſq diſtulerunt. q2 nec paſca interim celebraſſe leguntur. Cum autem intrauerunt terrā promiſſam ſcd̄m precepta domini: legitima ſua proſecuti ſunt. Etiā hic dicit Joſeph⁹. anteq̄ rediſſent in cades eos veniſſe ad termios idumee ꝛ miſiſſe nūcios ad edom p libertate tranſit⁹ per terrā ſuam. Quod cum prohibuiſſet moyſes inde receſſit p deſertum iter faciēs. Hiſtoria numeri dic poſt mortem marie miſiſſe iſrael ad edō. Nec eſt liquidū vtruz ioſephus per anticipationez. an liber numeri per recapitulationem hoc dixe-

A Nu.xx.

Additio. Iſte edom frater iacob fuit.

A Nu. xx. rit. ⁋ Nos vero ſequētes ordinē
hiſtorie dicimus q̄ mortua maria
indiguit ppl's aqua. factaq̄ ſediti-
one ↄtra moyſen ⁊ aaron in pp'lo:
orauerunt ambo ad dominum.
Quibus dominꝰ ait. Tolle virgā
⁊ cōgrega populū ad petram. ⁊ p
cuſſa dabit vobis aquam. Utrum
virga que frōduerat: an alia vſus
eſt moyſes hic eſt dubium. Et ta-
men quia in numeris legitur: vir-
ga que erat in cōſpectu dn̄i/ videt̄
fuiſſe virga que erat i arca. Et cō
I Nu gregata multitudine ante petrā:
dixit moyſes. Audite rebelles ⁊ i
creduli. nunquid de petra hac po-
terimꝰ aquā vobis eiicere. Hic au
tem: cum in aliis egiſſent moyſes
⁊ aaron fiducialiter. turbati popu
lo murmurante diffidēter egerūt:
quod domino manifeſtāte cogni-
tum eſt. Non eni ex opere eorum
aliquo vel verbo hoc perpendi po
tuiſſet: niſi forte quia moyſes qua
ſi dubitans dixit. Nunqđ poteri-
mus ⁊c̄. quia inde ſenſus affirma-
tionis poterat elici: quaſi poteri-
mus. vel negatiōis q̄ſi nō poteri-
mus. Cū ergo percuſſiſſet prius
virga ſilicem: quia deſperauerat:
non manauerunt aque. Secundo
vero ictu egreſſe ſunt ita largiſſi-
me vt biberet populus ⁊ iumenta.
Et dixit dominus moyſi ⁊ aaron.
Quia non credidiſtis mihi: nō in
troducetis populos hos in terra
eorū. Hec eſt aqua cōtradictiōis:
quia etiam electi deſperauerūt de
ꝓmiſſis et potentia dei quaſi con-
tradicentes promittenti.

⁋ De circūitu idumee.
Capitulum. xxv.

C Nūe. xx. Miſit moyſes
nuncios de cades ad
regem edom dicentes.
Frater tuus iacob mandauit tibi
hec. obſecro vt liceat nobis trāſire
p terra tuā. Nō ibimus per loca
culta: via publica gradiemur. non
declinabimꝰ neq̄ ad dextram nec
ad ſiniſtrā. Si biberimus aquas
tuas: qđ iuſtum erit dabimus. Et
r̄ndit. Nō trāſibitis p me. Timēs
tñ ne trāſirēt: egreſſus eſt obuiam
in manu forti. Quāobrem diuer-
tit ab eo iſrael: maxie q̄r deꝰ ꝑcepe
rat ei. Nō pugnabis aduerſus fra
trē tuū. Circūiuitq̄ idumeā: egre
diēſq̄ de cades: ⁊ incedens per de
ſertum arabie. ꝓtrāſienſq̄ archim
metropolim arabum: q̄ nūc petra
dicit̄ venit ad montem hor qui eſt
in finibus terre edom.

⁋ De morte aaron. Caplm. xxvi.

Ibi locutus ē D Nūe. xx.
dominus ad moyſen.
Pergat inquit aaron
ad populū ſuū. Non i-
trabit terrā promiſſionis eo q̄ in-
credulus fuit ori meo. Tolle aarō
⁊ filiū eius cū eo: ⁊ duces eos co-
ram omni pp'lo ſuper montē hor.
Cū nudaueris patrē ſtola ponti-
ficali: indues ea eleazarū cui pon-
tificatus acceſſit p etatem ꝓmoge
nito per ignem abſumpto. Et fe-
cit moyſes qđ preceperat ei dn̄s. ⁊
mortuus eſt aaron in monte hor.
In duteronomio dicit̄ muſcera lo B
cus ſepulture aaron. qui vſq̄ ho- Deu. x.
die monſtratur in montis vertice.
⁋ Populus vero fleuit eum. xxx. D
diebus. Mortuus eſt autē. xl. an- Nūe. xx.
no egreſſionis. cum eſſet. cxxiij. an
norum. eodem anno quo et maria
menſe. v. qui ⁊ apud hebreos dici-
tur ſedebach. apud rhomanos au
guſtus. prima die menſis ſecundū
lunam.

⁋ De victoria poſt votū anathe
matis. Capitulum. xxvij.

Cunq̄ audiſ- A
ſet chananeus qui ha- Nūe. xxi.
bitabat ad meridiem
veniſſe illuc iſrael: pu-
gnauit cum eo ⁊ obtinuit ⁊ addu-
xit ex eo predā. Iſrael autē vouit

domio: q̄ ſi traderet eū dominꝰ in manus ſuas ciuitates eiꝰ anathematizaret. quod fecit. Et vocauit nomen loci illiꝰ horma .i. anathe-
Anathema ma. Forte hic eſt locꝰ q̄ ſupra ꝑ anticipationem vocatus eſt horma. Anathema dicit̄ ab anathene .i. ſurſum ponere. qđ eſt deuotare .i. voto deorſum ab vſu noſtro ſeparare. cum ſcȝ res vota ⁊ reddita: ſurſum in templis ponebatur. Et nota q̄ olim generaliter populus terre ꝓmiſſiōis dictus eſt chananeus. Unde et hic nomine generali vocat eos qui erant ad meridiem. Tunc eni ſeptem ppli ꝓpriis vocabantur noībus in ea. et ille ꝓprie dicebat̄ chananeus qui habitabat maritimam.

Additio.
Tres leguntur victi per cappadoces in deuteronomio .ij. capitulo.

¶ De ſerpente eneo contra ignitos ſerpentes. Capitulum. xxviij.

B
Nūe. xxi. PRofecti de mōte hor venerūt in ſalmana: vbi cepit pplm̄ tedere itineris ⁊ laboris dum circuīrent terrā edom. ⁊ murmurauit cōtra moyſen. Ideo miſit dominꝰ in populum ignitos ſerpentes. q̄ dicebant̄ igniti: q̄ꝛ minimi ⁊ veloces erāt ad modū ſcintillarum. Uel vt alii tradūt tactū veneno inflammabant vſq̄ȝ ad tumorem ⁊ ruborē igneū. Rogauerūtq̄ȝ moyſen vt oraret ꝓ eis. Cui dominus ait. Fac ſerpentē eneū ⁊ pone ī perticā in medio populi eminentē. ⁊ quicūq̄ȝ percuſſus fuerit a ſerpente. reſpiciat eum ⁊ viuet. Et factū eſt ita Hunc ſecū ſemper habuerūt filii iſrael. et magnifice repoſitꝰ eſt in hieruſalē. Tandez ob cultum ſuperſtitionis que populꝰ ei exhibebat cōminuit eum in puluerez rex iuda.

Additio.
Mꝛ hiſtorie ſibi ſuper hoc ↄtradicunt. ideo nomen regis non ponitur. qđ tamen poſt determinabitur.

¶ De ſcopulis torrentium qui geſtierunt. Capitulum. xxix.

INde profecti per aliquas manſiōes venerunt ad torrentez zareth. quē tranſierūt ſiccis pedibꝰ vt mare rubrū. Quē relinq̄ntes caſtra metati ſunt contra arnō. Qui [vt ait ioſephꝰ] fluuiꝰ ē a mōte arabie deſcendēs: et per deſertum fluens in ſtagnum aſphaltidē erumpit: diuidēs moabitidem ⁊ armoricam. Quidam volunt armoricā ciuitatē eſſe que eſt in deſerto. ⁊ ꝓminet in finibus amorrei. De hoc tranſitu iſrael ꝑ terram illā proſequit̄ liber numeri in hūc modū. Unde dicitur ī libro bellorum domini. ſicut fecit in mari rubro ſic faciet in torrētibus arnō Scopuli torrētiū īclinati ſūt
C
Nu. xxi. vl̄ geſtierūt: vt requieſcerēt ī arnō ⁊ ↄcūberēt ī finibꝰ moabitaꝝ. Hūc locum ſufficienter expoſitum non memini me legiſſe Augꝰ. dic̄ forte fuiſſe librū ſic vocatuȝ apđ chaldeos. vn̄ egreſſus abraam erat. Uel apud egyptios: apud quos ſapientiā didicerat moyſes. ī quo de hoc tranſitu ꝓphetatū fuerat. Ut aūt fines inter duas gentes ibi conſtituerentur bello actuȝ fuiſſe putāt. quod ꝓpter magnitudinem ſui bellum domini vocatuȝ eſt. quod bellum liber ille cōſcripſit. ¶ Quidam dicunt hiſtoriam totam de filiis iſrael dici librum bellorum domini. ī qua frequēter dicitur dominus pro eis pugnaſſe. Et maxime dicūt hebrei ī terra illa amorreos manu potenti hebreorum fuiſſe deletos. ⁊ iſti legunt dicitur: pro dicetur. quia etiam in hebreo ita eſt. Super hoc dicetur in retractionibus bellorum domini: ⁊ legitur ſic.

Unde. id eſt de arnon dicitur. id eſt dicetur. ⁊ fiet memoria in libro bellorum domini. i. in hiſtoria iſta cum legetur a poſteris Fiet autē mentio de ea talis. Sicut fecit dominꝰ in mari rubro perdendo egyptios. ſic faciet in torrentibus arnon perdendo amorreos. Moyſes dixit Futurū faciet: nos dicimus preteritū ſic fecit. Quod etiam ſequitur Scopuli inclinati ſūt ⁊c. Similiter ambigue exponitur Tradunt hebrei immenſam multitudinem amorreorū in conuallibus torrentium ⁊ ſcopulorum arnon poſuiſſe inſidias iſraelitis. vt trāſeuntes incautos perimerent. dominū vero latitantes oppreſſiſſe rupibus hincinde inclinatis. ita vt labentia ſcopulorum extenderētur in arnon. ibiqꝫ requieſceret. id eſt finiret. Fuerunt qui dicerēt deſcribi ſitū arnon. quia cū ſcopuli prerupti et altiſſimi ſint in deſerto. paulatim inclinantur humiliando donec requieſcant. id eſt finiantur iuxta arnon. Potuit eſſe vt aliqui ſcopuli montium inuiorū ⁊ minorū coram iſraelitis inclinati ſunt vt de facili tranſirēt. quod forte erat predictū in benedictione ioſeph. Geñ. xlix. ibi donec veniret deſiderium collium eternorum. Et forte de eodē ps. cxiij. dixit dauid. Montes exultauerunt vt arietes. ⁊c.

Additio. Montis ruina decidens quod in niue aliqua videtur. ⁊ a labēdo labentia dicitur.

¶ De cantico ad puteum. Capitulum. xxx.

D Nu. xxi. Ex eo loco apparuit eis puteus. id eſt ex hoc loco venerunt in alium locum: vbi monſtrante domino foderunt puteū. Unde ſubditur. Quia hunc puteū foderunt principes duces multitudinis in datore legis. i. in domino. Hoc tamen in hebreo non legitur. Et aſcēdit aqua de puteo donec ſupra redundaret. Forte in ſignum quia exinde pugnarent. et hoſtes ſupergrederentur in hunc modum: ⁊ obruerentur. Quo viſo cecinit iſrael carmen iſtud. Aſcendat puteus. ⁊c.

¶ De morte ſeon regis amorreorum et og rege baſan. Capitulum. xxxi.

Egreſſus populus inde p aliquas māſiones peruenit vſqꝫ in bamoth. E. F. M. Nūe. xxi. Nec ē nomē hꝰ māſionis: ſed eſt vallis in regione moab: in vertice phaſga. id eſt iuxta montem illum Uel forte adeo mons ille magnus eſt ꝙ in vertice habet colles et valles.

Additio. Exponit quod dixerat vallis ī vertice phaſga.

Inde miſit iſrael nuncios ſuos ad ſeon regem amorreorum vt tranſitum ei per terram ſuā cōcederet Qui noluit. imo cum exercitu egreſſus ei obuiam in deſertum pugnauit cum iſrael. ⁊ percuſſus eſt in ore gladij. id eſt in inſtantia. Joſephus dicit plurimos ex eis ſiti periſſe. alios ruentes ad fluuium iaculis terre confixos. fugientes ad menia fundibularijs preuentos. Occiſus eſt ergo ſeon: tulitqꝫ iſrael omnes eius ciuitates ab arnon vſqꝫ iaboch. inter ꝗs caput regni erat eſebō: et

Additio. Uel ſaltem circa terram ſuā: ſic fecerat eſau ⁊ moab. quod legitur in deuteronomio. B Deu. xxix.

habitauit i eis: Dicit ioſephus hanc terrā inter tria flumia ſitā quaſi naturam inſule habentē

Additio. Ciuitates ſunt quarū altera eſt caput regni altera finis.

⁊ opulentiſſimam. Arnon fluit a meridie. iaboch a ſeptemtrione. q̄ in iordanem deſcēdit: cui ⁊ nomē tradidit iordanis ab occidente. Cūq; trāſiſſet iſrael fluuiū iaboch ⁊ aſcenderet p viam baſan: occurrit ei og rex baſan in ezrai: quem pcuſſerūt cum populo ſuo vſq; ad interntionem ⁊ poſſederunt terram ei⁹. Tamen terra hec quā habuerunt vltra iordanē non fuit de terra pmiſſionis. quod patet. quia
A Nu.xxi. moyſes hanc intrauit. Profectiq; caſtrametati ſunt i campeſtribus moab. vbi trans iordanē hiericho ſita eſt.

¶ De itinere balaam ⁊ q̄ ei locuta eſt aſina. Cap.xxxij.

A Nu.xxij.

Videns balach filius ſephor qui tunc rex erat in moab. q̄d fecerant amorreo: timuit et aſcitos ſeniores madiā qui proximi regno ei⁹ erāt ⁊ amici conſuluit quid facto opus eēt dicens. Populus hic delebit nos: ſicut ſolet bos herbas vſq; ad radices carpere. Miſitq; eorū conſilio ad balaam filiū beor ariolum q̄ habitabat ſuper flumen amonitarum vt veniret ⁊ malediceret populo huic. Audierant enim q̄ bñdict⁹ erat cui bñdicebat balaam: ⁊ maledictus cui maledicebat. Audierāt ēt q̄ iſrael non vicebat i arcu ⁊ gladio: ſ; orōne fuſa ad dñ ſuum. Viſūq; eſt eis cōmodū execrationib⁹ ꝯ orōnes dimicare. Cūq; veniſſēt ad balaam ſeniores moab ⁊ madiā ferētes mūera diuinatio
De balaam nis i manib⁹. cauſāq; vie expoſuiſſent. dixit eis balaā. Manete hic hac nocte donec videā q̄d dixerit mihi dñs. Dñi em̄ prophetam ſe mentiebatur. l; in ſacrificando cōſuleret demones. Forte demonem qui ſibi loquebatur dñm vocabat. Dixitq; ei domin⁹ in nocte curam populi ſui gerens. Non eas cum eis: nec maledices populo huic: q2 bñdictus eſt. Mane ſurgēs balaā dixit ſe phibitum a dño. Rurſum miſit ad eum balach viros plures ⁊ honoratos. muneraq; maiora ⁊ ampliora promiſit ſi malediceret populo. Quibus ait balaam. Si dederit michi balach domū ſuam plenā auri: nō potero mutare verbum dñi. Obſecro manete hic ēt in hac nocte. Et ait dñs ad eū nocte. Surge vade cum eis. ita dūtaxat vt quod precepero tibi facias. Mane ſtrata aſina pfectus eſt cū eis. Et iratus eſt dñs ei ſtetitq; angelus domini gladio euaginato i via ꝯ balaā. Mutauerat em̄ ppoſitum ⁊ captus cupiditate pmiſſoꝝ diſponebat quō populo malediceret: licz phibuiſſet dñs. Ioſeph⁹ videt velle q̄ dñs iratus quaſi ironice dixerit ei. vade cū eis. Nō q2 non intellexit obſtitit ei angelus. Cū autē vidiſſet aſina angelum: quē tñ balaam nō videbat: timens deuiauit in agrū. Quā cū verberibus reduxiſſet balaā ad ſemitā iterum ſtetit angelus i anguſtijs maceriarum quibus vinee cingebantur: timēſq; aſina iūxit ſe parieti ⁊ attriuit pedē ſedētis. At ille verberabat eā. Iterū ſtetit āgel⁹ i loco āguſto vbi nec ad dexterā nec ad ſiniſtrā poterat diuari. Timēſq; aſina: cecidit ſub pedib⁹ ſedētis Qui cū vehemēti⁹ fuſtib⁹ cederet latera ei⁹: apuit dñs os aſine: ⁊ ait Cur pcutis me ecce iā ter. Qui rñdit. Illuſiſti mihi: vtinā haberē gladium vt pcuterē te. Aſſuet⁹ iſte mōſtrū ad vocē aſini ſi ex pauit. Protin⁹ apuit dñs occlos balaam viditq; āgelū ſtātē i via cū gladio: ⁊ ado-

rauit eū. Cui angelus. Peruerſa
eſt mihi via tua. ⁊ niſi aſina decli-
naſſet occidiſſem te. Cui balaam.
Peccaui. ⁊ nūc ſi via mea tibi eſt
cōtraria: reuertar. Cui angelus.
Uade. ſed caue ne aliud ꝙ̄ ꝑcepe-
ro tibi loquaris.

¶ De ario latheſi balaam et eius
prophetia. Capitulum. xxxiij.

G Nūe. xxij. CUm ergo iret
balac occurrit ei in ex
tremis finibus moabi
tarum. magnifice ſuſci
piens euꝫ dedit ei munera. Cui cō
teſtatus balaam ait. Non potero
loqui niſi quod poſuerit dominus
in ore meo. Aſcenderūtq̄ꝫ pariter
excelſa montis. vſ ꝫ extremā partē
populi intuebanť. Aberāt autem
ab exercitu dn̄i ſtadijs. lx. ¶ Di-
A Nūe. xxiij. xitq̄ꝫ balaam ad balac. Edifica hic
ſeptē aras et para totidē vitulos:
⁊ eiuſdem numeri arietes. Cumq̄ꝫ
impoſuiſſent ambo vitulū ⁊ arietē
ſuper arā: dixit balaam regi. Sta
iuxta holocauſtū vadā ſi forte oc-
currat michi domin⁹ ⁊ qđ iuſſerit
loquar tibi. Cumq̄ꝫ abiſſet: poſuit
domin⁹ verba in ore ei⁹. Qui re-
diens corā oībus aſſumpta para-
bola. vel incepta ratiōe ſua[vt he-
breus habet]ait. Quomodo male
dicam populo cui bn̄dixit domin⁹
Habitabit ſolus inter gētes: ⁊ nō
reputabitur. i. ſingularis erit pre
oībus ⁊ innumerabilis. Moriať
anima mea morte iuſtorū: et fiant
nouiſſima mea horū ſimilia. Con-
triſtat⁹ balac ait. Quid eſt quod
agis. Duxitq̄ꝫ eum ad aliuꝫ locum
excelſum montis phaſga. Vn̄ aliā
partem populi videre poſſet ſcđm
errorem gentilium putans omnia
locis ineſſe ⁊ tēporib⁹ ⁊ deū ſicut
hominē poſſe mutari. Cūq̄ꝫ iuxta
moduꝫ predictū ſtatuiſſent ibi ſe
ptem aras: ⁊ ipoſuiſſent holocau-
ſta. iterum poſuit dn̄s verba i ore
eius: ⁊ reuertēs ait. Nō eſt idoluꝫ
in iacob: nec ſimulacrum in iſrael.
Domin⁹ deus eius cuꝫ eo eſt. Nō
eſt auguriuꝫ in iacob nec diuina-
tio i iſrael. Surget vt leo: ⁊ q̄ſi lee
na nō accubabit donec deuoret ꝑ
dam. id eſt terrā chananeoꝝ. Tūc
ait balac. Saltem nec benedicas
eis: nec maledicas. Itēq̄ꝫ duxit eū
ſuper montē phegor: ſtatutiſq̄ꝫ ſe-
ptem aris: impoſitiſq̄ꝫ holocauſtꝭ
per ſingulas nō abijt balaam ſicut
ante vt auguriū quereret. Sed ele
uans oculos vidit iſrael cōmoran A Nu. xxiij.
tem in tentorijs per trib⁹ ſuas. et
irruente in ſe ſpū dei ait loquēs de
ſe. Dixit balaā filius beor. Homo
cuius obturatus eſt ocul⁹ auditor
ſermonum dei. Quam pulcra ta-
bernacula tua iacob. Hebreus ha
bet et trāſlatio Origenis. Cuius
oculus reuelatus eſt. Tamē idem
eſt ſenſus. Quia duꝫ dormiret: in
ſomnis vidit hec que dicebat. Un
de ⁊ obturat⁹ erat oculus carnis:
⁊ reuelat⁹ ocul⁹ mētꝭ. Vn̄ ⁊ ſequi
tur. Qui cadit ⁊ aperiuntur oculi
eius. Hebreus plen⁹ habet. Qui
ponit. i. qui collocat ſe i lecto. Ad-
didit etiā apertam de ſaule ꝓphe-
tiam dicēs. Tolletur ꝓpter agag
rex eius ⁊ auferetť regnum illius.
Quod factum eſt ſauli. quia pec-
cerat agag regi amalechitarum. ⁊
poſt dixerit verba ad populum.
Qui benedixerit tibi erit ⁊ ipſe be
nedictus. qui maledixerit in male-
dictione reputabitur. Cumq̄ꝫ ira-
ſceretur balac dixit ꝙ in diſceſſu
ſuo daret ei cōſilium quid faceret
aduerſus populum hūc. Iterumq̄ꝫ
aſſūpta parabola ait. Orietur ſtel
la ex iacob ⁊ cōſurget virga. i. ma Nota.
ria ex iſrľ. ⁊ ꝑcutiet duces moab:
⁊ vaſtabit oēs filios ſeth. q. d. va-
ſtabit totuꝫ genus humanū quod
ſcilicet carnale in bonis cōteret et
malos perdet. De ſeth enim totuꝫ
genus humanum eſt: de quo fuit
noe. Filij enim cain diluuio perie
runt. ſecunduꝫ hoc vaticiniumꝫ di-

citur veniſſe magos ī iudeam viſa ſtella. ⁊ tūc extitiſſe apud eos ſcripta balaam ſuper hac re. Prophetauit quoqꝫ ꝙ iſrael idumeos ⁊ amalech qui fuit principiuꝫ gentiū pugnantiuꝫ contra eos ſubijceret ſibi. Prophetauit etiam ꝙ aſſyrij terram vaſtarēt. etiam cineos qui erant de fortiſſimo genere. ſcilicet de ietro. Addiditqꝫ. Venient ī trieribus de italia: ⁊ ſuperabunt aſſyrios: vaſtabūtqꝫ hebreos: ⁊ ad extremum ipſi peribunt. Monarchiam predixit rhomanorum ⁊ in fine temporꝫ deſtructionē eorundem. Dicit ioſephus eum prophetaſſe adhuc totum orbem futurum eorū habitaculum in eternum etiaꝫ inſulas. Et cum pars prophetie ſit impleta: reliquum pro certo credimus implendum.

Additio. ſcilicet quando erant omnes reges ſubiecti rhomano imperio.

Qꝫ amore muliercularum initiatus eſt iſrael beelphegor. Capitulum. xxxiiij.

A Nu. xxv. Surrexit balaam vt rediret in locum ſuum. Cumqꝫ in finibꝰ madiaꝫ valediceret balac et ſuis: conſilium dedit eis vt virgines quarum ſpecie illudi poſſet caſtitas circa tētoria iſrael cum exenijs venalibus mitterent. que iuuenes ad ſe declinantes iteruꝫ ſibi allicere laborarent vt eos tranſgredi leges patrias facerent ⁊ deos colerent alienos. vt ſic deo ſuo irato eis vel ad modicum tempus humiliarentur. Deo enim eis propitio: nec bella nec peſtis aliqua eos corriperent. Feceruntqꝫ ita madianite. tamen et de moabitidis virginibus miſſe ſunt: ſed pauce quia naturaliter ſūt deformes. Eo tempore morabatur iſrael ī ſethim: ⁊ fornicatus eſt cum filiabꝰ moab que vocauerunt eos ad ſacrificia ſua: et comederunt idolothita ſua. ⁊ adorauerūt deos earum: et initiatꝰ eſt. id eſt conſecratus iſrael beelphegor idolo madianitarum.

Additio. Exenia peregrinorum fercula. Vnde xenodochium.

Additio. Initio as. non initior. Vnde initio ſcholares litteris.

idolo ſcilicet tentiginis: quem grecia priapum dixit. Iratuſqꝫ dominus dixit ad moyſen. Tolle cunctos principes populi tui ⁊ ſuſpēde eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab iſrael. Forte quia ſubditos non corripiebant: duces tribuum voluit ſuſpendi. Vel potius principes. id ē autores huius idolatrie. Vnde et ſtatim ſubdens dixit moyſes ad iudices iſrael. Occidat vnuſquiſqꝫ proximos ſuos ꝙ initiati ſunt beelphegor.

Additio. Subintelligenda eſt pena aliqua. vel plaga a domino irrogata: quam expreſſam non habemus.

De zelo phinees. Cap. xxxv.

Traditio ioſephꝰ Joſephus. ꝙ princeps in tribu ſymeon zambri filiam cuiuſdaꝫ potentis madia D Nu. xxv. nitarum duxerat que dicebat corbi. qui vxore iubente in quadaꝫ ſolenitate alijs ducibus deo immolantibus: non ipſe immolauit. Quāobrem cum moyſes eccleſiam congregaſſet ⁊ eos culparet: non nominatim tamen: quia turba erat in cauſa. ille coram omnibus confeſſus eſt ſe alienigenam duxiſſe idola colere. nec tyrannicꝭ legibus quas ipſe ſibi moyſes poſuerat obnoxium eſſe quibus ſub

figmēto legis ꝛ dei grauiori ſeruitute ꝓmebat pplm̄ ꝙ egypty cui ꝓprium auferebat viuēdi arbitrium. ꝛ diſcedēs coraꝫ oī turba q̄ flebat añ fores tabernaculi dñi ſtrauit tabernaculū vxoris. Mirabātur autē oēs ꝙ mortu⁹ nō fuerat. Surgēſqꝫ phinees filius eleazari de medio multitudinis. ꝛ arrepto pugione ingreſſus ē poſt illū lupanar. ꝛ cū inueniſſet coeūtes pfodit ābos in locꝭ genitalib⁹. ceſſauitqꝫ plaga ꝛ occiſi ſūt. xxiiij. milia forte a dño p plagā aliquā p̄cedētem q̄ tūc ceſſauit. Sꝫ ioſeph⁹ videt̄ velle ꝙ plurimi iuuenes zelo phinees acceſſ. multa milia ppl̄i ꝑcuſſerunt. Locut⁹ eſt aūt dñs ad moyſen. Hoſtes vos ſentiāt madianite. ꝑcutite eos. Hoc factū ē poſtea cū moyſes miſit exercitū ꝛ ꝑcuſſit madianitas. Uł forte ſicut ꝑcuſſi fuerāt filij iſrael. voluit etiā tūc dñs mulieres occidi q̄ ſubuerterāt eos.

E Fo. cv.

Additio. Uñ in pſalmo. Stetit phinees ꝛ placauit: ꝛ ceſſauit quaſſatio.

¶ Secundus numerus bellatoꝝ. Capitulum. xxxvj.

A Nūe. xxvj.

Poſtquam vero ſanguis noxiorum effuſus eſt. dixit dominus ad moyſen ꝛ eleazarū. Numerate ſummaꝫ filiorum iſrael q̄ ad bella poſſūt procedere a viginti annis ꝛ ſupra per domos et cognationes ſuas. Fecerūtqꝫ ita: ꝛ inuēti ſūt. Sexcenta milia et mille ſeptingenti trigīta ſe ter quos nullus fuit eorum q̄ numerati fuerant a moyſe ꝛ aaron ꝑter ioſue ꝛ caleph. Et ait domin⁹. Iſtis diuidetur terra. plurib⁹ maiorem partē dabis. ꝛ paucioribus minorem.

Additio. Sic continuabimus capitulum iſtud. poſtq̄ꝫ ꝓ malicia ipſoruꝫ dominus iā omnes deleuerat q̄ ſupra numerati erāt apti pugnare ꝛ poſtq̄ꝫ multo tempore pro diffidentia ſua errauerāt in deſerto / precepit dominus de nouo numerari aptos in bello.

Additio. Sorte diſtribuenda eque diuidēda ſūt ne forte iequalit̄ ſors daret pluribus partem minorē ꝛ econuerſo.

Quod non eſt intelligendū de tribubus vel familijs: ſꝫ de domibus. Terra enim eque diuiſa ſecundū ſortes data eſt tribubus. et quelibet tribus ſorte equales partes dedit familijs. familie vero iuxta numerum capitum domibus diuiſerūt ſine ſorte maiores ꝛ minores portiones. Numerati ſunt quoqꝫ leuite a menſe vno ꝛ ſupra. xxiij. milia generis maſculini.

Additio. Reduc ad memoriaꝫ quod ſupra diſtinctum eſt inter tribum familiam. et domum. et intelliges quod dicit̄ qꝺ aĺs non eſt intelligendum.

¶ De iure ſucceſſionis hereditarie. Capitulum. xxxvij.

A Nūe. xxvij.

Domus autē ſalphaat quia non reliquerat filium nō eſt numerata. Audiētes autem quinqꝫ filie ipſius ꝙ numeratis daretur terra: ſteterunt ad oſtium tabernaculi coram moyſe ꝛ eleazaro et tota multitudine: et dixerunt. Pater noſter mortuus eſt in deſerto: nec ꝓ pctō ſuo: nec habuit mares filios. cur tollitur nomen eius de familia. Date nobis poſſeſſionem inter cognatos noſtros. Quarum cauſam retulit moyſes ad dominum: qui ait: Iuſtam rem poſtulant filie ſal-

phaat. Ad filios autem iſrael loq̄ris. Homo ſi mortuus fuerit abſq̄ filio: ad filiam trāſibit hereditas: quod vſq̄ hodie conſuetudo obtinet. Q si nec filiā habuerit: trāſibit ad fratres ei⁹ Q si nec fratres habuerit: trāſibit ad patruos. Q ſi nec hos habuerit: trāſibit ad eos qui proximi ſunt.

¶ De ſubſtitutione ioſue. Capitulum. xxxviij.

C Nu. xxvij. Dixit quoq̄ dominus ad moyſē. Aſcēde i montē abariz ⁊ contemplare terraꝫ quā datur⁹ ſum filijs iſrael: ⁊ poſt ibis ad populum tuum. Non em̄ intrabis eam. Cui moyſes. Prouideat dominus deus ſpirituum omnis carnis hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc: ne ſit populus domini ſicut oues ſine paſtore. Cui dominus. Tolle ioſue ⁊ ſtatue eum coram eleazaro ⁊ omni multitudine ⁊ impone manum tuam ſuper caput eius vt audiat eū ſicut audiuit te omnis ſynagoga filiorum iſrael Fecitq̄ moyſes vt dominus iperauerat. cognouitq̄ vniuerſa multitudo q̄ ioſue poſt mortem moyſi antecederet eos. Utrum autem tunc vel poſt aſcenderit moyſes vt videret terrā certū nō ē. ſꝫ certū eſt q̄ aſcēdit: ⁊ ptē terre videre potuit. Q ſi totā vidit: miraculoſe factum eſt.

¶ De libaminibus. Cap. xxxix.

A Nu. xxviij. Precepitq̄ dominus moyſi de iugi ſacrificio. ⁊ de ſacrificijs legalium ſolēnitatum. Sed q̄ non offerebat̄ hoſtia ſine libamentis ſuis: de his breuiter ꝑmittendum eſt. Libamen vel libamentum erat ſimila oleo glutinata ⁊ vinum q̄ cū hoſtia adolebantur. vt ſcꝫ quaſi panis ⁊ vinuꝫ ⁊ caro dn̄o offerēt̄. Cuiq̄ vero hoſtie ꝓprium libamen determinatū erat. Pro agno ſimile decima ps ephi. vini quarta pars hin vel ephi offerebat̄. Erāt autem ephi ⁊ chorus menſure aridorum. hin ⁊ bat⁹ liquidorum. Pro vitulo de ſimila tres decime. de vino media ps hin. Et forte tres decime erant integre ð trib⁹ ephi. vel de vno ephi.

Additio. Chorus enim. xxx. cōtinet modios. ephi tres aridorum. hin et batus liquidorum prius tollebatur decima. Iterum nouem partes decimabātur: ⁊ tertio decimabatur reliquū. ⁊ ſic erāt tres decime vnius ephi. Pro ariete de ſimila due decime ð vino tertio pars hin. Eadem erant libamenta hirci. Si quando legas. ꝓ agno de ſimila dari decimā decime: intelligendum eſt de conſueta decima decimandi quaſi decimam decimationis. vel decimā decimātem. Uel ipſa decima ephi iterum ðcimabatur. ⁊ hec decime decimabatur ꝓ agno ſm̄ quoſdam. Ul potius idē eſt decima decime: qð decima ephi. Eſt enim ephi decima pars chori.

¶ De iugi ſacrificio. Cap. xl. Nu. xxviij.

Prius autē de iugi ſacrificio videam⁹ Iuge ſacrificium vel indeficiens quotidie fiebat de ſumptu publico. Mane offerebatur agnus anniculus in holocauſtum cu libamentis ſuis vt tota die cremaretur in odorem ſuauē dn̄o. Quo impoſito ſuper altare ſacerdos cum prunis ⁊ tymiamate ⁊ lotus intrabat tabernaculum: ponebatq̄ prunas cum tymiamate ſup altare incenſi. ⁊ hoc vocabatur cō ſummatio ſacrificij. Tunc etiam quattuor de ſeptem lucernis mortificabat. In veſpere ponebatur ſimiliter alius agnus in eundē modum. Et intrans cum tymiamate

ſacerdos: accēdebat omnes lucernas. ꝛ ſic tota nocte in altari erat odor ſuauis dño. Veſpertinū tñ ſacrificium melius erat ꝛ pinguiꝰ matutino. qꝛ ſepe in die preter illō plura imponebantur. Et inde dicebat̄ illud gratiꝰ dño: qꝛ pinguiꝰ dicimus nos gratius qꝛ mortem dñi factā veſpe ſignificabat. Hos agnos quidā tradunt de ſumptu tradi ſacerdotum. Joſephus vero de publico: qui etiam quotidianā de ſumptu ſacerdotū oblationem determinat. Offerebat enim ſacerdos in diebus vicis ſue aſſatum farine oleo mixte. ꝛ modica decoctione indurate. medietatē mane. ꝛ medietatē veſpere ſuper altare. In hūc modum eccła mane ꝛ veſpere offert dño laudes ꝛ completorium. vel potius in prima ꝛ completorio offert confeſſionē ad mutuo orandū tanꝗ iuge ſacrificiū. Ps.l.g. qꝛ ſacrificiū noſtrum deo eſt ſpūs contribulatꝰ ꝛ humiliatus.

¶ De ſabbato ꝛ oblationibus eius. Cap. xli.

ciuitatis. Nunciatum eſt aūt regi
hiericho cenanti viros explorato
res eſſe. Qui cum miſiſſet ad raab
vt educeret eos: abſcōderat eos in
ſtipula lini quā ſiccabat ſupra mu
rum: mentiens eos egreſſos cum
clauderetur porta. Dixitqz nūcijs
Perſequimini eos p viam iorda-
nis & cōprehēdetis. Tuncqz aſcēdēs
ad viros quos operuerat: dixit eis.
Noui q tradet vobis terram hāc
ex his que audiuimus pro vobis
facta a dn̄o. Jurate ergo mihi per
dominū. vt qūo ego feci vobis mi
ſericordiam: ſic & vos faciatis me
cum & cum vniuerſa domo patris
mei: vt ſaluetis aīas noſtras & vni
uerſa que poſſidemus. At illi iura
uerunt. Tunc dimiſit eos mulier
per funē coccineum de feneſtra do
mus que herebat muro: & ait eis.
Latitate in montanis tribus die-
bus donec redeant qui vos perſe
quuntur. Qui dixerunt ei. Nō te
nebimur iuramento ſi non collige
ris cum capietur ciuitas omnē do
mū tuā tecū: & ligaueris funē hūc
in feneſtra: vt hoc ſigno domū tu-
am cognoſcamus. Quicunqz oſti
um domus tue egreſſus fuerit: ſā
guis ipſius erit in caput eiꝰ & nos
erimꝰ alieni. Itaqz poſt tres dies
redierūt exploratores ad ioſue: nar
rantes oīa q̄ ſibi acciderant Joſue
vero & eleazar et maiores populi
ratum habuerunt iuramentū eoꝝ.

¶ De tranſitu iordanis. Cap. iij.

A Joſue. iij.

Poſtea tribus
diebus euolutis dixit
ioſue ad populū. San
ctificamini. cras enim
faciet dn̄s inter vos mirabilia. Di
luculo vero dixit ad ſacerdotes.
Tollite arcam: & pcedite populū
ſpacio cubitoꝝ duorum milium vt vi
deri poſſitis ab vniuerſis. Cumqz
intraueritis partē iordanis: ſicca-
bitur inſtar pauimēti. Cumqz pce
derēt ſacerdotes cū arca: ſequeba
tur vniuerſa multitudo paruulis
& mulieribus in medio collocatis.
Pcedebātqz rubē & gad. & dimidia
tribus manaſſe ſm q pmiſerant
moyſi. Et erant. xl. milia armato-
rū. In paralipomenō legitur tm̄
l. in quo multa vicio ſcriptorū de-
prauata ſunt. Accedentes aūt ad
iordanē: reppererunt eum immea
bilē. Plus em̄ ſolito tempore tri-
ticee meſſis excreuerat. tum p ſo-
lutione niuium facta in mōtibus.
tum pter imbrem ſerotinum no-
uiter datum. Cumqz intraſſent ſa-
cerdotes aquā: ſteterūt aque aſcē-
dentes: & inſtar montis intumeſcē
tes apparebant pcul ab vrbe que

vocatur adon: vſq ad locum qui dicitur ſarthan. Inferiores vero aque deſcenderunt in mare mortuum vbi quinq ciuitates ſummerſe ſunt ſodoma et alie. Sacerdotes autem ſtabant in medio fluminis cum arca donec vniuerſus populus per arentẽ alueum pertranſiret. [C Gen. xix.] [A Joſue. iiij.]

¶ Tunc elegit ioſue duodecim viros: ſingulos de ſingulis tribubus qui tulerunt de loco vbi ſteterant ſacerdotes duodecim lapides iuxta numerũ filiorũ iſrael in ſiccum De ſicco vero retulerunt in alueũ. alios duodecim in aceruũ memorialem tranſitus eorum. et ſunt ibi vſq in hodiernũ diem. Ad quos iohannes creditur demonſtrationem feciſſe cum dixit. Potens eſt dñs de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrae. Tamẽ ſuper mattheũ legitur. ad illos quos ioſue tranſferri de iordane fecit. Cumq tranſiſſet populus et arca poſt eos: reuerſe ſunt aque in alueũ ſuum. aſcẽditq populus de iordane primo menſe: decima die primi menſis: tollẽteſq ſecũ duodeci lapides fluminis caſtrametati ſunt in galgalis p ſtadia decem ab hiericho ad oriẽtẽ. quinquaginta vero ſtadijs a iordane. Joſue autẽ conſtruxit altare dño de lapidibus quos tulerant de iordane: et ſuper illud poſtea ſacrificauit deo. ¶ Et nota q ſic legitur in chronicis euſebij ſm hebreos. ille annus erat iubileus. et erat quinquageſimus primus inter iubileos: quaſi fluxiſſent ab initio mundi anni duomilia. quingenti quinquaginta ſingulis iubileis per quinquagenos annos deputatis. ¶ Scdm. lxx. vero longe plures anni fluxerãt ab initio mũdi. ¶ Beda quoq in chronicis ſuis ponens numerũ annorũ ſm hebraicã veritatem: probat de predicta ſumma annorum ſeptẽ annos defuiſſe. al's defluxiſſe. [B Math. iij.]

¶ De circunciſione in galgalis.

Capitulum. iiij.

Eo tempore ex pcepto dñi circũcidit ioſue populũ ſcdo cultris lapideis: tamẽ hebrei habet nouaculis acutis. Nec intelligendũ eſt q idem hõ iterũ circũcideret. ſed paruuli qui nati fuerãt in deſerto per quadraginta annos incircũciſi erant. alij ex mãdato domini. alij vero ex negligẽtia parentum. alij vero ex eorũdem cautela: ne forte mox circũciſis attolleretur nubes. et neceſſe haberent progredi: et ſic periclitarẽtur paruuli. Facta autem circunciſione dixit dominus ad ioſue. Hodie abſtuli a vobis opprobrium egypti. id eſt preputiũ. quod apud hebreos erat opprobriũ immũdicie gentiũ. Ob hoc vocatũ eſt nomen loci illius collis preputiorũ vel galgala. id ẽ reuelatio quaſi ſãctificatio. ſm illud. Facta ẽ iudea ſanctificatio eius. Poteſt tamen dici opprobrium ab eis ablatum ſeruitus egypti et labor deſerti quod cõgruit ſm aliam nominis interpretationem. Interpretatur enim galgala libertas. Porro manſit populus in caſtrorum loco donec ſanaretur. et fecerunt phaſe quartadecima die ad veſperam in campeſtribus hiericho. quod nondum niſi bis factum fuerat. Primo in finibus egypti circa ramaſſe. Secundo ad radicẽ montis ſina ſecũdo anno egreſſionis. Extunc intermiſſum fuerat cũ circunciſione vſq ad terram promiſſionis. Et comederũt de fructibus terre [A B Joſue. v.]

Additio.
Nota q galgalis quãdoq ponitur indeclinabile. quandoq pme declinationis. vt galgala galgale: quandoq neutri generis et ſecũde declinationis. vt galgala galgalorum. [Ps. cxiij.]

die altero azymos panes ⁊ polen-
tā eiuſdem anni. Eſt autem polen
ta grana toſta ⁊ manibus confri-
cata ad modum grani pilo tuſi.
Et dicitur polenta quaſi pilanta
Quidam tamen tradunt polentā
eſſe pultes de purgatiſſima fari-
na factas. Et dictā polentā quaſi
pollētam. a polline quod eſt pur-
gatiſſima farina. Cuius nomina-
tiuus eſt pollen vel pollens. Sta-
timqꝫ defecit eis manna quo aliti
fuerant quadraginta annis.

¶ De angelo apparente ioſue et
euerſione hiericho.
D Capitulum.v.
Joſue.v.

Eadem nocte

cum eſſet ioſue in agro
hiericho ad exploran-
dum vidit virum ſtan-
tem cōtra ſe euaginato gladio: ⁊
A ait. Noſter es: an aduerſariorum.
Joſue.vj. Qui reſpondit. Nequaqꝫ. ſed prin
ceps ſum exercitus domini: ⁊ nūc
venio. Et docuit eum angelus de
modo capiendi ciuitatem. ⁊ quod eam
⁊ vniuerſa eius
Anathema faceret anathe-
ma. Anathema
id eſt ab vſu ho
minum ſeorſuz
remota. Cumqꝫ
adoraſſet ioſue
pronus ad ter-
ram: dixit ei an
gelus. Solue
calciamentum
de pedibus tu-
is. locus enim i
quo ſtas ſanct⁹
eſt. quod intelli
gendum eſt: ſan
ctificatus eſt.
Qui enim pol-
lutus erat in ha
bitatione genti
um ad preſenti-
am domini per
angelum ſancti
ficat⁹ eſt. Por-
ro per nudita-
tem pedum in
huiuſmodi locꝫ
ſanctis ⁊ in pe-
nitentibus po-
teſt notari inno
centia que talibus congruit. Eam
enim haberunt primi parētes nu-
di. Diluculo autem iuxta conſili-
uz angeli ſeptem ſacerdotes ſeptē
buccinis clangebant ante arcam.
omniſqꝫ populus armatus prece-
debat arcam. ⁊ reliquum vulgus
ſequebatur eam. circūieruntqꝫ ci-
uitatem primo die azymorum ſe-
mel ⁊ ſub ſilentio ⁊ redierunt i ca
ſtra. Sic fecerunt ſex diebus. Die
autem ſeptimo ſepties eam circū-
ierunt. ⁊ in circūitu ſeptimo dixit
ioſue ad populum. Vociferamini
⁊ aſcendite: ſitqꝫ hec ciuitas ana-
thema quaſi deuotata in mortem
preter aurum ⁊ argentum: ⁊ es et
ferrum quod conſeruabitur domi
no in primitias operum noſtrorū
ſola raab cuz ſuis ſaluabitur. Igi
tur vociferante populo ⁊ clangen
tibus ſacerdotibus cum buccinis/
muri funditus corruerūt. Et aſcē
dit quiſqꝫ per locum qui contra ſe
erat. ⁊ interfecerunt omne viuens
in ea: ⁊ cōbuſſerunt eam. ⁊ omnez
ſupellectilem in ea in tumulum
domino ſempiternum. Raab vero
honoratā muneribus cū omni do
mo ſua receperūt in iſrl'i ꝑpetuū.
Quā ꝓcedente tꝑe duxit ſalmon
in vxorē prin-
ceps in tribu
iuda. Tunc im-
precatus eſt io-
ſue dicēs. Ma-
ledictus q reedi
ficauerit hieri-
cho in primoge
nito ſuo funda-

Additio.

Anathema di-
citur quaſi ſepa
ratum. Unde
anathema dice
batur ciuitas
quando que-
cunqꝫ cum ea ca
piebantur com
burebantur, om
nia: ⁊ fiebat ci-
neris cumulus
acceptus domi
no: nihil inde ſe
parabatur: pre-
ter ea que tran-
ſierunt ꝑ ignē:
que non incine-
rantur. ſed poti
us in igne pur-
gantur. que eti-
az eadē igne
purgata in vſū
tabernaculi ⁊ tē
pli ⁊ vaſoruz re
ſeruabātur om
nia. ſcꝫ metalli-
na.

Additio.

Qui genuit bo
oz auum illius
booz qui genu
it obeth. Tres
eñ cōtinui. pr.
filius. nepos di
cti ſunt booz.

menta illius ia- ciat. ⁊ in nouiſſimo liberorū ponat portas eiuſ. ⁊ ideo matthe⁹ vnum tantū poſuit. matth. j. qđ impletum eſt vt poſt liquebit.

¶ De lapidatione achor. Ca. vj.

A Joſue. vij. Porro achor vel achar al's achim filius chari ꝺ tribu iuda tulit aliqd de anathemate. chlamydē ſcȝ coccineā cōtextā auro. habentem [ſcōm ioſephuȝ] auri pondus mazan. id eſt maſſam. id eſt ducentos ſiclos. tulitqȝ totidē ſiclos argenti. regulāqȝ auream vel ligulā quinquaginta ſiclorū. Miſitqȝ ioſue viros de hiericho qui explorarent ciuitatē hay que eſt iuxta bethel. Qui reuertentes dixerunt. Non aſcendat oīs populus. Sufficiunt tria milia ad capiendaȝ vrbem. Joſephus tamē dicit triginta milia. Qui cuȝ aſcendiſſent terga vertentes percuſſi ſunt a viris vrbis hay. ⁊ corruerunt ex eis triginta ⁊ ſex viri. Joſue vero ſcidit veſtimenta ſua ⁊ iacuit pronus coram archa vſqȝ ad veſperam. ⁊ ſenes populi cum eo ſaccis induti ⁊ liquefactum eſt cor populi. Verebantur enim ne timor eorum qui īuaſerat chananeos tranſiret in audaciam adeo vt impetum facerēt in ipos. Dixitqȝ domin⁹ ad ioſue. Pollutus eſt populus anatemate: nec ero cum eo donec mundeſ. Applica cras populum ad te ⁊ fac ſortem per tribus ⁊ familias ⁊ domus ⁊ capita. Et quecunqȝ ſors inuenerit comburetur igni cum omni ſubſtantia ſua. Quo facto: inuenit ſors tribum iude. deinde familiam zare. tandem domuȝ charim. ad vltimum caput achor. Et dixit ei ioſue. Fili da gloriam deo cōfitendo quid feceris. Quo confeſſo miſſi ſunt nuncij ad tentorium eius. qui prefataȝ pecuniā reconditā in terra retulerūt ad populuȝ. Tollēs itaqȝ ioſue illū cum vniuerſa domo eius vniuerſa ſupellectili ⁊ iumētis. duxit eum in vallē profundā. lapidauitqȝ eū oīs popul⁹ ⁊ cūcta q̄ illius erant igne cōſumpta ſunt. Feceruntqȝ ſuper eum aceruum lapidū qui ꝑmanet vſqȝ in p̄ſentē diem. Vocatūqȝ eſt nomen loci illi⁹ vallis achor. Nec putandū eſt populū neglexiſſe mādatum dn̄i quo p̄ceperat eū cōburendum. Nam in ſacra ſcriptura ignis ꝓ vehemēti pena accipi ſolet: vt ibi. ꝺ fornace ferrea egypti. putāt tamē hebrei dominū p̄cepiſſe lapidari ipſum. ⁊ alia q̄ lapidibus obrui poſſent. cetera que lapides non ſentirent igne cremanda. Achor lapidatur.

¶ Tradit tamē Aug⁹. ioſue feciſſe hoc quadaȝ cōſideratione. Aut enim penituit achor: ⁊ ſic dignus nō erat igne gehennali: ⁊ ſic illum noluit vrere qui dignus igne non erat. Vel ſi non penituit: et dign⁹ erat igne eterno. reſeruauit domino penam ignis. Puniuitqȝ eum alio genere pene ne videretur bis punitus in idipſum.

¶ De incendio hay. Capl'm. vij.

A Joſue. viij. Poſtea ſurrexit ioſue. ⁊ oīs popul⁹ cuȝ eo vt aſcenderent ī hay ⁊ p̄miſit triginta milia virorū īter bethel ⁊ hay ad occidentem. Qui dimiſſis in locuȝ inſidiarū quinqȝ milibus redierunt ad exercitum q̄ erat ad aquilonē. Rex autē hay feſtinauit mane egredi cū omni populo ſuo ignorans ꝙ poſt tergum laterent inſidie. Joſue ꝟo fugiens cum longi⁹ protraxiſſet eos ab vrbe eleuauit clypeū quem gerebat. Quo viſo: ſurrexerūt q̄ erant in inſidijs et intrantes vrbem ſuccenderunt

Additio. Ex eo ꝙ clypeos habebāt cōijci p̄t ꝙ equos habebāt. Clypeos ei ferre pedites vix poſſent.

eā. Quibus egreſſis poſt hoſtes ⁊ ioſue faciēte impetum in eos: ex vtraqꝫ pte cedebantur aduerſarij: ⁊ interfecerunt omnes a viro vſqꝫ ad mulierē duodecim milia hoim. Predam ṗo ſibi diuiſerunt: ſuſpendentes regē hay in patibulo vſqꝫ ad veſperā. ⁊ tunc deponentes eū proiecerunt eum in introitu ciuitatis. congeſto ſuper eum aceruo lapidū: ſuccendenteſqꝫ vrbē fecerūt eam tumultuz ſempiternum. Hic ꝑoccupat hiſtoria de altari illo qđ factum eſt inter garizim ⁊ hebal: ſuper quē ſcripſit ioſue deuteronomium. ⁊ de benedictionibus et maledictionibus factis ſuꝑ montes illos de quibus loco ſuo dicemus.

Rex hay ſuſpenditur.

¶ De dolo gabaonitarum ⁊ mulcta. Cap.viij.

A Joſue.ix.

Gabaonite vero audientes que fecerat ioſue duabus vrbibus. ⁊ ꝙ ex mandato dñi nulli parceret habitantiū i terra ꝓmiſſionis. nec amicicias cum eis faceret. callide cogitauerūt inire fedus cum iſrael. miſerūtqꝫ nūcios quaſi de longinquo veniētes: qui in argumentum longi itineris vtres ferebāt ⁊ ſotulares veteres ⁊ pitacijs conſutos. paneſqꝫ in ſiſtartijs eoꝝ duri erant: ⁊ muſcidi ⁊ in fruſta cōminuti: q̄ cum veniſſent in galgalis dixerunt ad iſrael De terra longinqua venimus: q̄ ē extra terram que ſorte vobis debetur. ſerui veſtri ſumus inite nobiſcū fedus. Credideruntqꝫ eis filij iſrael: ⁊ os domini non interrogauerunt. Initoqꝫ cum eis federe: iurauerunt eis ioſue ⁊ eleazar ⁊ omnes ṗncipes multitudinis. Poſt triduū vero cognouit iſrael ſe circūuentū eſſe a gabaonitis. mouēteſqꝫ caſtra venerunt vt euerterēt ciuitates eoꝝ. egreſſiqꝫ ſunt gabaonite obuiā eis: ⁊ ait ioſue. Quare impoſuiſtis nobis. Qui dixerūt. Timuimus valde ⁊ de conſilio ꝓuidimus animabus noſtris. facite quod bonum vobis ⁊ rectū videt. Tunc acclamauit populus nō eē ſtandum iuramento: quod per ſurreptionem factum erat. ⁊ preſertiz cum dominus inhibuiſſet talibus confederari. Maiores vero qui iurauerant pro religione iuriſiurādi ſeruanda. ⁊ murmure populi ſedando. ſic diſpenſauerūt. vt nō haberent eos ſocios. ſed ſeruos aquarios ⁊ lignarios. ⁊ dicti ſunt nathinnei qui ſcꝫ ligna cederēt ⁊ aq̄s comportarēt in vſus altaris in locum quē ſibi dñs elegiſſet. Quo facto rediit iſrael in galgalis.

¶ De quinqꝫ regibus ſuſpenſis. Capitulum.ix.

A Joſue.x.

Eo tempore regnabat in hieruſalem adoniſedech q̄ interp̄tatur dñs iuſtus. forte ſic vocabātur reges hieroſolymorum. Nā ⁊ melchiſedech ſonat regē iuſtū. Qui cuz audiſſet gabaonitas federatos cum iſrael timuit valde. ⁊ conuocauit quattuor reges ſecū: ⁊ aſcenderunt quinqꝫ reges amorreorū ⁊ obſederūt gabaon Obſeſſi aūt miſerunt ad ioſue dicentes Aſcēde cito ⁊ libera nos Qui collecto exercitu irruit repēte ſuper hoſtes ⁊ verſi ſunt in fugā per deſcenſum bethoron. Et dñs miſit grandinem ſuper eos. ⁊ plures occidit grando ꝙ gladius. Videns autē ioſue ſolē deſcendentem ad occaſum: ⁊ lunam aſcendētē: timens ne beneficio noctis euaderent hoſtes clamauit ad dominum dicens. Sol contra gabaon ne mouearis. ⁊ luna cōtra vallem haylon. Steterūtqꝫ ſol ⁊ luna ſpacio vni' diei. nec ātea nec poſtea fuit tam lō

Additio.
Sub ezechia. qnqꝫ hoꝝ addite ſt. hic vn' dies. m.iij.

De ſtatiōe ſolis ⁊ lune ad preces ioſue. iiij. Reg. xx.a. ⁊ Eſa. xxxviij.b.

ga dies. Uſqꝫ ꝓ reges abſcōde
rūt ſe i ſpelūca vrbꝫ maceda. Prece
pitqꝫ ioſue ſocijs ſuis ⁊ ait. Uolui
te ſaxa ad os ſpelunce ⁊ apponite
cuſtodes: vos autē perſequimini
hoſtes. Ceſis itaqꝫ aduerſarijs pla
ga magna: redijt exercitus ad io-
ſue in maceda: vbi tunc erant ca-
ſtra ſana ⁊ integro nūero. Et ait
ioſue. Producite quinqꝫ reges de
ſpelūca. Quibꝰ eductis: dixit ad
pricipes exercitus. Ponite pedes
ſuper colla regum iſtorū ne timea
tis. Si faciet dominus cunctis ho
ſtibus veſtris. Quo facto ſuſpen-
derunt reges in patibulis. depoſi-
toſqꝫ ad veſperam ꝓiecerunt i ſpe
luncā in qua latuerāt: ⁊ poſuerūt
ſuper os eius ſaxa in tumulum ſē-
piternum. Eadem die percuſſit
madā ⁊ regem eius in ore gladij.
Poſtea vero vaſtauit lebnā ⁊ la-
chim. eglon quoqꝫ et hebron ⁊ da/
bir. et reuerſus eſt cum omni iſrae
le ad locum caſtrorum in galgala.

¶ De. xxiiij. regibus percuſſis a
ioſue. Cap. x.

A Ioſue. xi.

QUod cum au-
diſſꝫ iabin rex aſor mi
ſit ad omnes reges cir
cunſtātes. Egreſſiqꝫ
ſunt vigintiquattuor reges cum
turmis ſuis habentes ſecum trecē
ta milia armatorum. ⁊ duo milia
curruū conuenerunt ad aquas me
ron alʼs meroy. vt pugnarent con
tra iſrael. Dixitqꝫ dominus ad io/
ſue. Ne timeas eos: cras tradaꝫ ti
bi omnes vulnerandos. equos eo
rum ſubneruabis: ⁊ currus igne
combures. Factumqꝫ eſt ita. Per
cuſſeruntqꝫ omnes filij iſrael: pre/
ter eos qui in ciuitates munitiſſi/
mas ſe receperunt. Fecerant enim
ſibi chananei plures munitiones
preualidas a die qua audierant
egreſſum iſrael ab egypto aduer/
ſum ſe. nec eas niſi longo tempo-
re ⁊ graui labore obtinuit iſrael.
Uaſtauit tamen vniuerſam circa
regionem: nulli etati hominum
parcens aut ſexui. ditatuſqꝫ eſt ſu
pra modum ex hoſtium preda.

¶ De altari in hebal. et prima di-
ſtributione terre.

Capitulum. xi.

QUintus iam
annus tranſierat ⁊ trā
ſtulit ioſue locum ca-
ſtrorum in ſylo. ⁊ ibidem tranſtu-
lit tabernaculum cum omni orna-
tu ſuo pro loci opportunitate. Et
inde proceſſit in ſichem cum om-
ni populo. et conſtituit in monte F Ioſue. viij.
hebal altare domino de lapidibus
impolitis: obtulitqꝫ ſuper eo holo
cauſta ⁊ pacifica. Scripſitqꝫ ſuper
illud deuteronomium. quod qui-
dam intelligunt mandata tantum
deuteronomij. Poſuitqꝫ mediam
partem populi ſui ſuper montem
hebal cum ſacerdotibus ⁊ leuitis:
alteramqꝫ mediam in montem gaza
rim: cum ſacerdotibus ⁊ leuitis.
Et acclamauerunt ſibi alternatim
benedictiones ⁊ maledictiones ſi-
cut mādauerat illis moyſes. Por
ro ioſephus tradidit maledicta et
benedicta in altari conſcripta reli
quiſſe. Quo facto redierūt i ſylo. D
Conceſſit autem ioſue tribui iuda Ioſue. xv.
montana ad meridiem que iā ad-
quiſierant ſed nondum ſorte tradi-
dit. Effraim quoqꝫ conceſſit mon-
tana ad aquilonem. inter vtrumqꝫ
mediam tribū manaſſe collocans.
His tribubus commiſit terram:
alijs i caſtris manētibus. tū quia
bellicoſe erant. tum quia dignio-
res. Sciebat enim iude regnuꝫ eē
promiſſuꝫ. ⁊ manaſſe ⁊ effraim be
nedixiſſe iacob ꝓ bñficio Joſeph
patris eorum. Sed ipſe quoqꝫ io-
ſue effraita erat. dedit autem affra
im extra ſortem aliorum agrum ſi
chem quem dederat iacob ſingula
riter ioſeph filio ſuo: ⁊ ſepeliuit in
eo oſſa ioſeph. Hieronymus tamē

teſtatur ſe vidiſſe in ſichem ſepulcra aliorum vndecim patriarcharum. ⁊ credibile eſt ꝙ quecꝫ tribꝰ ſuum patriarcham retulit in ſuã ſortem.

¶ Qꝫ ebron data eſt caleph.
Capitulum.xij.

B
Ioſue.xiiij

RECESSIT autẽ caleph filius iephone ad ioſue corã omni populo. Et ait. Noſti ꝗ locutꝰ ſit dominus de me ⁊ de te ad moyſen. ⁊ ꝙ iurauit mihi moyſes in reditu ab exploratione dicens. Terra quã calcauerit pes tuꝰ erit poſſeſſio tua ineternum. Pollicituſqꝫ eſt mihi dñs terram in qua inuenimus enachim te audiente. Quadraginta ⁊ quinqꝫ anni ſũt exquo locutus eſt dñs verbum hoc. ⁊ hodie.lxxxv.annorum ſum. ſic valẽs vt eo tẽpore valebã. Benedixitqꝫ ei ioſue ⁊ tradidit ei ebron in poſſeſſionem. ⁊ quieuit terra a prelijs.

¶ Quomodo ioſue ſorte diuiſit terram decem tribubus.
Capitulum.xiij.

Hic cõplentur plura capitula vt patꝫ.

ITERUM conuocauit ioſue eccleſiã in ſylo: ⁊ ait Senui bonum eſt vt terram quã promiſit nobis dominus ſorte diuidamus. Et aſſumpſit de ſingulis tribubus tres induſtrios viros ad cõſiderãdam terrã: deditqꝫ eis decem viros metiendi peritos: ꝗs ꝓpter artẽ veritas non lateret. mãdans eis ne ſm̄ quãtitatem terraꝫ metirentur. Sed ſecũduꝫ eſtimationem felicis terre ⁊ que minus eſſet idonea. Nã ſepe pluris ſunt decem iugera ꝗ̃ centũ. ⁊ ꝙ in ſcriptis redigerent terre diuiſionem.

Viri aũt circũeuntes terrã ⁊ eſtimantes ſeptimo menſe reuerſi ſũt ad eum in ſylo. ꝓiectiſqꝫ ſortibus: prima ſors iude egreſſa eſt. ſecunda ſymeonis. tertia beniamin. Hec ſors anguſtiſſima fuit ꝓpter terre fertilitatẽ. Tulerunt enim hiericho ⁊ hieroſolymam. Quarta effraim. quinta medietati manaſſe. ſexta iſachar. ſeptima zabulonitꝫ. octaua aſeritis. nona neptaliꝫ. vltima danitis. Et notandum ꝙ ſm̄ conceſſionem terre prius factam duabus tribubus ⁊ dimidie. ⁊ traditionem poſtea factam ſm̄ ſortes nouem tribubꝰ ⁊ dimidie. Varie quandoqꝫ loquuntur auctores. Legitur enim ꝙ iudas habuit terraꝫ ſine ſorte. ⁊ ꝙ obtinuit hieruſaleꝫ. nec potuit inde eijcere iebuſeum. que de conceſſione dicta ſunt. Alibi legitur ꝙ beniamin poſſedit hieruſalem: quod de traditione dictũ eſt. ¶ Iterum legitur ꝙ ioſue locutus eſt ſeptem tribubus dicens. Uſqꝫquo torpetis ignauia. Date mihi viros qui diuidant vobis terram. Cũqꝫ hoc omnibus dixiſſet: ſeptem tantuꝫ legitur hoc dixiſſe. quia due tribus ⁊ dimidia terram conceſſam quaſi traditam poſſidebant. Inde eſt ꝙ hoc nomẽ iudea diuerſis modis accipitur. Quandoqꝫ dicit̃ iudea tota terra ꝓmiſſionis. ⁊ tunc a iudeis dicitur. ſm̄ quod dicitur pompeius iudeã feciſſe tributariam. quandoqꝫ iudea tantum regnum iuda: vt ibi. Audiuit Ioſeph ꝙ archelaus regnaret in iudea. Quandoqꝫ pro ſola ſorte iude: vt ibi. Iudea ⁊ hieruſalem id eſt ſors iude ⁊ beniamin Si ergo circa hoc ſibi obloqui videntur auctores. determinandum eſt ſm̄ terram ꝯceſſam vel traditã. Nam iudas et effraim maiorem habuerunt conceſſam vel traditam. ¶ So-

A
Jo.xviij.

D
Math.ij.

Additio.
Potuit eſſe vt nunc eſt ꝙ in eadem ciuita-

li autem duo io ſue et caleph qui priuilegiati ſine ſorte terram habuerũt. Caleph ebrõ habuit Joſue ramnatha vel tãna ſara: et etiã ſichem ſcd̃m ioſephum. Hanc partem elegit ſibi ioſue poſt diſtributionem omnibus factam tanq̃ bonus diſpenſator. ¶ Sed et leuitis

te diuerſi habuerũt quod ſui iuris erat. quod fere in ſingulis videmus fieri.

A Joſue. xxi. ſeparauit quadraginta et octo ciuitates ad inhabitãdum quarum decem prius acceperant in amorrea. De reliquis trigintaocto tres conſtituit ciuitates refugij. ebron de iuda. ſichim ex effraim. de neptali cedes. ¶ Tunc locuti ſunt filij ioſeph ad ioſue. Cur dediſti nobis

D Joſue. xvij. quaſi poſſeſſionẽ vnius funiculi: cũ ſimus tante multitudinis. Reſponditq̃ ioſue ad effraim et manaſſe. Populus multus es et fortis. non eris contentus ſorte tua. ſed tranſibis ad montem: et poteris vltra terminos terre promiſſionis procedere: et parare tibi locũ.

¶ De irriguis axe datis a patre caleph. Capitulum. xiiij.

D Joſue. xv. E O tẽpore aſcẽdit caleph in terram ſibi traditam: et percuſſit in ebron tres filios enach. et aſcendens inde obſedit ciuitatẽ dabir: q̃ prius vocabatur cariathſepher. id eſt ciuitas litterarũ. Ciues enim eius ſcriptores erant.

D j. para. vj. Quam cum inueniſſet munitã ait. Qui prim⁹ percuſſerit vrbẽ hãc et ceperit dabo ei axam filiã meam vxorẽ. Cepit ea. et cepit eam othoniel fili⁹ cenez frater caleph iunior eo. Erant autẽ vterini fratres tantũ. Nam ille filius iephone: iſte vero filius cenez dicitur. niſi forte pater eorum binomi⁹ fuerit. Dedit ita q̃ caleph filiam ſuam axam fratri ſuo in vxorẽ. Que cum pergeret cum viro ad vrbem traditam ſibi. ſuaſa ẽ a viro ſuo vt peteret a patre ſuo agrum in conuallibus. Suſpirauitq̃ et fleuit vt ſedebat in aſino.

Cui caleph. Quid habes inquit. At illa. Da mihi benedictionem. Terrã arentem. dediſti mihi: iunge et irriguam. Deditq̃ caleph ei irriguum ſuperius et irriguũ inferius. id eſt agros irriguos circa ciuitatem ab oriente et occidente.

Additio.
In paralippomenõ dicitur ebron cariotharbe rim. id eſt ciuitas ſiluarum. vl cariathbaal. id eſt ciuitas muſcarum vel virorum.

Additio.
Hec nota determinat obiectionem que de eo fieri poteſt. et caleph obuiabat legi iã date dãdo fratri nepoti ſuo filiam ſuã.

Additio.
Nota q̃ caleph maluit ſuarevotum ſuum q̃ legem: que interdicit matrimonium cum filia fratris niſi forte lex intelligatur de filia fratris ex patre.

Additio.
lxx. Redemptionem excelſarum et redemptionẽ humilium. ſubaudi fluentorũ.

¶ De reditu duarum tribuum et dimidie. Capitulum. xv.

A Joſue. xxij. E Odẽ tẽpore cum iã quartuſdecimus tranſiſſet annus: dixit ruben ioſue et gad et dimidie tribui manaſſe. Feciſtis que precepit vobis moyſes famulus dei. Et q̃ dedit dominus fratribus veſtris quietem. reuertimini ad terrã poſ

ſeſſionis veſtre.ita duntaxat vt cu
ſtodiatis legeʒ dei: ⁊ colatis eos:
nec eatis poſt deos alienos. quia
arcam ⁊ tabernaculum non habe=
bitis. Fratres ſumus et ſerui vni=
us dei: licet interiecto flumine ſe=
paremur. In multa ſubſtantia re=
ditis: diuidite eam cum fratribus
qui remanſerunt. Qui reuerten=
tes venerũt ad tumulos iordanis.
Sic enim dictus eſt locus per quẽ
tranſierunt. alius per quem tran=
ſierunt filij iſrael dicitur vada ior=
danis. ¶ Et edificauerunt iuxta — De altari mire magnitudinis.
iordanem altare infinite magnitu
dinis: vocantes hoc nomine illud.
Teſtimonium noſtrum ꝙ domi=
nus ipſe eſt deus. Videturqꝫ Io=
ſephus velle ꝙ altari ſuper inſcri=
pſiſſent illud. Cumqꝫ rediſſent ad
propria nunciatum eſt ioſue ⁊ his
qui remanſerant de edificatione
altaris. et arbitrati ſunt illos ere=
xiſſe illud: vt immolarent ſuper eo
victimas. quod non licebat niſi ſu
per altare quod ſtatuerat deus an
te tabernaculum. Cumqꝫ arripuiſ=
ſent arma vt delerent eos de conſi
lio: miſſus eſt ad eos phinees ⁊ de
cem honorati cum eo: qui dixerũt
ad eos. Que eſt iſta trãſgreſſio.
Cur reliquiſtis deum iſrael ⁊ cul=
tum eius: edificantes vobis alta=
re ſacrilegum. At illi reſponde=
runt. Abſit a nobis hoc ſcelus. a=
lioquin deus ipſe querat et iudi=
cet. Sed timuimus ne cras dice=
rent filij veſtri filijs noſtris. quid
vobis ⁊ nobis. Quid vobis ⁊ do=
mino deo iſrael. Terminum po=
ſuit dominus inter nos et vos.
Quãobrem memoriale hoc erexi=
mus in ſignum: quoniam fratres
veſtri ſumus et deicole vobiſcum.
His auditis placat⁹ eſt phinees.
Et cuʒ retuliſſet verba hec ad om
nem populum laudauerunt deuʒ.
¶ Hoc videtur quibuſdam factũ — A Iudicuʒ.ij.
eſſe quod legitur in libro iudicuʒ.
ꝙ angelus domini tranſierit de
galgala ad locum flentium. Sed
quia potius videtur. Auguſtino
hoc factũ eſſe poſt mortem ioſue.
non enim auſi fuerunt filij iſrael
eo viuente aperte recedere a deo.
nos illud loco ſuo explicabimus.

¶ De federe quod ſtatuit popul⁹ ad deum. Capitulum. xvi.

Euoluto autem mul= — A ioſue.xxiiij.
to tẽpore cõ
gregauit io
ſue omnem
iſrael i ſichẽ.
et ait. Ego
hodie ingre
dior viam vniuerſe carnis. et ſcio
vos pronos ad irritandum deum.
Eligite hodie quod placet: cui po
tiſſimum ſeruire debeatis. vtrum
dijs quibus ſeruierunt patres no=
ſtri in meſopotamia. an dijs amor
reorum in quorum terra habitatis.
ego autem et domus mea ſerui=
mus domino. Et ait populus.
Domino ſeruiemus: abſit vt ab eo
recedam⁹. Et dixit ioſue. Teſtes
vos eſtis quia hodie elegiſtis vo=
bis dominum. Et reſponderunt.
Teſtes ſumus. Et aſcenderunt in — De diuerſo pploꝝ federẽ
ſylo: vt ſtarent coram domino.
Percuſſitqꝫ populus in die illa fe
dus cum domino: ⁊ in ſignum fe=
deris effudit ioſue aquam ſuper
terram. Mos erat gentibus in ſi=
gnum ⁊ robur federis initi ſangui
nem ſuillum effundere. quaſi dice=
ret. Sic effundetur ſanguis illius
qui violauerit hoc fedus. Hebrei
vero aquam fundentes: atrociorẽ
penam in violatorem iudicabant.
Alij enim liquores non effundun=
tur de vaſe. quin aliquod veſtigiũ
ſui in eo relinquant. Solus aque
liquor prorſus effunditur. Quod
faciebant hebrei in federe inito cũ
domino. q. dicerent. Non ſolum
violator huius federis peribit: ſi=
cut in alijs fit federibus. ſed tota

progenies eius peribit cum eo: vt nullum veſtigium eius appareat
F
ioſue. xxiiij
ſuper terram. ❡ Scripſitq; ioſue in die illa verba hec in volumine legis dei. id eſt in libro hoc ⁊ tulit lapidem pergrandem. poſuitq; eum ſubter quercum que erat ante ſanctuarium domini: ⁊ ait. En lapis iſte erit vobis in teſtimonium. Solebãt enim veteres huiuſmodi durabilia erigere: vt ſui diuturnitate poſteris initum fedus in memoriam reuocarent. Dimiſitq; ioſue populum ſingulos in poſſeſſionem ſuam.

❡ De morte ioſue et eleazar. Capitulum. xvij.

G
ioſue. xxiiij
POſt hec mortuus eſt ioſue: cũ eſſet centum ⁊ decem annorum. Quadragintaquattuor annorum erat cum acceſſiſſet ad moyſen ⁊ quadragita annis ſeruiuit ei in deſerto. Ex quo colligitur q̃ viginti ſex annis rexit populum trans iordanẽ. ⁊ ſepelierunt eũ in tamnaſſara que ſita eſt in monte effraim. Eleazar quoq; mortuus eſt. ⁊ ſepelierũt eum in gabaa finees ⁊ filij eius. que data eſt ei i monte effraim: qui ſucceſſit patri i ſacerdotium.

Additio.
Gabaa finees poteſt eẽ nomẽ ciuitatis a finees ibi ſepulto. vł poſſunt eſſe due dictiones.

❡ Incidentia.

❡ In diebus ioſue erictoni⁹ primus iunxit quadrigam in grecia. erat quippe apud alias nationes. Buſiris tyrannidem exercuit i hoſpites. phenix et cathmus de thebis egyptiorum in ſyriam profecti. in regione tyri ⁊ ſidonis regnauerunt. Sed cathmo recedẽte in greciam terra a phenice phenica dicta eſt. Europe filie phenicis iupiter mixtus eſt. Danaus p quinquaginta filias quinquaginta filios egiſci fratris ſui interfecit: vno tantum ſuperſtite qui regnauit poſt eum.

❡ Explicit liber Ioſue.

❡ Incipit hiſtoria Iudicum. Capitulum. .j.

Quomodo iudas pugnauit contra chananeum. ca. ij.
De cineis ⁊ trãſgreſſiõe ppli. c. iij
De loco flentiũ in galgalis. ca. iiij
De othoniele populi liberatore / ⁊ eius morte. ca. v.
De aioth ⁊ ſangar liberatoribus iſrael. ca. vj.
De delbora pph etiſſa ⁊ Barach. Syſara. Iahel. ⁊ Iabi. ca. vij.
De alio miſſo / ⁊ de gedeone. c. viij
De abimelech qui occidit. lxx. fratres. ca. ix.
De thola. duce iſrael. ca. x.
De iair galaadite ⁊ morte ei⁹. c. xj
De pena filiorum iſrael et de iepthe. cap̃. xij.
De abeſſan duce iſrael. ca. xiij
De ahilon duce. ca. xiiij.
De abdon duce ca. xv.
De ſamſone. ca. xvj
Quomodo ſamſon accepit vxorẽ ⁊ quomodo interfecit leonẽ. c. xvij
Quomodo interfecit multos cum mandibula aſini. cap̃. xviij.
Quomodo tandem deceptus fuit ſamſon. ca. xix
Incidentia. ca. xx.
De micha ⁊ ei⁹ ſacerdote. ca. xxj.
De vxore leuite. ca. xxij
De ruth cuius liber expeditur in vnico hoc capitulo videlz. c. xxiij.

❡ Incipit hiſtoria iudicum. Capitulum. j.

LIber iudicũ hebraice ſophim dicitur. q̃ iudices deſcribit vſq; ad heli ſacerdotẽ. ⁊ ob hoc dicit̃ iudicũ tanq̃ materia. Videt̃ tñ q̃ Prefatio.

buſdam ab autoꝛib⁹ ſic noīat⁹. vt qͥſſ chronice ſcribēdo qſq; iudicu3 tp̄s ſuū in actis redegerit. Quis aūt i vnū cōpegerit dubiū eſt. Dicunt qdā3 ꝙ ſamuel. alij ꝙ eſdras. Veriſimili⁹ videt̄. ꝙ ezechias qui parabolas ſalomonis ꝛ libꝛū regū in vnū collegit. Si qͥrit̄ qͣre ioſue ꝛ moyſes īter iudices nō annūerētur. dicim⁹. qꝛ nō ſolū iudicauerūt pplm. ſed ꝛ rexerunt. Ceteri vero nil iuris in populo habuerūt: niſi ꝙ in tribulationibus ſuis cōſilio ꝛ prudentia eoꝛū popul⁹ vtebatur.

¶ Quomodo iudas pugnauit cōtra chananeum. Capitulum .ij.

A Jud.j. Et factū ē poſt moꝛtē ioſue ꝯſuluit populus dn̄m per finees. Quis aſcēdet aū nos contra chananeū. ꝛ erit dux belli. Et dixit dominus. Judas. Nō ꝑſonā ſed tribū deſignās. Creditur tamē caleph ꝑfuiſſe poplo. ſꝫ pꝛo modicitate tempoꝛis nec rectoꝛib⁹ nec iudicib⁹ annumeratus eſt. Et ait iudas ſimeoni. Aſcēde mecū i ſoꝛtē meā ꝛ pugna ꝯtra chananeum. ꝛ ego pergā tecū in ſoꝛtē tuā. Nō tamen legitur ſimeō ꝓpriā poſtea habuiſſe ſoꝛtem. ſed adheſit iu-
B Geñ.xlix. de vt impleret̄ qđ ꝑdixerat iacob de ſimeon ꝛ leui. Diuidā eos i iacob. ꝛ diſpergā in iſrael. Aſcenderūtq; Judas ꝛ ſimeon in beſech. ꝛ ꝑcuſſerūt in eo decē milia viroꝝ. Cōpꝛehēdentesq; adonibeſech. i. dn̄m beſech: adonay eīm dn̄3 ſonat ſciderūt ſummitates manuū ꝛ pedū eius. Hebre⁹ tamē ſermo videtur ſonare pollices. Quib⁹ ceſis nō eſt idone⁹ hō ad arma ferenda. Et ait adonibeſech. Merito patioꝛ hoc. id tꝑm eīm fecerā ſeptuaginta regib⁹ q colligebāt ſub mēſa mea ciboꝝ reliquias. Et aſcendentes in hieruſalē ꝑcuſſerūt ea3: tradētes incēdio ꝛ reliquerūt ibi adonibeſech: ꝛ moꝛtuus eſt. Nec i-

telligendū eſt. ꝙ filij iſrael tūc habuerunt hieruſalē in ditiōe ſua expulſo iebuſeo. Hoc eni factū non eſt vſq; ad tempoꝛa dauid. qui expulſis iebuſeis ſedit i ea. ꝛ trāſtulit eam de beniamin in ſoꝛtē regū. Hoc videtur a quibuſdā recapitulando dictū ꝛ factū eſſe viuente ioſue ante diſtributionē ſoꝛtiū. quādo conceſſam ſibi iudas habebat hieruſalem. ꝛ totū recapitulando dictū vſq; ibi. Et ſurrexerunt alij qui nō nouerant dn̄m. Alij tradūt eo oꝛdine dictū eē quo factū. ꝛ ibi demu3 inchoant recapitulationē. C.B. Joſue. xv

dimiſit ergo populū. ꝛc. Aſcēdit et caleph in ebꝛon terrā. ſcꝫ gigantu3 ꝛ percuſſis hoſtibus pleni⁹ poſſedit eam. Et recapitulat hic hiſtoꝛia3: qđ ſupꝛa diximus factū in ariathſepher. Cepitq; iudas gazam et aſcalon ꝛ acharon cū finibus ſuis. Nec potuit delere habitatoꝛes vallis. quia falcatis curribus abundabant.

Additio. Hoc etiam vult Aug⁹ oꝛdie ſuo dictū in ioſue ꝑ occupatum.)

¶ De cineis ꝛ tranſgreſſione populi. Capitulum .iij.

Filii autem iethro cinei cognati moyſi aſcenderūt de ciuitate palmarū cū filijs iuda in deſertū ſoꝛt⁹ ei⁹ qđ eſt ad meridiem. Iſti ſunt filij iobal fratris ſephoꝛe. vxoꝛis moyſi. q relicto patre ꝛ patria ſecut⁹ eſt moyſen. ꝛ deinceps habitauit i medio filioꝛu3 iſrael. Ciuitas aūt palmaꝝ dr̄ hic engaddi. Vel qꝛ hiericho ſic ſolet appellari. et foꝛte de campeſtrib⁹ eius vbi erant cum beniamin trāſtulerunt ſe ad iudam. Beniamin autem poſt iudam aſcendit in hieruſalem. Hinc putant quidam eā fuiſſe communem. Nec potuit eijcere iebuſeum. ſed ꝑmiſit eu3 habi- D Judicu3.j.

tare ſecū in tributo. Effraim quoqꝫ aſcendit in bethel. que prius vocabatur luza. Videnteſqꝫ hominē egredientē de obſeſſa ciuitate dixerunt ei. Oſtende nobis introitum ciuitatis. ⁊ faciemus tecum miſericordiam. Quo oſtēdente. ꝑcuſſerunt eam. hominē vero ⁊ domum eius dimiſerunt. Qui tranſiens ī terram ethim. edificauit ibi ciuitatem ⁊ vocauit eam luzam. Nec deleuit effraim chananeū. ſed paſſus eſt eum viuere ſub tributo. Similiter ⁊ relique tribus cū eſſent confortate. maluerunt eos habere tributarios ꝙ delere tranſgredientes mandatum domini. ⁊ conuerterunt ſe ad agriculturas. Qui ad diuitias ſe tradentes. per epulas ⁊ libidinem iam imbelles facti in cōuerſatione legum integri non erant.

¶ De loco flentium in galgalis.
A Judicū. ij. Capitulum. iiij.

Angelus autē domini appuit ī galgala. ⁊ cū cōueniſſēt filij iſrael ad eū de finibus ſuis tranſtulit ſe ad alium locum. ⁊ inſecuti ſunt eum. Cunqꝫ īproperaſſet eis dn̄s ꝑ angelū beneficia que eis contulerat addidit Cur in iſtis fedus cum habitatoribus terre huius. ⁊ reſeruatis aras eorū. ⁊ noluiſtis audire vocē meā. Quāobrē dij eorū erunt vobis in ruinā. Hec angelo loquēte eleuauerūt vocem ſuam ⁊ fleuerunt. et vocatū eſt nomen loci illius locꝰ flentium. cognominatus ab euentu. ſicut galgala collis ꝑputiorū. Jmmolaueruntqꝫ ibi hoſtias dn̄o Porro hic recapitulat hiſtoriam de ioſue ad cōtinuandam ordinis ſeriem dicens. Dimiſit ergo ioſue populū. ⁊ abierūt filij iſrael vnuſquiſqꝫ in poſſeſſionem ſuam. ſeruieruntqꝫ dn̄o cunctis diebus ioſue ⁊ ſeniorū qui poſt eū vixerunt. ⁊ nouerunt opera domini que fecerat cum iſrael. Mortuus eſt aūt ioſue ⁊ omnis generatio ſeniorū ꝯgregata eſt ad patres ſuos.

¶ De othoniele populi liberatore ⁊ eius morte.
Capitulum. v.

Surrexerūt alij qui non nouerunt dominum id eſt. nō diligerant virtutes eius. quas fecerat eis in exitu de egypto in deſerto ⁊ in ingreſſu terre ꝑmiſſionis. Feceruntqꝫ malum ī conſpectu domini. et ſeruierunt baal et aſtaroth. ⁊ dijs terre: contraxeruntqꝫ coniugia cum alienigenis. Quāobrē indignata diuinitas. non deleuit gentes de medio eoꝝ. vt eſſent eis in aculeū ⁊ laborem. Et tradidit eos dominus in manibus chuſan raſathaim regis meſopotamie ⁊ ſyrie. Seruieruntqꝫ eis octo annis. ⁊ clamauerunt ad dn̄m qui ſuſcitauit eis liberatorē othoniel. fratrem caleph. quē ioſephus cenez vocat. quaſi equiuocum patri. Et dicitur cenez quaſi cenezeꝰ a loco. Et fuit dominus cum eo. ⁊ pugnauit aduerſus cuſan raſathī. ⁊ oppreſſit eū ⁊ quieuit terra quadraginta annis. Et mortuus eſt othoniel. Hic dicit ioſephus occiſionem in beniamin factam ꝓ vxore leuite. quod nos infra ponemꝰ ſequentes ordinem huius libri. Et nota ꝙ hebrei ſub hoc numero comprehenderunt annos ſeruitutis ⁊ quietis ⁊ ſimiliter ſub alijs iudicibus. Aliter non ſtaret hiſtoria.

B.C.D. Judicū. ij.

A.B. Judi. iij.

¶ Incidentia.

¶ In diebus othoniel Cadmus regnauit thebis. ex cuius filia ſemele natus eſt dionyſius liber pr. Bithinia ꝯdita ē a phenice. q̄ phenicibꝰ q̄ſdā tradidit litteras ⁊ ad

Incidens ē non de biblia.

ſcribendum vermiculum inſtituit.
Unde ⁊ color ille phenice⁹ dictus
eſt. qui poſtea littera mutata puni
ceus dicit̄. Ephira que nunc corin-
thus dicit̄ a ſyſipho condita eſt.
Minos filius europe regnauit in
creta.

¶ De aioth et ſangar liberatori-
bus iſrael. Capitulum. vj.

B Judi.iij.

ADdiderūt au-
tē filij iſrael facere ma
lum in cōſpectu domi
ni. Qui ſuſcitauit ad-
uerſus eos eglon regem moab. et
copulauit ei filios amō ⁊ amalech.
Qui tranſiens iordanem percuſ-
ſit iſrael. ⁊ poſuit idola ſua in gal-
gala. ⁊ fecit ſibi domū in vrbe pal
marū. id eſt hiericho: ⁊ ſeruierunt
ei filij iſrael decem ⁊ octo annis. ⁊
clamauerunt ad dominū. Qui ſu
ſcitauit eis ſaluatorem. aioth. filiū
gera filij gemini Qui vtraqꝫ ma-
nu vtebat̄ p dextera. Geminum q̄
dam dicunt fuiſſe quendam vilem
in beniamin. q̄
poſteris ſuis ſe-
D j.Regū.xvj pe legitur ipro-
perat⁹ ob igno-
minias. Hebrei
tradunt hūc fu-
iſſe beniamin.

Additio.
In regum vbi i
cipit ageṙ d̄ ſaul
dicitur vir fortiſ
robore. ob hoc
quidam putant
dictum geminū
quaſi binomiū.

Et quaſi per an
tereſim. vbi nos
ponimus gemi-
nus. ipſi ponunt iemin quod ſonat
dextrarium vel dextrale qui latine
geminus dici poſſet. quia gemina
tur cum trahente. niſi geminus a
iemin. per. J. conſonantem ſcribe
retur. Dicitur autem a iamin pro-
prie ieminus. ſicut a dextra dextra
C Jud.iij. rius. Miſerūtqꝫ filij iſrael p aioth
munera eglon regi q̄ fecit ſibi gla-
dium ancipitem longitudinis pal
me manus ⁊ accinctus eſt eo ī dex
tro femore ſubter ſagum. quod ē
quadrate forme militare indumen
tum. Erat autem eglon craſſus ni
mis. Cumqꝫ obtuliſſet ei munera.
proſecutus eſt ſocios qui cum eo
venerunt. ⁊ reuerſus eſt ad regem
⁊ ait. Uerbum ſecretum habeo ad
te o rex. Egreſſiſqꝫ omnibus qui
cum eo erāt. acceſſit ad eum aioth
et ait. Uerbum domini habeo ad
te. quod intelligendum eſt de ſom
nio ex mandato domini. Qui ſta-
tim ſurrexit de throno. Extendit-
qꝫ aioth manum ſiniſtram. ⁊ tulit
ſicam de dextro femore. ⁊ infixit eā
in ventrem eius valide nec eduxit
eam ſed reliquit in corpore. Ipſe
vero clauſis diligenter hoſtijs ce-
naculi. per poſticum egreſſus eſt
⁊ aufugit. Serui autē regis poſt
longam moram intrantes. inuene
runt eum mortuum ⁊ iacentem in
terra. Uenitqꝫ aioth in ſayrat. ⁊ i-
ſonuit buccina in monte effraim. ⁊
deſcenderunt cum eo filij iſrael ad
vada iordanis que tranſmittunt ī
moab. Et volentes tranſire moa-
bitas percuſſerunt circiter decem
milia. ⁊ humiliatus eſt die illa mo
ab ſub manu iſrael. et quieuit ter-
ra. lxxx. annis. Et mortu⁹ ē aioth.
Et tunc de philiſteis volentibus
intrare terram iſrael ſangar occi-
dit ſexcentos viros vomere vno.
Ipſe quoqꝫ defendit iſrael. et eo-
dem anno vitam finiuit.

¶ Incidentia.

¶ In diebus aioth. cyrene ciui-
tas condita eſt in libya. ⁊ triptole Incidēs eſt
mus longa naui veniens eleuſim. ⁊ non de bi-
frumenta ibi diſtribuit. Proſer- blia.
pinam rapuit rex moloſorum or-
chus. cuius ingens canis cerber⁹
pirithoum deuorauit. qui cū the-
ſeo ad raptum proſerpine venerat
Sed ⁊ theſeum deuoraſſet. niſi her
cules ſuperueniens eum liberaſſet
Frixus ⁊ helles inſidias nouercu-
las euaſerūt in naui. cuius inſigne
fuit aries. In dardania regnauit
tros a quo troiam conditā ferūt.
Perſeus occidit gorgonem mere
tricem. que ob nimiā pulcritudi-

nem ſpectatores ſuos mentis im=
potes reddebat. Dionyſius in in=
dianiſam condidit. ⁊ a ſuo nomine
eam appellauit.

¶ De delbora prophetiſſa et ba=
rach / ſyſara / iahel ⁊ iabin. Ca. vij.

A
Judicū. iiij — Post mortem
aioth addiderunt filij
iſrael facere maluʒ co
ram domino. Qui tra=
didit eos in man⁹ iabin regis cha
naan . qui regnauit in aſor et ha-
buit ducem exercitus ſui ſyſaram.
Ipſe autem habitabat in aſeroth
gentiuʒ que ſic dicebatur. quia nō
ab vno populo. ſed a multis colle-
ctis gentibus habitabatur . ⁊ op-
preſſit filios iſrael per viginti an-
nos. Qui clamauerunt ad domi=
num. Erat autem delbora prophe
tes vxor lapidoth. que poſuerat tē
torium ſuuʒ in monte effraim ſub
arbore palme. que dicebatur pal=
ma delbore. ⁊ aſcendebant ad eam
filij iſrael in omne iudicium. Que
vocauit barach filium abinoe de
cedes. alias cades de neptali. Mu
lier enim itura ad preliuʒ vocauit
virum ſuum . qui ſupradictus eſt
lapidoth. Creditur eniʒ fuiſſe idē
barach ⁊ lapidoth. quia eadeʒ eſt
vtriuſqꝫ nominis interpretatio.
Interpretatur enim vtrunqꝫ coru
ſcatio. delbora vero hebraice apis
Que dixit ad eum. Precepit tibi
deus iſrael. Duc exercitum in mō
tem thabor decem milia de nepta
lim ⁊ zabulon. ego tradam ſyſarā
in manum tuam iuxta torrentem
cyſon . Cui barach. Niſi veneris
mecum nō pergaʒ. Qui ait. Ibo.
ſed victoria tradetur in man⁹ mu-
lieris. Nunciatū eſt ſyſare. ꝙ aſcē
diſſent delbora et barach in mon-
tem thabor ad pugnanduʒ. Et cō
gregauit exercitum ad torrentem
cyſon . trecenta milia armatorum
vt ait ioſephus . et decemmilia e=
quitum. et nongentos currus fal=
catos. ⁊ alios currus duomilia et
centuʒ. Et ait delbora ad barach.
Deſcende. hac die dabit tibi domi
nus ſyſaram in manus tuas . Et
deſcendit cum decem milibus. del
bora ſtante in monte ad orationeʒ.
Et perterruit dominus ſyſaram ⁊
vniuerſam multitudinem eius.
Uentus grando et pluuia irrue-
runt in facies eorum. arcus ⁊ fun=
dibule inutiles fiebant . plurimi
de equis ſuis et curribus excuſſi
conterebantur. Sicqꝫ conuerſo in
fugaʒ exercitu ſyſara de curru exi=
liens: ⁊ fugiens. peruenit ad tento
riuʒ iahel vxoris abner cinei. Ab-
ner enim cum omni domo ſua re=
ceſſerat a fratribus ſuis . qui habi
tabat vt diximus in ſorte iude ⁊ te
tenderat tabernacula ſua in valle
ſemyim iuxta cedes . et erat fedus
inter regem aſor ⁊ domum abner
cinei. Porro iael ſuſcepit fugien-
tem et rogantem vt celaret eum.
et petenti poculum dedit et lac vt
grauius obdormiret. Illa vero
dormienti clauum ferreum percuſ — Mors ſiſare
ſum malleo per vtrunqꝫ tempus
immiſit vſqꝫ in terram. Et barach
poſt paululum venienti oſtendit
eum in terra confoſſum. Et ſic im
pletum eſt quod dixerat delbora.
ꝙ per mulierem triumphus acci=
deret Barach vero agens exerci-
tum ſuper aſor obuiam venienteʒ
iabin interfecit. ciuitatem fundi= — Jabī morit
tus eyciens . vt ait Joſephus.

¶ Cecinerūtqꝫ delbora ⁊ barach — A
canticum domino. in quo hortan= — Judi. v.
tur victores ad benedicendum de-
um. rememorando beneficium qđ
fecerat dominus iſraeli dum da-
ret legem in terremotu et pluuia.
addendo et quomodo per ſangar
vt diximus quieuerunt hoſtes a
ſemitis iſrael et quomodo defece-
rat fortitudo iſrael . donec ſurge-
ret delbora. quando noua bella ele
git dominus . vt mulier de viris
triumpharet. Quod ſequitur in

cantico . ſurge delb oꝛa et loquere canticum non eſt in hebꝛeo. Addidit quoqꝫ de amalech victo in raphidiꝫ ab effraī id eſt. a ioſue. effraita. ꝛ prophetauit eſidem poſtea vincendum per ſaul ex beniamin . Et commendauit eos qui de manaſſe ꝛ iſachar ꝛ zabulon et neptalim cum eis venerant ad pꝛelium vituperans ruben et gad. et dan ꝛ aſer. qui noluerunt cum eis venire. Quod etiam dicit ruben contra ſe diuiſum . intelligitur ꝙ ſeparauit ſe a pugnaturis . vel ꝙ rubenite inter ſe diuiſi erant . quibuſdam hoꝛtantibus vt irent ad pꝛelium. alijs dehoꝛtantibus. Qꝫ autem dicit pugnaſſe eos in thanie iuxta aquas mageddo intelligendum eſt regionem eſſe ſecus cyſon q̄ preterfluit mageddon Hebꝛeus habet in ramazache . quod interpꝛetatur ſuper altitudinem campi . et ſignificat ꝙ in campo vbi pꝛeliatum eſt hoſtibus ſuperioꝛes facti ſunt . Quod autem ſequitur ſtelle pugnauerunt aduerſus ſyſaram. non matematice intelligendum eſt . quaſi fatali conſtellatione hoc factum fuerit. Sed quia coruſcationes ꝛ fulgura ita de ſublimi ferebantur in eos . ac ſi ſtelle ruerent . et eſt, hyperboleos . Sequitur. toꝛrens cyſon traxit cadauera eoꝛuꝫ ſicut toꝛrens cadumin. ſupple traxit cadauera egyptioꝛum. Cadumin interpꝛetatur antiquoꝛum . ꝛ ponitur pꝛo mari rubꝛo. eo ꝙ antiqua miracula ibi facta ſunt. Quod ſequitur : conculca anima mea robuſtos . Vox eſt populi ſeſe adhoꝛtantis . Sequitur. Maledicite terre meroth. dixit angelus domini. Meroth fuit vnus de pꝛincipibus chanaan. delboꝛa vero ſeipſam dixit angelum domini. vel michael qui p̄erat iſraeli . Dixit vt malediceret meroth quod ſonat arcanum . id eſt angelis apoſtatis . qui aduerſabantur ei in arcano. Poſtea benedixit iahel. quoniam foꝛtiter egit. ꝛ quieuit terra per quadraginta annos. Incidens eſt ꝛ non de biblia. Eo tempoꝛe regnum defecit apud argos. ꝛ tranſlatum eſt in micenas. Obijt liber pater cuius ſepulchꝛū eſt apud delphos iuxta apollineꝫ aureum. Pingitur vero muliebꝛi coꝛpoꝛe. quia mulieres militantes cum viris habuit in exercitu. Iliū ab ilo conditum. Miletus cōdita.

Additio. Qui pꝛimus infeſtauit iſrael in deſerto.

¶ De alio miſſo . et de gedeone. Capitulum. viij.

FEcerūt iterum filij iſrael malū coꝛaꝫ domino. qui tradidit eos in manib⁹ madian ſepteꝫ annis. Aſcendebant enim madian ꝛ amalech ſingulis annis in iſrl. vaſtantes ſegetes eoꝛuꝫ. ꝛ vniuerſa iumenta trahentes in pꝛedam. Cumqꝫ clamaſſet iſrael ad dominum . miſit ad eos viruꝫ pꝛophetam per queꝫ expꝛobꝛauit eis dominus bñficia que ꝯtulerat eis. ꝛ tamē noluerūt audire vocem ei⁹. Venit auteꝫ angelus domini . et ſedit ſub quercu q̄ erat in effra . Hic eſt vir quē dominꝰ miſerat . Lapis aūt ſup quē ſedebat ꝛ quercus ꝛ ager pertinebant ad ioas patremfamilie ezri. id eſt honoꝛabilioꝛem inter alios illius familie. Gedeon ꝟo fili⁹ ei⁹ timēs hoſtes qui irruerant ſuper terraꝫ. ī occulto excutiebat frumēta ī toꝛculari. vt hēret viaticum ad

A Judicū. vj.

Additio. Sexto ſuſcitauit domin⁹ ſpiritum gedeonis in iſrael.

B. C. Jud. vj.

fugam. Ioſephus dicit. hoc maximum fuiſſe diuine ꝓpitiationis iudicium. ꝙ tunc vteretur torculari pro area. Futurū enim per eū erat vt aree replerētur ⁊ torcularia. Et ait angelus ad eū. Dominus tecū virorum fortiſſime: Cui gedeon. Si dominus nobiſcum eſt. cur apprehēderunt nos hec mala. Et reſperit in eum dominus in angelo ⁊ ait Uade ego mitto te in hac fortitudine tua. quā ſcilicet confero tibi reſpiciendo vel mittendo percuties madian quaſi virū vnum. Cui gedeō. Si gratiam inueni coram te nō recedas donec reuertar.

De ſacrificio gedeonis ⁊ altari

Et coxit gedeon hedum poſuitꝙ carnes et azymos panes in caniſtro ⁊ miſit ius in ollam. offerens ea angelo. Cui angelꝰ. Pone carnes ⁊ panez ſup petrā ⁊ ius deſup funde. Quo facto/tetigit ea angelus ſummitate virge quā gerebat Et aſcendit ignis de petra ⁊ conſumpſit omnia. Angelus aūt euanuit ab oculis eiꝰ. Timenſꝙ gedeon ait. Heu mihi domine. quia vidi angelum dei. Cui dixit dominus. Ne timeas. Non morieris. Eadem nocte ait dominus ad eū. Deſtrue aram baal quā erexit pater tuus. ⁊ nemus circa eam ſuccide ⁊ occide taurum quem ſaginat idolis. alium vero taurum ſeptennem quē ciues dedicauerunt idolo offeres mihi in holocauſtum ſuper altare quod edificabis mihi ĩ ſummitate petre ſuper quā ante ſacrificium poſuiſti. Gedeon timēs patrem ⁊ ciues. cum decem ſeruis omnia nocte compleuit. ⁊ vocauit altare pax domini. ⁊ latuit. In craſtino ciues dixerūt ad ioas. Educ filium tuum vt moriatur. quoniā fecit hoc. Quibus ille ait. Nunqd vltores eſtis baal. Si deus ē baal vindicet ſe. Exinde dictus eſt gedeō ierobaal. id ē. fortitudo baal. quaſi fortis contra baal. Igit̃ madian ⁊ amalech tranſito iordane

Gedeon nominat̃ ierobaal.

ſederūt ĩ valle ieſrahel quaſi locuſte. Spiritus autē domini induit gedeō. vocauitꝙ domū abiezer. d̄ cuius familia ipſe erat. ⁊ ipſe miſit nuncios ad manaſſen ⁊ aſer et zabulō ⁊ neptalim. Qui occurrerunt ei trigintaduomilia. Et petijt gedeon ſignū victorie a domino in vellere poſito ĩ area. ſi nocte illa vellꝰ rore complueretur. area ſicca manente. Et factum eſt ita. Et expreſſo vellere rore concam impleuit ¶ Sequenti nocte ne caſu factum putaretur petijt ſignuz in contrarium. vt area irrigaret̃. ⁊ vellus ſiccum eſſet. Quod factum eſt. Uenit autem gedeon cū ſuis ad fōtem qui dicitur arad. Et ait dominꝰ ad gedeon. Populus multus eſt tecum. ne dicat iſrael. viribus meis liberatus ſum. clama ad populum. Qui formidoloſus eſt reuertatur. Tamen intelligendū eſt alia tria que mandauit dominꝰ clamanda in populo eum nō tacuiſſe. q̄ moyſes dixit in deuteronomio Qui edificauit domum ⁊ nō dedicauit eam reuertatur Similiter. Qui plantauit vineam: ⁊ nōdum fecit eam ꝯmunem. ⁊ qui deſponſauit vxorem ⁊ nondum accepit eam. Et reuerſi ſunt de populo vigintiduomilia. ⁊ tantum decē milia remanſerunt. Et ait dominus ad gedeon Adhuc populus multus eſt. duc eos ad aquas ĩ calore meridiei. ⁊ eos qui lambuerīt aquā manu et lingua ſicut canes exiſtimans magnanimos ſeparabis. Et inuenti ſunt tantum ex eis trecenti viri. Et ait dominus. In his trecentis tradam madian in manus tuas. Quibus aſſumptis. ⁊ cibaris ꝓ numero ⁊ tubis. gedeon ſe certamini dedit. ¶ Eadem nocte dixit dominus ad gedeon. Deſcende in caſtra madian. tu et pharan puer tuus tecum. ⁊ audies quid loquantur. ⁊ confortabuntur manus tue. Diſſolutum enim

De vellere gedeonis ĩ ſignum victorie.

A
Iudicū. vij

B
Deu. xx.

erat cor eius. Qui deſcendēs ſte-
tit i partē caſtroꝝ vbi vigilie erāt
⁊ audiuit quendā narrātem ſom-
nium ꝯmilitoni ſuo in hunc modū
Uidebatur mihi ꝙ panis ex hor-
deo ſubcinericius ⁊ comeſtibilis
deſcendebat in caſtra madiā vſqꝫ
ad tabernaculuꝫ .ſ. regis. ⁊ ſubuer
tit illud ⁊ terre fundit⁹ coequauit
Et ait is cui lo-
quebatur. Uile
eſt hordeū iter
grana ⁊ iter gē
tes iſrael videt
abiectū ⁊ i iſra-
ele vilis ē fami
lia gedeonis.
Non eſt hoc ali
ud niſi gladius
gedeonis. tradi
dit dominus in manus eius madi
an. Quod audiens gedeon adora
uit. Et reuerſus ad ſocios ait. Ea
mus. tradidit nobis dominus ca-
ſtra madian. Et diuiſit eos i tres
partes. ⁊ dedit tubas in man⁹ eo-
rum dextras. lagenas vacuas ⁊ lā
pades in medio lagenarum in ſini
ſtras. Et ait. Quod me facere vi-
debitis facite. Et ingreſſi ſunt ꝑ
girum caſtrorum in tribus locis i
vigilia noctis medie. Et cum con
fregiſſent hydrias. tenuerunt lam
pades in manibus. ⁊ inſonātes tu
bis clamauerunt Gladius domi-
ni ⁊ gedeonis [ſm ioſephuꝫ] vacu
as quoqꝫ pharetras portauerunt.
Quibus ſimul comploſis: terribi
lis audiebatur ſonitus. Quo ſubi
to hoſtes excitati turbati ſunt nec
cognoſcentes ſeſe plurimi mutuis
vulneribus ceciderunt. alijs in fu-
gam conuerſis vſqꝫ ad berſecha.
Uiri autem de neptalim. ⁊ aſer et
manaſſe qui redierant conclaman
tes perſequebantur madian. Ef-
fraim quoqꝫ deſcendit in occurſuꝫ
fugientium ⁊ occupauit iordanē
vſqꝫ bethara. ⁊ occidit duos reges
madian oreb. ⁊ zeb. Oreb in petra

Additio.
Forte taberna-
culum eorū di-
cit vexilluꝫ quo
ducebantur. vl
habebant taber
naculuꝫ in quo
idolis ſuis ſacri
ficabant.

Uictoria
glorioſa ge
deonis. buc
cinarum ſo
nitu ⁊ faci-
bus.

quadam zeb vero in torculari. Et
vocatum eſt nomen loci illius tor
cular zeb ⁊ nomen alterius petra
oreb. Que modico apice litteꝛ dif
fert a nomine oreb. vnde aque flu-
xerunt per manum moyſi. Et for-
te differētia eſt in interpretatione
Et portauit effraim capita reguꝫ
ad gedeon. ¶ Et iraſcentes dixe
runt ad eum Cur contempſiſti vo
care nos ad pugnā. Qui ait. Ne
forte indignaremini. Melior eſt
enim racemus effraim vindemijs
abiezer. ſed ⁊ in magnus veſtras
dati ſunt reges madian. Quid ta
le facere potui ſicut vos feciſtis.
Quo audito requieuit ſpirit⁹ eo-
rum. Tranſiuitqꝫ gedeon iordanē
cum trecētis viris. nec poterat pſe
qui fugientes pre laſſitudine. Et
ait ad viros ſochot Obſecro date
nobis panes vt poſſimus perſequi
zebee ⁊ ſalmana. Qui negauerūt
ei ⁊ ſubſamnauerunt eum. Idipꝫ
reſponderunt ei viri phanuel petē
ti panes ab eis. zebee autem ⁊ ſal-
mana in valle quieſcebant: nil ad-
uerſi ſuſpicantes. cum duodecim
milibus tantum. ceſis de exercitu
centum viginti milibus. Gedeon
autem repente irruit ſuper eos. et
turbato exercitu eorum duos re-
ges comprehenſos ſecum reduxit
Et reuertens apprehendit puerū
de ſochot. ⁊ queſiuit ab eo nomina
ſeniorum de ſochot. Et deſcripſit
ei ſeptuaginta ſeptem viros quos
ſpinis ⁊ tribulis comminuit. tāqꝫ
auctores predicte ſubſannationis
Turrim quoqꝫ phanuel ſubuertit
occiſis habitatoribus ciuitatis.
Cumqꝫ rediſſet in effra regionem
ſuam dixit zebee ⁊ ſalmana. Qua
les erant viri quos occidiſtis i mō
te thabor. Qui dixerunt Similes
tui. Et ait eis fratres mei erant
vterini. Et ait primogenito ſuo.
Interfice eos. Qui nō eduxit gla
dium. timens quia puer erat. Sur
gens gedeon occidit eos. Et dixe

A
Judi. viij.

De zebee ⁊
ſalmana re
gibus.

runt omnes filij iſrael ad eum. Dominare noſtri tu ⁊ filius tuus ⁊ filius filij tui. Quibus ille. Nō dominabor veſtri nec filius me⁹. ſed dñs dominabitur in vos. Unum poſtulo a vobis date mihi inaures aureas de preda. Qui dederunt. Et fuit pondus auri mille ⁊ ſeptigenti ſicli. Et fecit ex eo gedeon ephot. ⁊ poſuit illud in ciuitate effra. ⁊ fornicatus eſt omnis iſrael i eo. Et factum eſt gedeoni ⁊ omni domui eius i ruinam. Per ephot quod eſt digni⁹ indumentū pōtificis: intelligitur ꝙ gedeō fecerit omnia indumenta pontificalia. et fecit in effra tabernaculū ⁊ altare preter illud quod erat in ſilo. Et factus eſt ſacerdos. ⁊ imolauit ſuper illud hoſtias dño. Quāobrē offenſus dominus omnē domum eius fere deleuit. Habuit enim ſeptuaginta liberos de vxoribus. et vnum naturalem abimelech de cōcubina dyhoma. quam habebat i ſichem. Hic occidit omnes fratres ſuos preter vnum. Et quieuit t'ra quadragita annos qb⁹ prefuit gedeon. Gedeō moritur. Qui mortuus eſt in ſenectute bona. ⁊ ſepult⁹ eſt in ſepulchro patris ſui in effra.

Additio.

Per qđ coniicitur ꝙ poſtea penitentiā egerit. qui alibi ꝙ̄ vbi dominus conſtituerat ſacrificabat.

Incidentia.

Incidēs ē nō d̄ biblia

Temporibus gedeonis mercurius inuenit ſiringas. trahēs hoc nomen a ſiringa vxore cathmi. et armonica. que propter zelū armonie a viro ſuo receſſerat. Inuenit etiam lirā hoc modo. Repperit ēt conchā teſtudinis mortue ⁊ putrefacte. cuius neruuli arentes ⁊ extēſi i ore conche ad aurā tenuē ſibilum reddebāt. Incertū eſt aūt qs fuerit iſte mercuri⁹. vtrū hermes an trimegiſtus philoſophus an mercurius minor. Tres enim leguntur fuiſſe ſecundum ioſephū. Tirus condita eſt ante templum hieroſolymorum annis ducentis quadraginta. Dedalus aues fecit metallinas quas volare fecit artificioſe ſpiritu incluſo. Dicitur etiam feciſſe ſimulacra ſe mouentia. Primus enim omniū pedes ſtatuarum a ſe inuicē ſeparauit. alijs coniunctim eos fabricantibus. Qui cum filio in naue fugiens. ꝓpter inueſtigabilem fugam pēnis auolaſſe eſtimatus eſt. Argonautarum hiſtoria facta eſt. Orpheus clarus habitus eſt. Cuius diſcipulus fuit muſeus. Linus magiſter herculis claruit. Minos creditur cretenſibus legē dediſſe. quod plato negat. idram vero calidiſſimū fuiſſe ſophiſtam aſſerit plato.

De abimelech qui. lxx. fratres ſuos occidit.

Capitulum. ix.

A Iudicū. ix.

Poſt mortem gedeonis filij iſrael fornicati ſunt cū balaim: nec fecerunt miſericordiam cum domo ierobaal. Aſcendit autem abimelech in ſichem ad omnem cognationem matris ſue ⁊ ait. Conſiderate ꝙ os veſtrum ⁊ caro veſtra ſum. Loquimini ad omnes viros ſichem in hunc modum. Quid vobis melius ē. vt dominentur veſtri ſeptuaginta viri filij ierobaal. an vt dominetur vn⁹ vir. Et locuti ſunt de eo ad omnē populum. ⁊ inclinauerunt cor populi poſt abimelech. ⁊ iurauerunt et omnes in phano baal. Quamobrem vocatum eſt deinceps idolum baal berith. Berith enim cōiurationem ſonat. Et tollentes de phano. lxx. pōdo argenti dederūt ei. Qui conduxit ex eo viros inopes ⁊ vagos ⁊ aſcendens in effra occidit oēs fratres ſuos ſup lapidem vnum. excepto vno ioathan. Tunc omnes ſichimite conſtitue-

runt abimelech. regem iuxta quercum in ſichem. Si queritur quomodo ergo ſaul prim⁹ dicitur rex in iſrael. Poteſt dici hoc dictum eſſe propter regnuꝫ vniuerſale hic autem tantū regnauit in ſichimitis. Quod cum nunciatum eſſet ioathan. ſtetit in vertice montis garram. vel gariſim. ⁊ exclamauit ad omnes ſichimitas qui conuenerant ad diem feſtum baal. Audite me viri ſichem. Jerunt ligna ſiluarum vt vngerēt regem ſupra ſe. ⁊ dixerunt oliue. impera nobis. Que noluit deſerere pinguedinē ſuam qua dij vtuntur ⁊ homines. Jdipſum dixerunt ad ficum. que noluit deſerere dulcedinem fructus ſui. Jdipſum dixerunt ad vitem. q̄ noluit deſerere vinum quod letificat deum ⁊ homines. Dixerūtqꝫ ad rhamnum. Jmpera ſuper nos. Qui reſpōdit. Venite ꝙ ⁊ requieſcite ſub vmbra mea alioquin egrediatur ignis de rhamno. ⁊ deuoret cedros libani. Eſt autē rhamnus genus rubi quod vulgo ſenticem appellant aſperum nimis. ⁊ aculeatum ſicut ſentes Joſephus dicit hoc inter ligna habere naturam ignē proferendi. Tunc expoſuit eis paradigma dicens. Jnterfeciſtis filios hierobaal. ⁊ filium ancille eius ſuper vos cōſtituiſtis regem. Si recte egiſtis cum hierobaal. ⁊ domo ⁊ filijs eius. recte ſit vobis. Sin autem peruerſe: egrediatur ignis de abimelech. qui deuoret ipſum ⁊ vos. Que cum dixiſſet aufugit. Factum eſt autem cum regnaſſet ſuper ſicheꝫ tribus annis abimelech. dedit ei dominus ſpiritum maluꝫ aduerſus eū. ⁊ expulerunt abimelech ab vrbe ⁊ a tribu. Qui exercebat latrocinia ſuper eos agens predā ex eis. Tēpore vero vindemiarum intrauit gaal cuꝫ fratribus ſuis in ſichem. Quo deſcendente ad eos. deſcenderūt ſichimite vineas. vuaſqꝫ calcauerunt. ⁊ ingreſſi phanum dei ſui inter epulas ⁊ pocula maledicebant abimelech. Gaal quoqꝫ dicebat. Quis enim eſt abimelech vt ſeruiamus ei? Nunquid nō eſt filius hierobaal. Jronice dictum eſt quaſi nō eſt. ſꝫ ſpurius. Et addidit. Utinam daretur populus hic in manu mea vt auferrem abimelech de medio. zebul quoqꝫ quē fecerat abimilech principem in ciuitate: clā nūciauit abimelech omnia. Surrexit itaqꝫ abimelech cuꝫ exercitu nocte. ⁊ tetendit inſidias iuxta vrbeꝫ. Egreſſuſqꝫ ē gaal mane ⁊ zebul cum eo ſteterunt ī porta. Cumqꝫ aſcendiſſet abimelech cum exercitu. dixit gaal ad zebul Ecce de montibus multitudo deſcendit. Cui zebul Umbras montium vides. quaſi hominuꝫ capita et hoc errore deciperis. Rurſus quoqꝫ gaal. Ecce populus quaſi d̄ vmbilico terre deſcendit. Cui zebul. Ubi eſt os tuum nunc quo cōtra abimelech loquebaris. Egredere ⁊ pugna cōtra eum. Qui pugnauit et victus eſt. ⁊ fugiens recepit ſe in vrbem. zebul autem expulit eum ⁊ ſocios eius. Sequenti die abimelech expugauit vrbeꝫ. interfectis habitoribus eius. eāqꝫ deſtruxit ita vt ſal in ea diſpergeret. Habitātes vero in turre ſichimorum ingreſſi ſunt phanum dei ſui. quia locus munitus erat. Joſephus tamen dicit profugos per prouinciam cōgregatos ſupra petram munitiſſimaꝫ et nitebantur eam munire vel murare. Quod videns abimelech aſcendit in montem ſelmon et preciſum ramum ferens. dixit ſocijs. Facite quod ego ago. Qui tollentes ramos et circundantes preſidium ſuccēderunt illud. et igne et fumo perierunt in eo mille viri. preter mulieres et paruulos. Et recedens inde abimelech obſedit oppidum thebes. Erat autem turris in me-

dio in qua receperãt ſe thebite. ¶ Et nota ꝙ a thebis egyptiorum dicũtur thebei. A thebis grecorũ thebani. A thebe iudeorum thebite.

abimelech moritur. Cumqȝ abimelech expugnaret turrim. ⁊ ignem ſupponere niteretur mulier fragmen mole iaciens deſuper fregit cerebruȝ eius. qui ait armigero ſuo. Percute me ne dicar interfectus a femina. qui iterfecit eum. Hanc peſtem dicit ioſephus accidiſſe effraitis. eo ꝙ iurgati ſunt aduerſus gedeonem ad aquas iordanis.

¶ Incidentia.

Incidens. ¶ Eodem tempore corus inuẽtꝰ eſt in grecia. quod inſtrumentum dicit ſtrabus pelleȝ eſſe cum duabus cicutis. per alteram inſpiraꝛ. per alteram redit ſonũ. Et ſcribitur ſcdm quoſdam ſine aſpiratõe. pro voce autem canentium ⁊ menſura ⁊ vento cum ch aſpirato.

¶ De thola duce iſrael. Capl'm. x.

A Judi. x. Poſt abimelech iudicauit iſrael thola de iſachar filius phua patrui abimelech. Nec moueat te phua ⁊ ioas fratres eẽ cum alter de iſachar alter de manaſſe ortus fuerit. Filij enim fuerunt vnius matris. ⁊ duorum patruȝ. de diuerſis tribubus. Hic iudicauit iſrael in ſanir. xxiij. annis ⁊ mortuus eſt.

¶ Incidentia.

Incidẽs ⁊ nõ d biblia ¶ Eo tempore hercules antheuȝ vicit in paleſtra. ⁊ illum vaſtauit. bellum fuit inter laphitas et centauros. quos palefactꝰ in libro de incredibilibꝰ nobiles fuiſſe deſcribit equites theſſalorum. Priamꝰ filius laomedontis regnauit ĩ troia. Androgeus athenis dolo iterficitur. Theſeus in agone minotauruȝ occidit. propter quod athenienſes pueri tributarij a pena liberati ſunt. Fuit auteȝ. Minotaurus vir quidam inhumanus ⁊ valens in paleſtra magiſtratus minois. Unde ⁊ ſic dictus eſt. quaſi minois taurꝰ. id eſt minois carnifex.

¶ De iair galaadite duce iſrael ⁊ morte eius. Capitulum. xj.

B Jud. x. Poſt tholam iair galaadites de tribu manaſſe iudicauit iſrael xxij. annis habens triginta filios quos fecit principes triginta ciuitatum. quas vocauit nomine ſuo aiothiair. id eſt. oppida iair. ⁊ mortuus eſt.

¶ Incidentia.

Incidẽs Et ¶ Eo tempore theſeus rapuit helenam. quam rurſus receperũt fratres eiꝰ caſtor ⁊ pollux capta matre theſei. eo peregre profecto. Philiſtus ſcribit a ciuibus tirijs zoro ⁊ carthagine carthagineȝ cõditam. Carmentis nympha litteras latinas inuenit.

¶ De pñia filiorum iſrael propter idolatriam ſuam, et de Jepthe. Capitulum. xij.

D Judicũ. x. Iterum filii iſrael ſeruierũt idolis circunſtantiuȝ gentiũ. ⁊ tradidit eos dominꝰ in manus philiſtym et amon. Et afflicti ſunt vehementer. xviij. annis. omnes qui habitabant trans iordanem in terra amorrei. Amonite quoqȝ iordane tranſmiſſo vaſtabãt iudam ⁊ beniamin ⁊ effraĩ. Qui afflicti clamauerunt ad dominum. Qui cum dure reſpondiſſet eis. ite et inuocate deos quos elegiſtis. proiecerunt omnia idola de finibus ſuis. ⁊ doluit dominus ſuper miſerias eorum. Congregatiqȝ ſunt filij iſrael in maſphat cõtra amonitas qui fixerãt tentoria in galaad.

A Jud. xj. Fuit eo tempore iepte galaadites vir fortiſſimus pugnator: ſed filius meretricis. Hic habuit vxorem de galaad: de qua ſuſcepit filios. Qui cum adoleuiſſent: eiecerunt eum tanqȝ ſpuriuȝ.

dicentes. Non poteris eſſe heres
in domo patrum noſtro⁊. Et abijt
i terrā tob. Et cōgregati ſunt ad
eum viri inopes ⁊ latrocinantes.
⁊ eum quaſi principē ſequebātur.
Deſcenderuntq; ad eum maiores
natu de galaad dicentes. Eſto pn
ceps noſter. ⁊ pugna contra filios
amon. Qui ait. Nonne vos eſtis
qui odiſtis me ⁊ eieciſtis. Qui di
xerunt. Non odimus te. nec veni
mus vt perſequamur te: ſed vt ſe
Jepte prius quamur te. Et ait iepte. Jurate
reprobatus ergo mihi. Et iurauerūt. Et aſcē
nūc dux fit dens cum eis in maſphat. humilia
populi. uit ſe coram domino: ⁊ factus eſt
princeps populi. Et miſit nūcios
ad regem amon in hec verba. Exi
de terra mea: cur vaſtas ea⁊. Qui
reſpondit. Tulit iſrael terram me
am cum aſcenderet de egypto ⁊ re
cepi eam. Cumq; iepte dixiſſet ea⁊
iure belli acquiſitā ⁊ multo tēpore
poſſeſſam. ccc. annis noluit acqui
eſcere amon vt exiret. Et ait iepte
Judicet hodie dñs inter iſrael et
amon. Et factus eſt ſpiritus dñi
ſuper iepte. ⁊ egrediens ad pugnā
votum vouit dño dicens. Si tra
dideris filios amon in man⁹ meas
quicūq; de domo mea prim⁹ occur
rerit mihi reuertenti: eū holocau
ſtum dño offerā. Et pcuſſit iepte
filios amon plaga magnanimus ⁊
humiliati ſunt coram filijs iſrael.
Reuertenti aūt iepte in maſphat.
occurrit ei vnigenita filia eius cū
tympanis ⁊ choris. Qua viſa ſci
dit veſtimenta ſua ⁊ ait. Heu filia
decepiſti me: ⁊ decepta es. Ape
rui os meū dño cōtra te. Filia pro
non dolens in hoc caſu p victoria
patr; ait. Fac mihi pat quodcūq;
pollicitus es. Hoc ſolū pſta mihi
Nota. vt duobus menſibus circūeā mon
tes. ⁊ plāgā virginitatē meā cum
ſodalibus meis. Et ait pater: Ua
de. Et expletis duobus menſibus
redijt ad patrem ſuum. ⁊ fecit ei ſi
cut vouerat. Exinde mos icrebruit

in iſrael vt annuatim veniant filij
iſrael. et plangant filiā iepte quat
tuor diebus. ¶ Arguit ioſephus
iepte quia obtulit holocauſtu⁊ nō
legitimū nec deo charum. Quid
ſi canem obuium habuiſſet: imo
laſſet eum domino. Fuit ergo i vo
uendo ſtultus: in ſoluendo i pius.
Potuit tamē ante votū eē bon⁹:
quia irruit ſuper eum ſpiritus do
mini: ⁊ etiam poſt votum. Nam ⁊ F
apoſtolus ponit eum in catalogo Hebre.xj.
bono⁊. quidam tamen excuſantes
eum familiari conſilio ſpiritusſan
cti dicunt eum hoc feciſſe. ¶ Tūc A
venientes ad eum effraite dixerūt. Judi.xij.
Cur ɔtempſiſti nos vocare ad pu
gnam. Incendemus domū tuam.
Qui ait Uocaui vos ⁊ venire no
luiſtis. Et vocatis viris galaad
pugnauit cōtra effraim. Occupa
uerunt autē galaadite vada iorda
nis. Cumq; veniſſet ad eos quida⁊
fugiens de effraim: ⁊ obſecrās vt
permitterent eum trāſire. dicebāt
ei. Nūquid effrateus es. Quo di
cente non ſum. interrogabant eū.
Dic ergo theboleth quod interp
tatur ſpica. Qui reſpondit. chebo
leth. eadem littera: ſpicam exprime
re non valens. Statimq; iugula
bant eum. Et ceciderunt eo tēpo
re de effraim. xlij. milia. Et nota
q effrateus ponitur hic p effraita
Effrateus enim ɔprie dicitur be
thleemita Et iudicauit iepte iſra
el. vij. annis ⁊ mortuus eſt. ⁊ ſepul
tus in ciuitate ſua ſebethi que eſt
in galaad. Hic ab etate moyſi vſq;
ad ſeipſum ait ɔputari annos. ccc.
Annis his non adduntur decem ⁊
octo anni afflictionis qui preceſ
ſerant.

¶ Incidentia.

¶ Eo tempore hercules flammis
ſe iniecit. Nam i morbū inciderat
peſtilentem.

¶ De abeſſan duce iſrael.
Capitulum. xiij.

C
Iudicū.xij

Poſt iepte iudicauit iſrael abeſſan vel eſſebon bethleemita de iuda ſeptem annis.

Incidens ē — Eo tempore agamēnon regnauit micenis. Menelaus lacedemonie.

De ahilon. Cap.xiiij.

Poſt abeſſam ahilon zabulonites iudicauit iſrael annis decem. Hic cum decem annis ſuis i. lxx. interpretibus non habetur. Pro quorum damno ſupplendo euſebius ioſue filio nun ſamueli ꝛ ſauli. quorum annos ſcriptura ſacra non dicit plures annos ꝙ in ioſepho legebat annotauit. quatenus ab egreſſu iſrael ex egypto vſꝗ ad edificationem templi. cccc. ꝛ lxxx. annorum ſummam quā ſcriptura predicat haberet.

Incidentia.

Eo tempore alexander helenā rapuit bellum decennale ſurrexit Memnon ꝛ amazones priamo tulere ſubſidium.

De abdon duce.
Capitulum.xv.

D
Iudicū.xij

Poſt ahilon abdon thecuites de effraim iudicauit iſrael. viij annis. Sub his tribus iudicibus nō receſſit iſrael a domino. ꝛ quieuit terra. Et ideo nil memoriale feciſſe leguntur. Tamen quidam tradūt ſub abdon cladem factam in beniamin pro vxore leuite.

Incidentia.

Incidens ē ꝛ non de biblia. — Mouius anno tertio capta eſt troia ꝛ fluxerunt vſꝗ ad primam olympiadem anni. cccc. vj. Tunc greci ad gloriam victorie ſue ceperunt annotare tempora ſua ſic. Anno a captiuitate troie. Incepta olympiade deinceps annotauerunt tempora iuxta numerum olympiadum.

Tandem romani florentes annotauerunt tēpora ſic. Anno ab vrbe condita. Ultimo chriſtiani annotāt ſic. Anno ab incarnatione domini. Capta troia menelaus ꝛ helena deuenerūt ad thuorim regez egypti quē homerus polibum vocat. Anno tertio a captiuitate troie vel quinto vt quidam volunt regnauit eneas tribus annis in italia in qua prius regnauerāt. ianus. ſaturnus. picus. faunus. latinus. annis circiter. c.l.

Additio.
Nota ꝙ olimpias dicta eſt a ludis ꝗ ſub olympo mōte fiebāt apud elidem ciuitatem elidis agentibus agonem ꝛ quinquēnale certamen quattuor annis medijs vacantibus ꝛ ob hoc elidis certaminis. tempus olimpiadez vocauerūt quadriennio in vno olympiade computato. Eſt autē olympias ſpacium quattuor annorum.

De ſamſone. Cap.xvi.

B
Iudi.xiiij.

Rurſus filij iſrael peccauerūt coram domino. ꝛ tradidit eos ī manus philiſtinorum quadraginta annis a qua ſeruitute hoc modo liberati ſunt. Fuit vir quidam de ſtirpe dan. nomine manue. habens vxorem pulcram ſed ſterilem. Cui ſepe oranti in agro pro ſterilitate amouēda: apparuit ei angelus ꝛ ait. Concipies et paries filium: caue ne comedas aut bibas deinceps niſi iuxta legem nazareorum.

Additio.
Qua lege viue-

rent nazarei require in hiſtoria numerorum. Iſtud appoſuit .m. vt ſatiſfaceret hieronymo qui ait. nomen eius predictum a domino cum predeterminatum ſit ſupra ꝗt fuerint quorum nomina ꝑdicta ſunt. quia nomen fuit ei impoſitum ſcilicet ſamſon. iuxta equipollentiam horum verborum domini ait hiero. predictum eius nomen meu.

Filius enim tuꝰ erit nazareus
D
Nũe.vj. dei ex vtero matris ⁊ deinceps ipſe liberabit iſrael. Alia littera. Et dicetur ſamſon robuſtꝰ liberator iſrael. Que cum omnia indicaſſet viro ſuo ⁊ cominẽdaſſet ãgeli pulcritudinem. contriſtatus eſt vir. q2 zelotes erat. et vt mitigaret irrationabilem viri triſticiam. conſuluit vt ambo orarent dominum vt iterũ veniret angelꝰ ad eos: ⁊ iſtrueret vtrunq; de puero. Et apparuit iterum angelus vxori. Que cum vocaſſet virum: ait manue ad eum. Tu ne es qui locutus es de puero Cui angelus. Sum. Cui manue. Quid vis vt faciat puer. Et ait angelus. Nazareus erit omni tempore vite ſue. Attulitq; manue hedum ⁊ panes. Cui angelus. Non comedam. Si vis offerre offer illa domino. Et ait manue. Quod eſt nomen tuum. Cui angelus. Cur queris nomen meum quod eſt mirabile. et obtulit manue que tulerat ſupra petram domino: qui facit mirabilia. Et aſcendit angelus in flamma ignis: nec vltra apparuit. Et intelligens manue eſſe angelum dei ait. Moriemur: quia vidimus dominum. Cui mulier. Nequaq;. Nam accepit dominus holocauſtum a nobis: ⁊ indicauit que futura ſunt. Natumq; filium vocauerunt ſamſon: quod ſonat robuſtũ. Creuitq; cito puer: adeo vt iam propheta futurus agnoſceretur. cepitq; ſpiritus domini cum eo eſſe in caſtris dan. id eſt. in exercitu tribꝰ ſue. Vel locus eſt in quo prius habitauit ſamſon. ⁊ eſt dictus caſtra dan per anticipationẽ Nondum enim tribus dan ꝓpriam habebat ſortem.

¶ Quomodo ſamſon accepit vxorem et interfecit leonem.

Capitulum. xvij.

Deſcendit igitur ſamſon in thamnata philiſteorum vt videret ſolẽnitatem que ibi agebatur. Et viſam ibi virginem concupiuit. aitq; patri ⁊ matri. Accipite michi queſo vxorem thãnateam. quia complacuit oculis meis. Qui dixerunt. Cur negligis filias fratrũ tuorum. ⁊ trãſis ad filias incircunciſorum. Neſcientes ꝙ res fieret a domino. A
Iudi. xiiij.

Cumq; deſcenderent cum eo apparuit ei catulus leonis in vineis oppidi. ⁊ irruit in eum ſamſon in ſpiritu domini. nil habens in manu ⁊ dilacerauit eum fruſtratim. quaſi hedum caprarum. ⁊ hoc parentibus non indicauit. Deſponſataq; ſibi vxore. cum poſt aliquot dies rediret vt acciperet eam. declinauit vt videret cadauer leonis. Et ecce apes erant in ore leonis: ⁊ fauus mellis quẽ ſumptum comedit in via. deditq; partem patri ⁊ matri et comederunt. partem quoq; ſponſe tradidit. Cumq; thannatei ciues eſſent in epulis nuptiarum. timentes robur iuuenis dederunt ei. xxx. iuuenes robuſtos. ſermone quaſi ſocios. opere vero cuſtodes. nequid forte vellet committere creſcente conuiuarum ſatietate. Quibus ait ſamſon. Propono vobis probleuma. quod ſi ſolueritis michi infra ſeptimum diem conuiuij dabo vobis. xxx. ſyndones ⁊ totidem tunicas. alioquin De ꝓbleumate ꝓpoſito.

vos dabitis mihi totidē. Qui dixerūt. Propone. Ait quoq; ſamſon. De comedēte exiuit cib⁹ ⁊ de forti egreſſa ē dulcedo Joſephus alia ponit verba. Qui cūcta deuorat cibū de ſe genuit ſuauem. licet ipſe ſit inſuauis. Nec potuerunt p tres dies ꝓpoſitōez ſoluere. Cūq; adeſſet dies ſeptim⁹ dixerūt ſponſe. Blādire viro tuo. vt indicet tibi ꝓbleuma ⁊ indica nobis alioquin incēdem⁹ te ⁊ domuz patris tui. Que ſollicitās virū flēdo dicebat. Odiſti me. ⁊ iō nō exponis mihi. Septē igiť dieb⁹ ꝯuiuij flebat apud eū.

Nō. ¶ Sed quō ſeptem dieb⁹ flebat cum ſupra dictum ſit ſeptimo die ꝯuiuij veniſſe ad eam iuuenes.

Rō. ¶ Pōt dici. Cunq; adeſſet dies ſeptimus. id eſt cum adhuc eſſet dies inter ſeptem ꝑmus. Nō ideo determinatuz eſt. ne putareť poſt tres dies veniſſe. de q̄bus dictū erat ꝙ nō poterāt ſoluere ꝓpoſitionez per illos tres dies. Poteſt etiā aliter dici. Cūq; adeſſet dies ſeptim⁹. id eſt. appropiquaret. ſed nōdū eſſet. vt dictū ſit adeſſet quaſi iuxta eſſet. ⁊ ita poſt tres dies inquiſitiōis eoꝝ quarta die venerūt ad eā ⁊ locuta eſt viro ſuo. Nō aūt diciť ſeptē diebus fleuiſſe hoc eſt in illis ſeptē non p illos. Quidam tamen corrigunt ita. Cunq; adeſſet dies vnus. Nō vicio ſcriptoris reor factum. qui videns ſeptem abreuiatum eſtimauit legi vnum. Tandem die ſeptima cum ei moleſta eſſet expoſuit. que ſtatim indicauit ciuibus ſuis Et illi die ſeptimo ante ſolis occaſum dixerunt ſamſoni. Quid dulcius melle. quid forti⁹ leone. Qui ait. Quid doloſi⁹ muliere. Si nō araſſetis in vitula mea. non inueniſſetis propoſitionē meam. Et irruit ſpiritus domini in eum: ⁊ deſcendit aſcalonem. et ibi percuſſit triginta viros quorum ablatas veſtes dedit pro nubis ſuis. Et irat⁹ ſamſon rediit in domū patris ſui. Vxor autē eius nupſit vni de pronubis ſuis.

Sāpſō occidit. xxx. viros.

¶ Cūq; dies triticee meſſis inſtarent venit ſamſon viſere vxorem ſuam ferens hedū. Cūq; cubiculum eius vellet intrare ꝓhibuit pater dicens. Putaui ꝙ odiſſes eam. ⁊ tradidi eam amico tuo. Sororē habet que pulchrior eſt ea. ſit tibi pro ea vxor. Cui ſamſon. Ab hac die non erit culpa in me contra philiſteos. Faciam enī vobis mala. Et cepit. ccc. vulpes ⁊ iunxit caudas caudis. ⁊ faces ligauit in medio. quas igne ſuccendens dimiſit eas diſcurrere ⁊ incēderunt ſegetes philiſteorum intātum vt vineas q̄q; ⁊ olueta ignis ꝯſumeret. Paleſtini ſcientes op⁹ eſſe ſamſonis. vxorem eius ⁊ parētes combuſſerunt tanquam mali hui⁹ auctores. Et ait ſamſon. Adhuc expetam vltionē ⁊ quieſcam. Et percuſſit eos plaga graui. ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. lxx. interpretes dicunt ita Percuſſit alienigenas ſamſon. tibiam ſuper femur. quod ad priorē ſenſum reducitur. id eſt. tam mirabiliter. vt ſtupentes tibiam vnius pedis ſuper femur alterius ponerent. Tamē quia tibijs incedim⁹. ⁊ ſuper femur ſedem⁹. quidam exponunt ſic. Percuſſit tibiam ſup femur id eſt. pedites preter ſedentes in equo. Et habitabat ſamſon in ſpelūca petre ethan. quaſi in loco munito.

B Judicū. xv

De caudis vulpium incenſio.

¶ Quomodo interfecit multos cum mandibula aſini. Cap. xviij.

L.D. Judicū. xv

TUnc aſcendentes philiſtei in terram iuda caſtrametati ſūt in loco qui poſtea dictus eſt lehi. id eſt. maxilla. Et dixerunt ad eos viri iuda. Serui veſtri ſumus cur aſcendiſtis aduerſus nos. Qui dixerunt. Vt ligemus ſamſonem. Et aſcenderunt

tria milia de iuda ad ſamſonem. ⁊
culpantes eum dicebant. Neſcis
[alias] noſti. ꝙ philiſtei imperent
nobis. Uenimus vt ligemus te. ⁊
tradamus philiſteis. Qui ait. Iu
rate ne me occidatis. Et iurauerũt.
Et permiſit ſe ligari duobus no=
uis funibus. Qui cum traherent
eum ⁊ vociferarẽt philiſtei p̄ gau
dio. irruit ſpiritꝰ domini in eum. ⁊
diſſoluta ſunt vincula eius vt lina
ſtuppe linee. i. vt filum lini tortuꝫ
putamine ad ardorem ignis. Tol=
lenſq; mandibulam aſini iacenteꝫ
in terra. interfecit ī ea mille viros.
aliis in fugam verſis. Et exultãs
ſamſon cecinit metrice. In maxil=
la aſini. in mandibula pulli aſina=
ruꝫ deleui eos. ⁊ percuſſi mille vi=
ros. Hebreꝰ habet. in maxilla aſi=
ni hemor. Hemorq; ſonat cumulũ
de cumulis hoc eſt in maxilla aſi=
ni feci cumulum de cadaueribus
mortuorũ. Et proiecit mandibu
lam et vocauit nomen loci rama=
thei. vel ramathlebi. quod eſt ele=
uatio maxille. Rama eni excelſuꝫ
ſonat. Et ſitiuit ad mortem. quod
factum eſſe tradunt hebrei. quia
dedit ſibi gloriã ⁊ non deo. ⁊ cla=
mauit ad dominũ. Obſecro domi
ne en morior ⁊ incidam in manus
incircunciſorũ. Et aperuit domi=
nus molarem dentem in maxilla
aſini. ⁊ egreſſe ſunt aque. quibus
hauſtis vires recepit. Et mutato
nomie priori. dictum eſt nomẽ lo=
ci fons inuocantis de maxilla.

A Judi. xvi.

¶ Cumq; non timeret philiſteos.
abijt in gazaꝫ. ⁊ vidit ibi mulierẽ
meretricem. ⁊ ingreſſus eſt ad eã.
Quo cognito paleſtini poſuerũt
cuſtodes ī porta ciuitatis vt exeũ=
tem mane occiderent. Samſon ve
ro media nocte ſurgens. ambas
fores apprehendit cum poſtibus
ſuis ⁊ ſera. ⁊ in humeris ſuis por=
tauit in verticem montis qui reſpi
cit hebron.

¶ Quomodo tandem deceptus
fuit ſamſon. Capl'm. xix. ⁊ xx.

POſt hec ama/ B Judi. xvi.
uit dalilam que erat ī
monte ſorech. Et ē ſo=
rech locꝰ vl' genꝰ vitꝭ.
Et venerũt ad eam qnq; ſatrape.
id eſt nobiliores philiſtinorũ di=
cẽtes. Diſce ab eo ī quo habeat vi
res. ⁊ qũo valea
mus eũ vinctuꝫ
affligere ⁊ da=
bimus tibi ſin=
guli mille cẽtuꝫ
argẽteos. qđ ē.
v. milia quigen
tos. Quidã ta=
mẽ. diſtinguũt
ita. Dabimꝰ ti=
bi ſingli. mille
c. argẽteos. Et
blandita eſt da
lila ſãſoni. Qui rñdit ei in dolo.
ſi ſeptẽ neruiceis funibꝰ nouis et
adhuc humẽtibꝰ ligatꝰ fuero. ero
ſicut ceteri hoies. Quos ioſephꝰ
palmites vinearũ recentes dicit.
Et attulerunt
ad eã ſepteꝫ fu=
nes. quibꝰ dor=
mientẽ ebrium
colligauit laten
tibꝰ apđ ſe phili
ſteis. Et clama
uit mlier Phi=
liſtei ſuper te ſã
ſon. Qui rupit
vincla quaſi ſtupea. Idipm factũ
eſt ſcđo. de ſeptem nouis funibꝰ.
Cũ autẽ tercio ſeptem crines ca=
pitis eiꝰ circũligatos licio ⁊ cla=
uo terre infixiſſet. excitatus ab ea
ſamſon. extraxit clauũ cũ crinibꝰ
⁊ licio. Cũq; moleſta eẽt ei dalila.
⁊ deficeret aĩa eiꝰ ad mortẽ. apuit
ei veritatẽ dicẽs. Nazareus ſum
ab vtero mřis mee. Si raſum fue=
rit caput meum. recedet a me for=
titudo. Tũc dalila reuocauit ſatra
pas. vt venirent cũ pecunia quam

Additio.
Ois eẽ mlier fe
re naturaliter a=
uara et leuis.
Uñ adã. Quid
leuius flamma
flamen. Quid
flamine fama.
Quid fama.
mulier: Quid
muliere nihil.

Additio.
Ebriũ dič non
vino. ſꝫ amore.
vel ſatiatum ali
ter legẽ nazare=
orũ exceſſiſſꝫ aſi
tõſuraꝫ ⁊ receſ=
ſiſſet ab eo dñs.

De funibꝰ
ruptis.

Decipitur
quia apit
ſecretum.

promiſerãt. At illa dormire fecit
eũ ſuꝑ genua ſua. ⁊ ꝑ tõſorẽ raſit
ſeptẽ crines ei⁹. id eſt. oẽs. Uel q̃ꝛ
nouacula aſcẽderat ſuꝑ caput ei⁹.
etiã ꝓ ſolis ſeptẽ raſis dñs receſſit
ab eo. Tũc abiecit eũ mlier. Quẽ
cũ apprehẽdiſſent philiſtym crue-
rũt oclos eius. ⁊ circũduxerũt eũ
ꝑ terrã. ⁊ apud gazam clauſum in
carcere molere fecerunt q̃ſi ſeruili
opere eũ affligẽtes. ¶ Hebrei ta-
mẽ tradũt. ꝙ philiſtei coegerẽt eũ
dormire cũ mulierib⁹ robuſtis. vt
ex eo ſobolem robuſtã ſuſciperẽt.
Procedẽte tẽpore cũ capilli eius
renaſci cepiſſẽt. cum adeſſet publi
ca ſolẽnitas ingreſſi ſũt principes
phanũ ſuũ vt immolarẽt magnifi
ce dagon deo ſuo. q̃ꝛ tradidit inimi
cũ i man⁹ eoꝝ. Cũqꝫ letarẽť ꝯui-
uãtes. adduct⁹ ẽ ſamſon. vt añ eos
luderet. ⁊ ei illuderẽt. Stabat aũt
inť duas colũnas q̃b⁹ dom⁹ inni-
tebať. Et ait puero regenti ſe. Si
ne me vt tangã columnas. ⁊ paulu
lum requieſcã. Et apprehendens
vtrãqꝫ columnã manib⁹ ait. Mo-
riať anima mea cũ philiſtym. Et
cõcuſſis columnis. cecidit domus
ſuꝑ oẽs. ⁊ multo plures interfecit
moriens q̃ꝫ viu⁹. Et perierũt pre-
ter ꝯuiuas circiter tria milia vtri-
uſqꝫ ſexus qui ludentẽ expectabãt
de tecto. Tulitqꝫ eum vniuerſa co
gnatio eius et ſepelierũt eũ in ſe-
pulchro pr̃is ſui. Et iudicauit iſrl̃
viginti annis. ¶ Hacten⁹ iudicũ
liber tempora ſignat. habẽs ãnos
ducentos nona
gītanouẽ ⁊ iudi
ces. xij. preter ſã
gar ⁊ barach.

Sãpſon moritur.

Additio.
Nota ꝙ in vete
ri teſtamẽto q̃t-
tuor hominũ no
mina ꝑ ãgelũ nũciata fuerẽt. hiſma
hel. iſaac. ezechias. ſamſon. In no
uo duo. iohannes. ⁊ ieſus.

¶ Incidẽtia. Ca. xxi.

Incidẽs ẽ ⁊ ñ ð biblia

Eo tẽpore aſcani
us albã ꝯdidit ſecund⁹
rex latinoꝝ. Palefact⁹ in libro i-
credibiliũ tradit vlixẽ i trierim ci-
renoꝝ fugiſſe ſcyllã ſpoliare hoſpi
tes ſolitã. Syrenes q̃qꝫ mulieres
fuiſſe. q̃ decipiebant nauigantes.

¶ De micha et eius ſacerdote.
Capitulum. xxij.

Sequitur hiſto
ria ð idolo miche. Hũc
ãt euẽtũ ⁊ alteꝝ ð vxo
re leuite dicit ioſephus
ꝯtigiſſe p⁹ mortẽ ioſue: ⁊ añ otho-
niel cum plurimũ peccaſſet coram
dño iſrael: ⁊ tradidiſſet eos dñs in
man⁹ chananeoꝝ. Qui abſtule-
rũt iude aſcalonẽ. ⁊ accarõ. ⁊ mul-
tas vrbes in campeſtrib⁹. ⁊ ipſos
danitas expulſos in montẽ fuge-
re compulerũt. ¶ Eo tp̃e fuit vir
de monte effraim nomĩe michas q̃
ſuſcepit a matre ſua mille centũ ar
genteos votiuos. Et fecit ex man
dato m̃ris ſue et eis ephot ⁊ tera-
phim. i. veſtẽ ſacerdotalẽ ⁊ idola.
Et ſeparauit eis ediculã i domo
ſua. ⁊ impleuit manũ vni⁹ filioꝝ
ſuorum. ⁊ factus eſt ei ſacerdos. ⁊
inueſtiuit eũ ſacerdotio ꝑ aliquid
appoſitũ in manu eius. vel imple-
uit manum ei⁹. id eſt. ſepe obtulit
ei tãq̃ꝫ ſacerdoti. In dieb⁹ illis nõ
erat rex in iſrl̃: ſed vnuſquiſqꝫ qđ ſi
bi rectũ videbať faciebat. Fuit au
tẽ alter adoleſcẽs bethleemita co-
gnatus miche et leuita: ſed pauꝑ.
Qui voluit ꝑegrinari vbicũqꝫ cõ
modũ ſibi repperiſſet. Cũqꝫ decli-
naſſet i domũ miche. cognita cau-
ſa vie eius. ꝯſtituit eũ ſibi ſacerdo
tẽ inſtituẽs ſibi ꝑ ſingulos annos
decẽ argenteos. ⁊ veſtẽ duplicẽ p̃-
ter victuꝫ. ¶ In diebus illis tri-
bus dan querebat ſibi poſſeſſionẽ.
⁊ miſerunt quinqꝫ viros vt explo-
rarẽt terrã i qua poſſent habitare.
Et intrantes domũ miche. ⁊ req̃e
uerũt in diuerſorio leuite. Cumqꝫ
cõſideraſſent veſtes ⁊ idola abie-
runt ⁊ venerunt lachis. Et viden

A
Iudi. xvij

A
Iudi. xviij

tes locū vberē ⁊ magnarū opum. ⁊ habitantes in ea ſine timore ⁊ bel=les reuerſi ſunt ad fratres ſuos. ⁊ dixerunt. Eamus et poſſideamꝰ terram quā vidimus. Nullus erit labor. Et ꝓfecti danite ſexcēti viri. armati ꝑmo māſerūt i cariathariʒ iude. qui locus ex eo dictus eſt ca=ſtra dan. aliꝰ eodem nomie dictus eſt. de quo diximus in ſamſone. Tertius eodē noīe dictus eſt. vbi ieroboā ſacrificauit vitulos. Cūq̄ trāſiſſent iuxta domū miche: in=trauerunt q̄nq̄ predicti viri vt tol=lerent veſtes ⁊ idola. Cūq̄ ſacer=dos acclamaret: dixerunt ei. Veni nobiſcum. Meliꝰ eſt tibi vt ſis pa=ter in vna tribu: q̄ in domo vnius viri. Et abijt cū eis ferens ſecum omnia. Cunq̄ inſeq̄retur eos mi=chas cum omni domo ſua videns eos fortiores ⁊ mināces ſibi mor=tem: reuerſus eſt. Jlli vero cū mu=lieribus ⁊ paruulis ⁊ iumentis et vniuerſa ſupellectile ſua venerunt ad ppl'm lachis. ⁊ ꝑcuſſerunt eos ⁊ vrbem incenderunt. Et ſtruxerūt ſibi ciuitatē: non ꝓcul a libano. et iuxta fontes iordanis circa maxi=mum campum ſidonis in regione roob. Et appellauerunt eā dan: q̄ prius lachis vocabaẜ. poſuerūtq̄ ſibi in deū idolum miche toto tem=pore quo fuit domus dei in ſilo. Jonathan. vero filium gerſon de genere moyſi: ⁊ filios eius ſtatue=rūt ſacerdotes i tribu dan vſq̄ ad diem captiuitatis ſue. Cūq̄ repli=cet hiſtoria. in diebus illis nō erat rex in iſrl'. videtur conſentire ioſe=pho qui dicit hoc factum quod ſe=quitur circa tē pora eadē ꝯtigiſſe.

B iij. Reg. xij.

¶ De vxore leuite. Caplm. xxiij.

A Judi. xix.

FUit vir leuita habitās in latere mon=tis affraim: habēs vxo=rem de bethleem. que irato viro ſuo redijt in domū pr̄is ſui i bethleē. Secutꝰ eſt eā vir ſuꝰ cū puero ſuo ⁊ duobꝰ aſinis: recō=ciliatꝰ eſt vxori. Quarto autē die cū regredi vellet: tenuit eum ſocer vſq̄ in craſtinū. Quito die ſum=pto cibo circa meridiem egreſſus eſt ducens ſecū duos aſinos onu=ſtos ⁊ ꝯcubinā. Sic enī q̄q̄ vxor dicitur. Et vt videẜ velle ioſephꝰ luna q̄nta in fauſtū iter arripuit. Cunq̄ trāſirēt iuxta iebꝰ die de=clinante noluit ingredi oppidū gē=tis aliene. Et tranſiuit in gabaa: q̄ eſt in tribu beniamin. ⁊ nullo eum recipiente ſedebat in platea. Et ec=ce ſenex rediens de agro q̄ erat in monte effraim ⁊ aduena habita=bat in gabaa. Qui introduxit eos in domum ſuā. Et cenantibꝰ illis venientes viri ciuitatis filij belial dixerunt ad dn̄m domus. Educ vi=ruʒ q̄ ingreſſus eſt ad te vt abuta=mur eo. Tamen ioſephus dicit. nō veniſſe eos pro eo: ſed vt raperent vxorem eius. Cum autem obtuliſ=ſet eis ſenex filiam virgineʒ ⁊ vxo=rem viri ꝓ viro. eduxerunt vxoreʒ viri. Qua cum tota nocte abuſi eſ=ſent dimiſerunt eam mane. que re=diens ad hoſpitium expirauit an=te ianuam. Et ferēs vir eiꝰ cada=uer in aſino redijt in domū ſuam. ⁊ concidens eam in duodecim par=tes. miſit in omnes terminos iſra=el. Et clamabant ſinguli. Nunq̄ ſic factum eſt in iſrael: ex quo aſcen=derunt patres noſtri ex egypto. ¶ Et egreſſi ſunt omnes quaſi vnus vir in maſphat. cccc. milia pugnatorum: ⁊ dixerunt. Non re=dibit quiſpiam in domum ſuam donec vlciſca=mur in gabaa. Et elegerunt vi=ros vnuʒ de de=cem qui appor=taret cibaria. et miſceẜ ad oēʒ tribū bēiami di=centes. Tradite nob̄ flagitioſos d

De ſodo=mia in ga=baa.

A Judi. xx.

Additio.

Decimaʒ partē virorum intelli=ge. Senſus eſt. Decimam par=tem virorum ele=gerunt ad ap=portanda ciba=ria.

gabaa vt moriatur. Qui noluerūt: imo dederunt eis in auxiliū. xxv. milia de beniamin Erant enim in gabaa. lxx. viri. ita ſiniſtra vt dex= tra pliantes. ſic etiam fundis lapi des ad certum iaciētes: vt capillū quoq; poſſent percutere. Et aſcē= dens exercitus iſrael in ſilo cōſu= luit dominum. Quis aſcendet pn ceps certaminis contra beniamin

Judas dux fit

Et reſpōdit dn̄s. Judas. Hoc for te videtur facere pro ioſepho ꝺ tē= pore huius cladis. Et aſcendētes inde expugnabant gabaa. ꝛ pma die egreſſi filij beniamin ꝺ gabaa percuſſerunt de iſrael. xxij. milia. ſequēti vero die. xviij. milia. Ter= tia vero die per inſidias circūuen ti ceciderunt ꝛ incenderunt vrbem filij iſrael occidentes viros mulie res ꝛ paruulos. idipſum facientes alijs ciuitatibus in beniamin. De omni numero beniamin ſoli ſexcē ti remanſerunt.

Qui ſederūt in petra enmor. ꝛ planxerunt plā ctu magno qt= tuor menſibus. Et iurauerunt filij iſrael i maſ phat. q nullꝰ eo rum filias ſuas daret vxores fi= lijs beniamin.

Additio.
Petra hec ex= celſa fuit. Ra= ma autē excelſū ſonat. Unde de planctu iſtorū plangentium fi lios ſuos dicit i euāgelio. vox in rama ꝛc.

¶ Math. ij.

Tandem penitentes de deletio= ne tribus vnius requiſierunt qs de iſrael non aſcenderat cum eis: nec iurauerat. Et inuēti ſunt filij iabis galaad non interfuiſſe certa mini. Et percuſſerunt eos a viro vſq; ad mulierez. ſolis. cccc. virgi nibus reſeruatis. Et aduocantes ſexcentos viros de petra remmor reddiderunt eis ſortem beniamin. ꝛ. cccc. illas virgines dederunt eis in vxores. Et inito conſilio de dā dis vxoribus ducentis que reman ſerant dixerunt eis. Ecce ſolemni tas domini eſt in ſilo. ꝛ aſcendent filie iſrael ducentes choros: ꝛ vos latentes i vineis exite ꝛ rapite ſin guli ſingulas vxores. Et factum eſt ita. Et reſtituta eſt tribus be= niamin. In diebus illis non erat rex i iſrael. ſꝫ vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur faciebat. Eadē eſt clauſula que eſt ſupra. Ideo forte videtur q circa idem tempꝰ vtrūq; factum fuerit.

Judicum. xxi. p totū.

¶ Explicit liber Judicum.

¶ Incipit liber Ruth.

¶ De ruth. Cap. xxiiij.

Preābulū

Post ſā= ſonem iudi= cauit iſrael heli ſacerdoſ qui non tan tum iudex ſꝫ ſacerdos a digniori offi cio agnominatꝰ eſt. Et tranſla= to ſacerdotio a filijs eleazar. h primus de filijs ithamar acce= pit ſacerdotiū. In diebus eius facta eſt fames in terra. ꝛ ſurre xit helimelech ꝺ bethleē effra= teus cum vxore ſua noemi. et duobus filijs ſu is maalō et che lion. Et ingreſ= ſus eſt regionem moabitidem vt paſceretur ibi. Quo mortuo filij eius duxerunt vxores moabitidas orpham et ruth. Tamen ioſephus dicit q paſ accepit filijs ſuis vxo= res ꝛ māſerūt ibi decē annis. ꝛ mor tui ſunt ambo ſine liberis. Noe=

Additio.
Sic certū q cū aaron quattuor habuit filios: duo ex eis in de ſerto igne perie runt. eorum qui remanſerāt ma ior natu fuit ele azar. cui debe= batur ſacerdoti um quod dura= uit vſq; ad heli qui fuit de itha mar fratre ſuo.

Ruth. i.

mi ꝓo vidua et orbata filijs: ſurrexit vt rediret ĩ patriã. Audierat eĩ ꝙ dñs dederat pplo ſuo eſcas ⁊ comitabanᷣ eaz nurus ſue. Que ait ad eas. Reuertimini filie mee ĩ domum matris veſtre. Nõ ei vltra poteſtis ſperare viros ex vtero meo. Et nota quoniaz apud moabitas ſeruabaᷣ lex de ſemine ſuſcitando: ⁊ adquieuit orpha: ⁊ reuerſa eſt. Ruth ꝟo ſeq̃baᷣ eam. Cui noemi. Audi filia. Nõ eſt de⁹ noſter ſicut dij gentiũ. nec ppls nrᷣ ſᷣm rituz gẽtiũ viuit. expedit tibi vt rdeas ad ppl'z tuũ: ⁊ ad dõs tuos. Et ait ruth. Ppl's tu⁹ ppls me⁹ de⁹ tuus deus me⁹. Profecteq; ſũt ſil'. ⁊ venerũt in bethleem q̃ ꝑus dicebaᷣ effrata ab vxore caleph hec fuit maria ſoror moyſi. ſᷣm q̃ſdã trãſlata de heremo q̃ poſtq̃ ꝑcuſſa eſt lepra agnomiata ẽ effrata id eſt furorez vidit. id eſt experimento iram dei cognouit. Vel iterpretaᷣ ſpeculuz: qr plaga eius omnib⁹ ẽ poſita in exẽplum. ſz tũc ꝑmo ꝓpter icredibilẽ vbertatẽ ſibi redditã cepit vocari bethleem qḋ eſt dom⁹ panis. ¶ Percrebruit fama in beth-

D Ruth. j. leez ⁊ dicebant. Hec ẽ illa noemi. Quibus illa. Ne vocetis me noemi qḋ eſt pulcra. ſz vocate me mara. qḋ eſt amara. Egreſſa ſum plena. ⁊ vacuã reduxit me dñs amaritudine plenã. Et tunc primo metebanᷣ ordea. ¶ Erat aũt ibi vir potẽs ⁊ opulentus booz ꝯſanguineus helimelech. Intrauit itaq; ruth agros illius de volũtate noemi: ⁊ colligebat ſpicas poſt metẽtes. Accidit ãt vt egrederenᷣ booz ad agrũ: ⁊ ait meſſorib⁹. Dñs vobiſcuz. Et queſiuit cuius eſſet hec puella. Et dixerũt. Hec eſt moabitis illa q̃ venit cum noemi. Et ait booz ad eã. Filia ne vadas in alterius agrũ. Nullus pueroꝝ moleſtus erit tibi. Si ſitis / vade ad ſarcinulas pueroꝝ meoꝝ bibe. ⁊ hora veſcẽdi veni huc ⁊ comede. ⁊ intinge buccellã ĩ aceto. Reddat tibi dñs iſrl' mercedẽ. quoniã confugiſti ſub alas ei⁹. Pueris quoq; ſuis dixit. Proijcite d̃ manipulis vr̃is d̃ induſtria vt abſq; rubore colligat. Cũq; comediſſet ruth ad lat⁹ meſſoꝝ coniecit polentã [quã ioſephus alphitam vocat] ⁊ ꝯſeruabat eã ſocrui ſue. In veſpera autẽ que collegerat virga excutiens: inuenit ordei quaſi ephi. id eſt. tres modios. Cunq; rediſſet ad ſocruz indicauit ei que fecerat ſibi booz. Et ait noemi. Propiquus noſter eſt homo: benedictus ſit a domio. Idipſum fecit ruth ſequentibus diebus vſq; ad aree ventilationẽ. Mos erat in iſrael ꝙ in ventilatione aree dominus grande conuiuium parabat pueris ſuis ⁊ meſſoribus. Et dormiebat in area: ⁊ q̃ſi ſolennizans abſtinebat ab amplexibus. Idipſum fiebat in tonſio-

A Ruth. ij. (margin, beside "potẽs ⁊ opulentus booz ꝯſanguineus helimelech")

Additio.
Sup paralipomenon dt hieronym⁹ ꝙ in diebus helimelech ſol ſtetit ad trãſgreſſores legis. Sz qr nõ timuerũt deũ. tãta fames inualuit vt potior ĩ tribu iuda fugeret cum vxore et liberis.

Additio.
Opiniões plures ponuntur. Unde ciuitas q̃ nunc bethleẽ dicitur prius vocata fuit effrata ſecũduz ꝑmã opinionẽ dicentez. Mariã ſororem moyſi tranſlatã illuc. qr mortua fuit in deſerto. Hieronym⁹ tñ dic ꝙ caleph ſuſcepit de effrata vr virũ marie. ⁊ vr genuit beſeleel.

Additio.
Cũ terra illa calidiſſima ſit homines regionis illi⁹ ꝯ remediũ eſt⁹ in cõdimentis ſuis aceto qḋ frigiduz eſt vtũtur. Cõtraria eñ ꝯrys curantur. qm̃ etiaz calidiſſimus eſtus mitigatur.

ne ouium. Si poſt vindemias fieret non legi.

A Ruth .iij. ¶ Et ait noemi ad Ruth. Lauare filia et vngere et induere cultioribus veſtimentis: et aſcende in aream cum alijs. Nõ te videat homo donec inebriatus fuerit. Cumq; obdormierit: proijcies te a parte pedum eius et ibi iacebis. Et fecit omia que ſibi ſocrus imperauerat. Et ecce media nocte euigilans homo expauit dicens. Que es? Et illa. Ego ſum ancilla tua. Expande pallium tuum ſuper me: quia propinquus es. Cũq; indicaret ei booz in talibus derogationibus caſtitatem eſſe ſeruandam: addidit. Alius propinquior me eſt. Si te voluerit retinere iure ppinquitatis: bñ res acta ē. alioquin ego te ſuſcipiam viuit domin⁹. Surrexit itaq; Booz de loco vbi iacuerat iuxta arconium manipulorum anteq; homines mutuo ſe cognoſcerent: et impleuit palliolum illius ordeo quaſi ſex modijs: et rediens ruth onuſta ad ſocrum indicauit ei que dixerat booz.

Additio.
Arconium dictum eſt ab arcendo: quia gelime ibi arcentur quelib; ab alia.

A Ruth.iiij. ¶ Aſcẽdit ergo booz ad portã et ſedit cum iudicibus: et vocauit decẽ de ſeniorib⁹ ciuitatis et aduocauit propinquiorem illum de quo dixerat: et ait ad illum. Partem agri patris noſtri helimelech diſpoſuit vendere noemi. Nos duo ſoli propinqui ſumus: ſed tu propinquior. Eme ergo ſi placet. At ille. Ego emam. Cui booz. Ergo non ex media parte oportet te legum habere memoriã. habeas neceſſe eſt cum agro relictã maalon vt ſuſcites nomen propinqui tui. At ille ait. Cedo a iure ppinquitatis: tu autem vtere meo priuilegio. Et ait booz. Tolle ergo calciamentum tuum vt firma ſit confeſſio. Joſephus tamen dicit. Booz itaq; teſtificans ſeniores: iuſſit mulieri vt eius ſolueret calciamentum ſecundum legem et in faciem eius ſpueret. Johannes vero ait. Cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere. Ex his tribus conijcitur q; ſecundũ diuerſos caſus quãdoq; ipſe repudians ſoluebat ſibi calciamentum quãdoq; vero mulier ſoluebat ei. quãdoq; vir qui ſuſcipiebat eam. Sed quocunq; mõ fieret in opprobrium refugij contra legem domus eius dicebatur domus diſcalciati. Et ait booz aſtantibus. Huius rei teſtes eſtis. Qui dixerũt. Teſtes ſumus. faciet dominus hanc mulierem tibi ſicut rachel et lyã que edificauerũt domum iſrael. Accepit itaq; booz ruth in vxorem. Et poſt annum natus eſt ei filius quem poſuit noemi in ſinu ſuo: nutricis et gerule fungens officio. Et dixerunt ad eam vicine cõgratulantes. Ecce habes qui nutriat ſenectutem tuam et ſeruiat tibi plus q; ſeptem filij. Ob hoc vocauit nomen eius obeth. quod hebraice interpretatur ſeruiẽs. Hic eſt pater iſai patris dauid

Additio.
Senſus verborum ioannis ſecundum vnã expoſitionem is ẽ. Putabatur ioannes ſponſus ſponſe. id eſt. eccleſie. et fuit conſuetudo vt mortuo viro ſine prole: vxorem eius duceret propinquior ei⁹ cognatus. Qđ ſi nollet: primus eum diſcalciabat. et duxit eam. Dicit ergo ioãnes. Non ſũ ego ſpõſus: ſed chriſtus cuius corrigiam calciamenti nõ ſum dignus ſoluere. vt ducam eius ſpõſam: nõ tamẽ ipſe diſcalciabat repudiãtem ducens eã. Qđ notat hic.

¶ Explicit liber Ruth.

Incipit tabula in hiſtoriā Regum libri primi.
Hiſtoria libri regum cap.j.
De parentibus ſamuelis. ca.ij
De fenenna. ca.iij.
De ortu ſamuelis. cap.iiij.
De filijs heli. cap.v.
Q̄ꝫ tertio vocauit dominus ſamuelem. cap.vj.
De morte heli et filiorum eius: et captione arce. ca.vij.
De remiſſione arce. ca.viij.
Q̄ꝫ orāte ſamuele vicit iſrael philiſtijm. cap.ix.
Q̄ꝫ iſrael petijt regem. ca.x.
De vnctiōe ſaulis ꝛ electiōe. ca.xj.
De naas et ſcḋa vnctōe ſaul. c.xij.
Q̄ꝫ ſamuel predixit ſauli de tranſlatione regni. ca.xiij.
De clade philiſtijm et fauo quem comedit ionathas. cap.xiiij.
Q̄ꝫ ſaul vicit amalech. ca.xv.
De vnctōe dauid i domo pr̄is.16.
De morte golie. cap.xvij.
Q̄ꝫ ſaul pſecut⁹ eſt dauid. ca.xviij
Q̄ꝫ michol depoſuit dauid per feneſtram. ca.xix.
De fuga dauid in nobe. cap.xx.
De fuga dauid ad achis. cap.xxj.
De morte abimelech ꝛ ſacerdotū. Capitulum. xxij.
De ziphels ꝛ ꝙ dauid latuit i ſpelunca. Capitulum. xxiij.
De morte ſamuel ꝛ nadab. c.xxiiij
De fuga dauid ad achis. cap.xxv.
De ſuſcitatione ſamuelis. ca.xxvj.
Q̄ꝫ dauid vicit amalech. ca.xxvij.
De morte ſaul et filiorum eius. Capitulum. .xxviij.

Hiſtoria libri regum primi.

prefatio

Liber regum quatuor voluminibus diſtinguit apud nos. ſcḋꝫ hebreos aūt in duob⁹. ꝛ dicunt pmū ſamuel anoie auctoris. ſcḋm vocāt malachi. i. regū. a materia. qdaꝫ vocant malachoth. qḋ ſonat regnorū: ſed vitioſe. Agitur eni in eo de vno regno iudeoꝝ tm̄: ꝛ de regib⁹ eius. licet in duo diuiſuꝫ fuerit. Scpt⁹ eſt āt chronice liber iſte ſub ſingulis regib⁹ q compact⁹ eſt in vnū a hieremia. qḋ exinde ptꝫ ꝙ idē finis ē hui⁹ libri et hieremie. Ad cōmēdatiōeꝫ āt ſamuelis pmitit cōmendatio pr̄is eius in hunc modum.

De parētib⁹ ſamuelis. Cap.j.

Fuit vir vnus de ramathaim ſophi. de mōte effraim. ꝛ nomē ei⁹ helchana effrateus. A j.Re.j. Uir eni ponit hic non p ſexu: ſed p vigore virtutū. nec vnus p numero ſꝫ p ſingularitate religionis ꝑ alijs. Dicit autē ciuitas eius ramathaim q̄ in euāgelio dicit arimathia. G Math. xxvij. a ioſepho dicit ramath. quia in excelſo ſita erat. ſophym ꝑo ſpeculatio interꝑtat. et eſt ibi genitiu⁹ caſus. acſi diceret de ramathaim ſpeculatiōis. q: et ea circūiacens regio longe videri poterat. ſic tradit Hieronymus. Alij diſtinguūt ſic. de ramatha in ſophim. Nō eſt autē mons effraiꝫ nomē montis ſꝫ regiōis. Uñ in ſequentib⁹ vbi legit de. xij. ꝑfect' regionuꝫ A iij. Re.iiij. qui miniſtrabāt ſalomoni p ſing'los mēſes. ponit dechar ꝑfectus montis effraim. Fuit autem helchana leuita nonuſdecim⁹. a leui deſcendens ab eo p caath. ꝛ iſſuar ꝛ chore. Uñ patꝫ ꝙ ſamuel non fuit aaronita. ꝛ dicitur effrateus. id eſt bethleemita. Fuit enim ſecūdum matrem de tribu iuda. Unde poſtea ſamuel poſuit vnum de filijs ſuis iudicem in bethleem tanꝗ inter contribules. Et nota ꝙ quidaꝫ tria nomina diſtinguūt ſic. Effrateus ab effraim ſcribunt per duo. f. ephrateus ab effrata. p. p h. eufrateus ab eufra-

ten. quod eſt fugifer. ꝑ eu. ⁊ eſt [vt dicunt] terminus iudee iuxta eufraten.

¶ De fenenna ⁊ anna vxoribus. Capitulum. ij.

A j. Reg. j. Habuit autem helchana duas vxores. nomen vni anne. ⁊ nomen ſcđe fenēna. ⁊ cum debuit dicere alteri de duabus. dixit ſecūde: innuens: q̄ licet pares eſſent in nomine vxoris. tamen hec ſecunda erat in amore viri. Erat autē anna pulchra ſ; ſterilꝭ. fenēna vero fecunda. Et aſcēdebat vir ille tribus ſtatutis diebus ſm legē in ſilo ad adorandū. Erant autē in ſilo filij heli ofni ⁊ phinees ſacerdotes Cunq̄ȝ immolaſſ; helchana dedit fenēne ⁊ filijs ⁊ filiabus eiꝰ partes. anne aūt dedit partem vnam triſtis. Quidam putant hoc dictum eſſe de veſtibus nouis quas diſtribuebat vxoribus ⁊ liberis in die feſto. S; magis putandum eſt eſſe dictum de partibus ſacrificiorum. que contīgebant offerētes. quas tanq̄ ſcās leuite ceteris diſtribuebāt. Hebreus ſermo magis videtur ſonare. dedit anne miſſionem vnaȝ duplicē: quaſi vnam partem equipollētem duabus Porro anna triſtis erat. ꝓ ſterilitate ⁊ non ſumebat cibuȝ. Et egreſſa eſt ad fores tabernaculi vt oraret heli ſedente ante poſtes. vt querentes conſilium paratum eum inuenirent. ⁊ flens anna votum vouit dn̄o. Dn̄e exercituū. ſi dederis mihi ſexum virilē dabo eum tibi nazareū omnibus diebꝰ vite ſue. Et attendēs heli motum labioꝝ voceq̄ȝ nō audiēs: eſtimās temulētam ait. Digere pauliſper vinum quo mades. Que reſpondit. Nequaq̄ȝ dn̄e. Sed mulier infelix ego ſum vſq̄ȝ adhuc. Ora ꝓ ancilla tua. Intelligens aūt eā heli ſterilem ait. Det tibi deus iſrael petitionem tuam. Hebreus tamē h; dabit. Unde mulier ex promiſſione ſacerdotali ſecura abijt. vultuſq̄ȝ illius non ſunt amplius i diuerſa mutati. i. animus eius non ē deinceps diſtractus in varietates dubitationis.

¶ De ortu ſamuelis. Cap. iij.

Et factuȝ ē vt pareret filium. ⁊ vocauit nomē eius ſamuel. i. poſtulatio dei quia a deo poſtulatū ſuſceperat. nec aſcēdit mulier in ſilo cum viro ſuo: donec ablactaret filium. ⁊ eum ablactatum duxit in ſilo cuȝ vitulis tribus. ⁊ modijs farine tribus. hebreus tamen habet. ⁊ in modio farine ⁊ cum amphora vini que eſt menſura trium modioruȝ. Nec attulit ſimilam. ⁊ vinum ad libandum tātum. cum in libaminibus vituloꝝ pauciora ſufficerent. preſertim cū non niſi vnum vitulum obtuliſſet. ſed intelligendum eſt q̄ reſiduum dedit domui ſacerdotum. Porro mirum videtur eſſe puerum bimū. quaſi nouiter ablactatuȝ adductū eſſe ad miniſtrandum in tabernaculo. Propterea quidam dicunt tres eſſe ablactationes. Prima ē a lacte mamille: que fit tertio anno Secunda a lacte infātie: que fit ſeptimo. Tertia a lacte puericie: que fit duodecimo. ⁊ ſic amouetur puer a nutrice. a pedagogo. a tutore. Dicunt ergo quidam eum adductum poſt ſecūdam ablactationē: ad imbuendum litteris. Unde i ſequentibus legitur q̄ per ſingulos annos mittebat ei mater tunicam paruam. Alij dicunt q̄ poſt tertiā ablactationem quaſi iam idoneuȝ ad miniſtrandum. Unde ſtatim ſequitur. Puer autem erat miniſter in conſpectu domini. Cunq̄ȝ obtuliſſet puerum heli: ait anna. Uiuit anima tua domine: ego ſum mulier infelix pro qua oraſti. ⁊ ecce fili-

D. C. j. Reg. j.

D j. Reg. ij.

us quem dedit michi dominus. Genus erat iuſiurandi per conſirmationem. quaſi diceret. per animam tuā domine. Quidam tamen quandoq; p execrationem dici putant: vt ibi Viuit anima tua rex ſi noui eum. quaſi diceret. deſtruet me vita tua rex. ſi noui eum. ⁊ orauit anna dominum: ⁊ dixit. A j. Regū. ij. ¶ Exultauit cor meum ⁊c. Canticū tñ eſt proprie nō oratio ⁊ ptinet tria hoc canticū. pmū eſt grãƺ actio. p beneficijs ſibi preſtitis. ſʒ eſt inuectio in ſuperbos occaſione fenenne: vt ibi. Nolite multiplicare loqui. tertio pphetat de regno chriſti: vt ibi. Dominus iudicabit fines terre. Quod autē legitur in cātico donec ſterilis peperit plurimos. ⁊ que multos habebat filios infirmata eſt. hebreus habet pro plurimos ſeptem. ⁊ p infirmata ē. ſecta eſt. ⁊ tradit q ſingulis anne filijs naſcentibus ſinguli fenenne filij moriebātur. ⁊ quinq; filijs anne duos filios ſamuelis cōnumerat: vt ſint ſeptē. Redijt helchana in domū ſuam: ⁊ ſamuel miniſtrabat ante heli. ⁊ dicit eum ioſephus anno duodecimo pleno pphetaſſe.

C j. Regū. ij. ¶ De filijs heli. Cap. iiij.

Porro filii heli neſcientes dñm. partē ſacerdotalem de ſacrificijs anteq; adolerēt adipem tollebant ab offerentibus crudā. vt lautius ſibi pparārēt eā. ⁊ mittebat puer ſacerdotis fuſcinulā in ollā. ⁊ quicquid leuabat fuſcinulla erat ſacerdotis quod non erat portio. ſʒ rapina. Samuel aūt miniſtrabat accinctus ephot lineo non ſacerdotali ſed prophetico. et tunicam paruā afferebat ei mater ſingulis annis. ⁊ viſitauit dominus annam: ⁊ habuit tres filios ⁊ duas filias. Heli autē erat ſenex valde: et audiuit peccata filiorū qui dormiebant cum mulieribus excubantibus ad oſtium tabernaculi: ⁊ eas que venerant ad purificandum polluebant. Quidam tamen volunt q non admiſcebantur mulieribus: ſed corrupti pecunia dabant mulieribus licentiam cōmiſcendi viris ſuis infra dies purificationum. Unde ⁊ pater dixit eis. Transgredi facitis populum domini. ⁊ tepide arguebat eos. Venit autem vir dei ad heli: ⁊ ait ad eum. Loquens locutus ſum. vt domus patris tui miniſtraret mihi ī ſempiternum. Abſit hoc a me. ſed honorantes me glorificabo. ⁊ contēnentes abyciam. Ecce precidaʒ brachium domus patris tui. id ē. auferam ſacerdotium d̄ domo tua p quo debebat ei armus dexter. ⁊ videbis emulum tuum in tēplo. A j. para. 24 Quod factum eſt in diebus ſalomonis cuʒ ſadoch q fuit d̄ eleazar factus eſt ſacerdos. electo abiathar: qui fuit de ithamar. Quidam tamen autumant tranſlatum eſſe ſacerdotium ad ſamuelem: qui non fuit aaronita. Sed nec legitur ſamuelē fuiſſe ſacerdotem nec aaronitas amotos a ſacerdotio: vſq; circa tempora machabeorū. Quod autē addidit vir dei: magna pars domus tue morietur: forte impletum eſt in proximo quando occubuerunt filij eius in bello. vel quādo ſaul ſacerdotes nobe interfecit. ⁊ in ſignum future veritatis predixit ei vna die filios eius morituros. Porro in diebus illis erat ſermo domini precioſus. id eſt. rarus.

¶ Q; tertio dominus vocauit ſamuelem. Cap. v. A j. Regū. iij.

Et factum eſt vna die heli iacebat in lecto ſuo. ⁊ oculi eius caligauerant. nec poterat videre lucernam dei anteq; extingueretur. Quod mirum videtur. Non eſt enim aliquis adeo cecutiens quin clarius videat lucer-

nam ardentē q̄ extinctam pſertim
cum cecutientes oculi clarꝰ vide
ant ad lucernam q̄ ad diem. Qui
dam ſic diſtinguunt. Nec poterat
videre lucernam dei anteq̄ extin-
gueretur. i. moreret. Samuel aūt
dormiebat ⁊ ſuperabundat autē.
Huic ſenſui videtur conſentire he
breus: qui diſtinguit ibi. nec pote
rat videre: ⁊ ſubiungit. lucerna do
mini nondum extinguebatur. ⁊ ſic
congrue ſequitur ſamuel autē dor
miebat in templo domini. id eſt in
thalamo iuxta tabernaculum vbi
ſolus cum heli ſacerdote dormie-
bat. Unde cum vocaſſet eum do-
minus: cucurrit ad heli dicēs. Uo
caſti me. Falſum dixit. ſed non eſt
mentitus: ⁊ ait heli. Non vocaui
te Reuertere ⁊ dormi. ⁊ factum ē
ſecundo ſimiliter. Nondum enim
ſamuel ſciebat dñm. id ē. nōdū ha
bebat ꝯſuetudinē audiendi dñm.
Samueli apparuit dominꝰ ⁊c.
Cūq̄ vocaſſet eū dominus tertio.
iterum abijt ad heli. Intellexitq̄
heli q̄ vocaſſet eum dñs: ⁊ ait. Si
deinceps vocauerit te dices. Loq̄-
re dñe q: audit ſeruus tuus. Cūq̄
vocaſſet eū dñs dormientem ait.
Loquere dñe: ⁊ indicauit ei ean-
dem cōminationem in domū heli
quā prius fecerat per virum dei.
Non tamen putandum eſt irritaꝫ
factam eſſe promiſſionem quā fe-
cerat dñs aaron de ſacerdotio ſem
piterno. Promiſſionibus eñ hu-
iuſmodi: ſemper addenda eſt con-
ditio quandoq̄ poſita. Si cuſto-
dierint filij tui teſtamētū meū ⁊c.
Uidetur ioſephus velle dñm ideo
tertio vocaſſe ſamuelem vt pfigu-
raret tres ipſius dignitates futu-
ras. Fuit enim pp̄heta q̄ ab hac
vocatione dicit eum habuiſſe. fuit
quoq̄ iudex. obtulit etiaꝫ quaſi ſa
cerdos. eo q̄ paruulꝰ eſſet icaboth
nepos heli. Mane adiurauit heli
ſamuelem: vt indicaret ei vniuer-
ſum ſermonem dñi: ⁊ indicauit ei
omnia. Et ait heli. Dñs eſt. qđ bo
num eſt in oculis ſuis faciat. Cre
uit autem ſamuel. ⁊ cognouit vni-
uerſus iſrael q̄ fidelis pp̄heta ſa-
muel eſſet dño. ⁊ conſuluit eū om-
nis populus iuxta verbum domi-
ni. Preceperat enim dñs vt abijce
rent diuinos ⁊ ariolos ⁊ huiuſmo
di. ⁊ ſciſcitarentur a fratribꝰ ſuis
verbum domini.

¶ De morte heli ⁊ filiorum eius.
⁊ captione arce a philiſtym. ca. vj.

ET factum eſt — A i. Regū. iiij
cōuenerunt philiſtym
in pugnā in affech. qui
dicitur locus ieſrabel:
pertinens ad iſrael. quā vocat ioſe
phus ciuitatem ampheolbenitis.
Iſrael quoq̄ egreſſus eſt in pliuꝫ
iuxta lapidem adiutorij quod per
prolepſim dictum eſt. id eſt. p anti
cipationē. poſtea patebit. ⁊ victꝰ
eſt iſrael. ⁊ ceciderūt de eo quaſi q̄t-
tuor milia virorū: ⁊ dixerunt ſenio
res. Afferamus de ſilo arcā dñi ſe
dentis ſup cherubin. Qđ ideo di-
ctum eſt ſicut ⁊ in pſalmo. Qui ſe — A ps. lxxix.
des ſuper cherubī. quia gloria dñi
ibi qñq̄ apparebat. Et tulerūt ar
cam: ⁊ iuerunt cum ea duo filij he
li. Nam ⁊ phinees iā fungebatur
officio patris ſui. ⁊ acceperāt mā-
datum ab heli. ne forte redirēt ad
eū ſine arca. ⁊ timuerūt philiſtym
⁊ acrius pugnauerunt. Fugitq̄
iſrael. et ceſa ſunt ex eo. xxx. milia
peditum. ⁊ arca domini capta eſt:
⁊ duo filij heli mortui ſūt. Cucur
rit autem puer beniamita ex acie.
⁊ indicauit in ſilo quod factū fue-
rat. Heli autem ſedebat contra viā
que ducebat ad caſtra. ſpectās. id
eſt. auſcultās. Iam enī cecus erat
vt tradūt hebrei. id eſt non cecuti-
ens. Qui audita ſtrage populi et — Heli morit ⁊ ſui filij.
morte filiorum quieuit. Cum aūt
audiſſet arcā captā cecidit retror-
ſum: ⁊ fractis ceruicibꝰ expirauit.
Nurus autē eius vxor phinees p̄-
gnans erat: ⁊ pre dolore icuruauit

ſe ⁊ peperit filium.vij.menſiuȝ:vt
dicit ioſephus.⁊ vocauit euȝ ica-
both.id eſt.i glorio dicēs. Trāſla
ta eſt gloria domini d iſrael. Por
ro heli iudicauit iſrael.xl.annis.
Cui concordat ioſephus.lxx.vero
⁊ paralipomenon dicunt.xx. Po
teſt dici q̄ poſt ſamſonem.xx.anni
fluxerunt ſine iudice.qui aggrega
ti ſunt annis quibus iudicauit he-
li Quidam tamē dicunt.xx.ānos
quibus iudicauit ſamuel aggregā
dos annis heli magiſtri ſui. Sed
verius anni ſamuelis cum annis
ſaulis aſcribunt᷑. Sane potuit fie
ri vt heli factus iudex tranſtulerit
ſacerdotiū de domo eleazar. Elea
ȝar quidem ſuccedit phinees. Cui
ſucceſſit abieȝer.cui ſucceſſit buȝi.
cui ſucceſſit oȝi.⁊ tranſlatum eſt ſa
cerdotium.

¶ Incidentia.

Incidens. ¶ In diebus heli fuit tertius rex
latinorū ſiluius poſthumus filius
enee ⁊ lauinie.a quo deinceps lati
ni reges ſiluij denominati ſunt.
Hunc aſcanius heredem reliquit.
adhuc puulo filio ſuo iulio. a quo
iuliorū familia ⁊ originem traxit
⁊ nomen. Hectoris filij iliū recepe
runt.expulſis poſteris neſtoris.

¶ De remiſſione arce. Cap. vij.

A
j.Regū.v. Tulerunt autē
philiſtei arcam dn̄i in
aȝotū ⁊ ſtatuerunt eā
iuxta dagon.quaſi tro
pheum ⁊ ſurgentes diluculo inue
nerunt dagon. p̱ſtratū in terra an̄
arcā. ⁊ quaſi adorantem: vt dicit
ioſephus. ⁊ reſtituerūt eū in locū
ſuum. Rurſus mane ſequente iue
nerunt eū p̱ſtratum.caput vero ⁊
manus eiꝰ abſciſſe a trūco iacebāt
ſuper limē. Ob hoc nullus ingre
diens templū in aȝoto calcat ſup
limē vſq̄ i hodiernū diē. ⁊ aggra
uata eſt manꝰ dn̄i ſuper aȝotos.⁊
p̱cuſſit eos i ſecretiori parte natiū.
⁊ ꝯputreſcebant p̱minentes exta
les eorum. Quod ioſephus dicit
factum ex crudeli paſſione diſente
rie.ita vt putrefacta egererent in-
teſtia. ⁊ mures ebulliētes d agris
corrodebant extales eorū.⁊ ſatra-
pis conuocatis dixerunt ad eos.
Quid faciemus de arca? Qui di
xerunt. Circunducat᷑. Quocunq̄
aūt circūducebatur p̱cutiebat oēs
in poſterioribus. ⁊ fecerunt ſibi ſe
des pelliceas. ⁊ cōuenientes p̄nci
pes quinq̄ vrbium:tractabant q̄d
facturi eſſent. ⁊ erāt qui dicerent
cauſā paſſionuȝ factam p arcam.
alij p caſum.alij per corruptioneȝ
aeris ⁊ fructuum terre. ¶ Dixe-
runt aūt ſacerdotes ⁊ diuini Cur A j.Regū.vi.
aggrauatis cor veſtrum ſicut pha
rao ⁊ egyptus. Remittite arcam
ſed nō vacuā. Reponite in capſel-
la iuxta arcam quinq̄ anos aure-
os.⁊ quinq̄ mures aureos p̱ nu-
mero ciuitatum que percuſſe ſunt.
Ioſephus tamē dicit.v.ſimulacra
hominū aurea.⁊ ponetis arcā ſup
plauſtrū nouum. ⁊ ꝯiungetis du-
as vaccas fetas.quibus non ē im-
poſituȝ iugū.⁊ vitulos earū reclu
detis domi.⁊ ſi recto itinere aſcen-
dant ꝯtra bethſames ipſa fecit no
bis hoc malū.alioquin caſu factū Remittit᷑
eſt. Ibāt aūt vacce mugiētes i di- arca dn̄i a
rectum nec declinātes ad dexterā philiſteis.
nec ad ſiniſtram per viā que ducit
bethſames.⁊ hec eſt vna ſacerdo-
taliū ciuitatū in tribu beniamin.
Eſt altera bethſames in tribu ne-
ptali. Porro bethſamite metebāt
triticuȝ et venit plauſtrum i agrū
ioſue bethſamite ⁊ ſtetit ibi. Et
poſuerunt arcā ſuper lapidē gran
dem quē putant hebrei fuiſſe arā
edificatam ab abraam. ⁊ capſellā
que erat iuxta eā.⁊ cōciderūt leui
te ligna plauſtri ⁊ vaccas poſuer͂t
ſuper ea in holocauſtum dn̄o. Vi-
ri aūt bethſamite obtuler͂t holo-
cauſta ⁊ victimas i die illa. Aſſer͂t
q̄dā q̄nq̄ tm̄ eſſe ciuitates phili-
ſtym.⁊ ideo q̄nq̄ tm̄ miſiſſe anos

aureos. ⁊ q̄nq̧ mures. Sȝ in ſeq̄n tibus legiṫ ſicaleg fuiſſe ciuitas philiſtinoꝝ. Uñ melius videṫ qđ dicit Iſidorus q̄nq̧ fuiſſe tm̄ metropoles ⁊ q̄q̧ obtulit anū aureū ⁊ murem. alie ſolū mures obtulerūt vſq̧ ad abel magnū: ſup quem poſuerunt arcā dñi. Et videṫ hec lr̄a ſonare ꝙ abel ſit nomen lapidis ſup quē poſita fuit archa. Alij aſſerūt ciuitatē que tunc bethſames dicebaṫ. que poſtea dicta eſt abel. quod interpretaṫ luctus. ꝓpter luctuȝ bethſamitarum qui ſecutus eſt. Et additu ȝ eſt magnū: ad differentiam alterius abel: que in ſequentib⁹ abela diciṫ. vbi ſapi-

F
ij. Reg. xx. ens mulier exclamauit ad ioab. Qui interrogāt interrogēt in abela. ⁊ tunc legiṫ ſup quem poſueṙt arcā. id eſt. iuxta quē. ⁊ percuſſi ſunt de bethſamit. lxx.

Additio.
Nō volebat eā ioab cape vt ſit ſenſus. noli eaȝ deſtruere. quia omnes in ea ceperūt cōſilium faciendorum.

Percuſſi ſunt bethſamite. viri. ⁊ .l. milia plebis: eo ꝙ vidiſſēt arcaȝ nudā. Credunṫ aūt illi. lxx. depoſuiſſe arcā cū nō eſſent ſacerdotes. Si queriṫ: cur ergo mortui nō ſunt philiſtei quotquot videṙt arcā. pōt dici ꝙ nō peccauerūt videndo quib⁹ nō erat ꝓhibituȝ videre. Timentes autē bethſamite

A
j. Reg. vij. miſeṙt ad viros cariathiarim vt reducerēt ad ſe arcā. Qui reduxerunt eam ⁊ tulerūt eam in domuȝ aminadab viri iuſti in gabaa. ⁊ eleazarū filium eius ſacerdotem inſtituerūt in cuſtodiaȝ arce. ⁊ fuit ibi. xx. annis vſq̧ ad octauum annū regni ſaulis q ipē tulit eā in caſtra. Manſerat aūt apud philiſteos. vij. menſibus. ⁊ tūc q̄euit iſrael poſt dñm ſedata ira domini ſup eos.

Additio.
De cariathiarī tranſtulit eaȝ ſamuel ī maſphat poſt ipſe ⁊ ſaul in galgala. poſt ſaul in nobe. et de nobe in gabaa. poſt dauid in domū obeth. poſt ī ſion poſt ſalomon in templum. Has omnes tranſlationes diligens lector aduertere poterit in hoc libro.

¶ Q̄ꝫ orante ſamuele vicit iſrael philiſtijm. Capitulum. viij.

Uod attēdēs ſamuel ⁊ videns eorū fiduciam in dño ait. Aſcēdam⁹ ī maſphat vt orē ꝓ vobis. Cūq̧ aſcēdiſſent in maſphat. effundēs aquā coram dño ī q̄ maledicta ꝯgeſta erāt quā ſi idolatra bibebat labia ei⁹ adherebant ſibi inſeꝑabiliter. forte in ſignū federꝭ ſicut fecit ioſue. ⁊ iudicauit eos ibi ſamuel. i. docuit eos iudicia dei. Quidaȝ tn̄ aſſerūt ſamuelem quoddā idolū redegiſſe ī puluerē. ⁊ mixtuȝ dediſſe populo ad bibendū. ⁊ in barbis eoꝝ iudicaſſe reos idolatrie a nō reis. ſicut quondā fecit moyſes. Et audieṙt philiſtijm cōgregatum iſrael eſſe inermē in maſphat. ⁊ armati aſcēderūt aduerſus eos. ⁊ timēs iſrael dixit ad ſamuelē. Clama ꝓ nobis ad dñm ⁊ obtulit ſamuel lactē tē agnū in holocauſtum. Et dum clamaret ſamuel ad dñm initū eſt preliuȝ. ⁊ itonuit domin⁹ fragore magno ſuper philiſteos ⁊ mota ē terra. ⁊ ꝑ loca pandebat hiatus ⁊ philiſtei in fugā verſi ceſi ſūt a filiis iſrael qui percuſſerunt eos vſq̧ ad terminos terre ſue. Tulitq̧ ſamuel lapidē. ⁊ poſuit eum in terminis. ⁊ vocauit nomen loci illius lapis adiutorij. Nec appoſuerunt vltra philiſtijm. vt intrarēt terminos iſrael. dum viueret ſamuel. B j. Reg. vij.

Iudicabat itaq̧ ſamuel populum in bethel ⁊ galgal. ⁊ maſphat circuiens per ſingulos ānos ⁊ reuertebaṫ in ramatha. ⁊ edificauit ibi altare. ſed et ibi iudicabat iſrael.

Tres ille ciuitates famoſe erant bethel ꝑpter ſomniū iacob ꝛ galgal ꝑpter circūciſionem ſecundā. ꝛ maſphat ꝑpter frequentiā ioſue. ꝛ aſcēdebat ad eas ſamuel viciſſiꝫ in tribus ſolēnitatibus hebdomadarijs ꝛ iudicauit ibi populum. Alijs diebus aſcēdebat ad eū populus in ramatha ad iudicanduꝫ.

¶ De malis filijs ſamuelis ꝛ q̄ iſrael petijt regem. Cap. ix.

A j. Re. viij. Cum autem ſenuiſſet ſamuel: poſuit filios ſuos ioel ꝛ abiā. alterum in bethel. alterum in berſabee vt ibi ſedentes iudicarent populum. Qui declinauerūt poſt auariciam ꝛ peruerterūt iudicium. Quod nō ferēs populus dixit ad ſamueleꝫ. Da nobis regem vt iudicet nos ſicut cetere gentes habent. Quod grauiter tulit ſamuel ꝑpter inſitā ſibi iuſtitiam ꝛ circa odium regis. Cumqꝫ ꝯſuluiſſet dn̄m ait ei dn̄s. Audi vocem populi. nec ſe tantum abiecerunt ſed me. ne regnem ſuper eos. Uerūtamē predic eis ius regis ſuper eos. Et ait ſamuel ad populū Hoc erit ius regis. Filios veſtros faciet ſibi ſeruos ſuos eq̄tes ꝛ precurſores agricolas ꝛ fabros armorum. filias veſtras faciet vnguētarias. ꝛ coqueſtrias ꝛ panificas. Seruos veſtros ꝛ āncillas ꝛ iumēta ponet in opere ſuo. optimaqꝫ veſtra dabit ſeruis ſuis ꝛ vos eritis ei ſerui. ꝛ ait populus. Non audiemus te: ſed erit rex nobis: ꝛ pugnabit ante nos. ꝛ ait ſamuel. Ite ad ꝓpria. oportune vos euocabo. cū cognouero a dn̄o q̄ daturus ſit vobis regē.

¶ De vnctione ſaulis ꝛ electione. Cap. x.

A j. Regū. ix. Et erat vir de beniamin noīe cis de ſtirpe iemini: cuiꝰ erat filius ſaul. nō erat vir melior illo in iſrael. Cumqꝫ periſſent aſine cis: dixit ad filiū. Tolle vnum de pueris: ꝛ quere aſinas. Cumqꝫ ꝑtranſiſſent ꝑ montē effraim. ꝛ terrā ſalym. ꝛ terrā beniamin: ꝛ nō inueniſſent. venerūt in terrā ſuph. q̄ fuit proauus ſamuelis. et ait ſaul ad puerū. Reuertamur ne pater meus ſollicitus ſit ꝓ nobis. Cui puer. Eſt vir dei in ciuitate hac: q̄ abſqꝫ ambiguitate loquit᷑. Eamus ad eum: ſi forte indicet nobis de via noſtra. ꝛ ait ſaul. Quid feremus ad euꝫ. Panis defecit in ſitartijs noſtris ꝛ ſportulā nō habemus. i. argētū in ſportula Errabat [vt ait ioſephus] putās ꝓphām accepturū munera. cum nec ſaul legit᷑ obtuliſſe nec ille accepiſſe Cui puer. Habeo in manu mea quartā partem ſtateris argēti. ꝛ aſcenderunt in ramatha. in qua erat vir dei. ꝛ dixerūt puellis egredietibꝰ ad aquā. Nunq̄d eſt hic videns. Que reſponderunt Eſt hic hodie ſacrificaturus i excelſo Cumqꝫ ambularēt i vrbis medio apparuit eis ſamuel. cui pridie dixerat dn̄s. cras hac hora mittā ad te virū de beniamī. quē inunges ſuper populum meum Cūqꝫ ſamuel aſpexiſſet ſaul dixit ei dn̄s. Ecce vir quē dixerā tibi. ꝛ ait ad ſaul. Ego ſum videns. aſcēde vt comedas mecū. cras dimittam te. ꝛ que ſunt in corde tuo indicabo tibi ꝛ de aſinis nō ſis ſollicitus. q2 inuēte ſunt Poſſet videri ſaul habuiſſe ſollicitudinē i corde ꝓ aſinabus. niſi hic determinaſſet ꝓpheta Unde aiunt hebrei ſaulem vidiſſe ꝑ ſomnium ſe collocatum in vertice palme. qd̄ eſt ſignū regnaturi ꝛ inde ſollicitus erat. ꝛ ob hoc dixit ei ſamuel. Cuiꝰ erunt optia queqꝫ i iſrael. Nōne tibi aſcēderūt i excelſum. ante tēplū eīn licebat ſacrificare in excelſo. Cūqꝫ

Additio. Sacrificium dicitur prandium qd̄ parauerat ſamuel illis.

recūberent in triclinio dedit ei ſamuel locū i capite .xxx. virorum qui fuerāt inuitati. Et poſuit ante eum armū quaſi partē regalē. quē de induſtria ſeruauerat ei Cūqʒ mane ſurrexiſſent et egreſſi eſſent ciuitatē. dixit ſamuel. Antecedat nos puer. et tu ſubſiſte vt indicē tibi verbū dn̄i.

Additio. Cū in multis locis damnent ſacrificantes i excelſo. quid eſt ꝙ ſamuel dicit ſacrificaſſe i excelſo Solue/ nōdū erat conſtructū templum.

A j. Regū .x. ¶ Tulit aūt ſamuel lēticulā olei quod eſt vas fictile. quadrangulū hn̄s foramē in latere. et effudit ſuꝑ caput eius et oſculatus eſt eum et ait. Unxit te in principē deus ſuꝑ hereditatē ſuā. et hoc tibi ſignum. Cū receſſeris a me inuenies duos viros iuxta ſepulcrū rachel q dicēt tibi. ꝙ inuente ſunt aſine. Cunqʒ veneris ad q̄rcū thabor. Et ē thabor nomē hominis nō montis. In uenient te tres viri. vnus portans tres hedos. ali⁹ tres tortas panis et alius lagenā vini. et accipies de manu eorū duos panes Poſt hoc venies ad locū qui dicit ſtatio philiſtinorū. eo ꝙ quōdā ibi philiſtei caſtrametati ſunt et habebis obuium cuneū ꝓphetarū deſcēdentiū de colle dn̄i. pſallentiū i inſtrumētis et ꝓphetantiū. Et inſiliet in te ſpūs dn̄i. et ꝓphetabis cum eis. Et

Nota. nota ꝙ ſamuel primo inſtituit cōuentus religioſoꝝ iugiter pſallentium dn̄o. et dicebat ꝯuētus eorū cune⁹. quaſi couneus. Et dicebat ꝓphetare. i. iugiter deū laudare. Et forte aliq̄ q̄nqʒ ꝓphetabant ex eis. Et addidit ſamuel Cum videris hec ſigna ſcias ꝙ dn̄s tecū eſt et deſcēdes an̄ me i galgala. q2 ibi cōuentem⁹ cū op⁹ fuerit. Ego qppe deſcēdā ad te vt offeras oblationē vij. dieb⁹. In ꝯſecratōe ei ſacerdotis et regis tot dieb⁹ fiebat oblatio ſm quoſdā. Et addidit. Expecta hic donec veniā ad te et oſīdā tibi q̄ facias Tn̄ qdā. vij. dies referūt ad expectationē vt ſit ſenſus. Septē dieb⁹ expectabis donec veniā. qđ poſtea explicabitur Cūqʒ veniſſet ſaul ad cuneū ꝓphetarū ꝓphetauit cū eis ſaul. Aiunt hebrei eū ꝓphetaſſe de gog et magog. et de p̄mijs iuſtoꝝ et penis maloꝝ. Et ammirātes q nouerāt eū dixerūt. Nunqd eſt ſaul inter ꝓphetas. et cis pater eius. q. d. cū nō ſit de genere ꝓphetaꝝ. Alia littera habz. Et qs pater eius. ſub eodē ſenſu. Uel ita. Et qs pr̄ eoꝝ. Quaſi dicant. Solus de⁹ ē pater ꝓphetaꝝ et ſpūs vbi vult ſpirat. non tantum in filios ꝓphetarū. Exinde v̄ſum eſt i ꝓuerbium. Num et ſaul inter ꝓphetas. Qđ forte de ſolo ſaule dicebat. vł de quocūqʒ repēte ſublimato. Et intrauit ad ner patruū ſuū. Qui cū q̄ſiſſet ab eo de v̄bis ſamuelis: de v̄bo regni tacuit. cetera indicauit. Uocauit aūt ſamuel populū in maſphat. et ait ad illos. State corā dn̄o: et faciemus ſortes p tribus et familias et capita. et inuenit ſors tribū beniamin. et deſcēdit vſqʒ ad ſaul filiū Cis Et creditur ſamuel tēperaſſe ſortes iuxta cor ſuū Sciēs āt ſaul ꝙ quereret. latuit: quaſi nolens ſuſcipere p̄ncipatum Quē inuētū ſtatuerūt in medio populi. et fuit altior vniuerſis ab hūero et ſurſū. Et ait ſamuel. Ecce quē elegit dn̄s: n̄ ē ei ſimilis i omni populo. Et exclamauit omnis popul⁹. Uiuat rex. Et ſcripſit ſamuel legē regni. et legit vniuerſo audiēte populo et regē. Et repoſuit libellū in tabernaculo: qđ erat adhuc i maſphat cū altari: et redierūt ad ꝓpria. et ſaul abijt i domū ſuā in gabaa. Quidā v̄o deſpexerūt cū et ſaul diſſimulabat.

B Johā. iij.

¶ De Naas et ſecunda vnctione ſaulis. poſt victoriam ꝯtra amon.

Capitulum. xi.

A j.Regū.xi.

Factū eſt autē quaſi poſt mēſē naas āmonites obſedit iabes galaath. Cūq; petiſſēt ab eo obſeſſi fed⁹ ait In hoc feriā vobiſcū fed⁹ vt eruā oib⁹ vobis oculos dextros. eis enī quos bello capiebat dextros oculos eruebat vt ſiniſtros ſcutis celātes ad bellū forēt inutiles. Et rñdeſt ei. Cōcede nobis.vij.dies. ⁊ mittem⁹ in oēs terminos iſrl. ⁊ ſi nō fuerit nobis defenſor egrediemur ad te Venerūt aūt nūcij i gabaa ſaulis. Et cū nūciaſſent hoc: fleuit populus ⁊ ipſe ſaul veniebat ď agro ſeqns boues. Et pmiſit iabitis ſe ktia die vētur eis i auxiliū. ⁊ iuſſit aliqs eoꝝ pro ducatu itineris ſuſtinere ⁊ diuinitus inſpiratus cōcidit vtrūq; bouē i fruſta. ⁊ cōminatus ē in oēs terminos iſrael dicēs. Qui ñ exierit poſt ſaulē ⁊ ſamuelē. ſic fiet bob⁹ eius. ⁊ egreſſi ſt oēs quaſi vir vn⁹ tricēta milia viroꝝ. ⁊ ꝯſtituit ſaul pplm in tres ptes. ⁊ ingreſſus eſt caſtra i vigilia matutina. ⁊ pcuſſit amō plaga grādi. Et ait populus ad ſaul. Quis ē q dixit. Nō regnabit ſaul ſup nos. Date nobis vt interficiat. Et ait ſaul Nō iterficiet qſpiā hodie. qꝛ fecit dñs ſalutē in iſrael. ¶ Et ait ſamuel. Eam⁹ in galgala ⁊ inouem⁹ ſibi regnū. ⁊ vnxerūt ſaul i regē ſcdo i galgala.

A j.Regū.xij

¶ Et ait ſamuel ad pplm. Ecce rex gradit añ vos. Me abiecistis ⁊ dñz. ⁊ hoc vobis ſignū. q dedit dñs vobis regē i ira.

D j.Reg.xij.

¶ Ecce meſſis triticea ē hodie. Inuocabo dñs ⁊ dabit tonitrua ⁊ coruſcationes grādines ⁊ pluuias. ⁊ ſic fctm̄ eſt ſtati ꝯ nām terre illi⁹. Et ppls timēs ait. Ora p ſuis tuis. Addidim⁹ el pcis nris malū vt peterem⁹ nobis regē. Et ait ſamuel. Peccaſtis. nolite deiceps recedere a dño. ⁊ viuetis. Alioqn pibitis vos ⁊ rex vr.

A j.Reg.xiij.

¶ Fili⁹ vni⁹ anni erat ſaul cū regē cepiſſet. i. humil tāq; puul⁹. Duob⁹ āt ānis regnuit ſup iſrl. i. iuſte rexit pplz. In reliqs anis rgni qſi tyrān⁹ fit ⁊ ñ rex. Quidā hoc legūt ď hyſboſeth filio ei⁹ dicētes eū anniculū eē i pncipio regni paterni. ⁊ ď eodē dictū ē q duob⁹ annis regnuit i iſrael. q āt duob⁹ annis regnerit hyſboſeth certū ē. q aūt āniculꝰ eet cū regnare cepiſſet pr ei⁹ ſtare nō pōt. Saul ei circit. xx. annos regnuit. hyboſeth. ſo o regnās p⁹ patrē iā qdragenari⁹ erat Nō tn ipi deſiiat conāt. dicētes ſaul cepiſſe regre p⁹ hely. ⁊ ponūt i regno ſaulis ānos ſamuelis: hebre⁹ ſic habet. ¶ Q; ſamuel pdixit ſauli ď trāſlatiōe regni. Ca. xij

A j.Re.xiij.

Filius vni⁹ anni erat ſaul cū eēt i regno. ⁊ duob⁹ ānis regnuit. Elegit ſibi tria milia in iſrl. i. cū regnāſſet p ānū ⁊ p⁹ duos annos qſi p⁹ tres ānos elegit ſibi ⁊c. Et erant duo milia cū ſaul i machmas ⁊ in bethel mille āt cū ionatha i gabaa bēiamin. que fuit vrbs phinees filij eleazari Et pcuſſit ionathas ſtatiōes philiſtinoꝝ: q erat i gabaa. i. locū munitū. i q poſueſt philiſtes cuſtodes tāq; dominātes in iſrael ⁊ tūc erexit ſe iſrl aduerſus philiſtym Quo audito philiſtei cōgregati ſūt ad pugnādū ꝯ iſrl. xxx. milia currū. ⁊ .vj. milia eqtū. ⁊ vulg⁹ innūerabile. Et aſcendens ſaul in galgala ꝯuocauit pplm ⁊ ſamuelē ad ꝯſulēdū dñz. Et cū expectaret ſamuelem. vij. dieb⁹ iuxta pdictū. dilapſus ē ab eo popul⁹ ⁊ timētes abſcōderūt ſe i ſpelūcis ⁊ i abditis ⁊ in antris. hebrei quoq; trāſierūt iordanē. Quidam erāt in iſrael ſic appropriato vocabulo dicti. Qui pre timore credunt deſcēdiſſe i ca-

Additio.
Duplex pōt eē itellect⁹ hui⁹ capli. vl vt ſaul ſit noiatiui caſus vl q ſit datiui.

ſtra philiſtijm ad obſequēdū eis.
Cūq̄ vidiſſet ſaul moram ſibi dā=
noſaȝ.vij.die obtulit holocauſtuȝ
et pacifica. Cūq̄ compleſſet. ecce
ſamuel veniebat ⁊ arguens ſauleȝ
Samuel ſaul arguit — ait. Quid feciſti. Reſpondit ſaul.
Popul⁹ ſubterfugiebat: ⁊ tu nō
veneras iuxta placitos dies. timui
ne hoſtes aſcēderēt ad nos ꝑuſq̄
placarem facieȝ dñi. ⁊ neceſſitate
cō pulſ⁹ obtuli dño. Videtur ſaul
peccaſſe ꝙ ſine ſamuele obtulit ho
locauſtū dño ad ꝯſulēdū. Unde q̄
dā vt ſupra dixim⁹ dicūt.vij. dies
quos dixit ſamuel nō eſſe expecta
tionis ſed oblationū in ꝯſecratio=
ne regis. ⁊ dicūt nunq̄ ſine eo eſſe
offerendū ad ꝯſulendū dñm. Ue=
rūtamē vt oblatiões.vij. dieꝝ fie=
rent ꝓ ſacerdote legit̃. ꝓ rege ṽo
nō memini me legiſſe. Ad hoc valde
mirandū eſt: cū iā bis inūct⁹ eſſet
ſaul in regē. ꝙ in neutra illaꝝ fuit
oblatio talis ꝓ rege. Et ideo dici
poteſt ſamuelē ſic mādaſſe. vt cuȝ
vellet ſaul imolare ad cōſulenduȝ
dñm citaret ipm̄: vt oſtēderet ei q̄
facturus eſſet. ⁊ poſt citationeȝ ſi
morā faceret expectaret eū.vij. die
bus. Saul ṽo diē citatiōis annu=
merauit in his ſeptē: ⁊ nō expecta
uit eū niſi ſex dieb⁹. Et addidit ſa
muel. Nequaq̄ regnū tuuȝ vltra
ꝯſurget. ſed q̄ſiuit ſibi domin⁹ vi=
rum iuxta cor ſuū: vt regat popu=
lum ei⁹. Abijt ſamuel in gabaa bē
iamin. ⁊ egreſſus eſt ſaul cū popu
lo obuiā philiſteis. nec erāt cū eo
niſi ſexcenti viri: et ionathas fili⁹
eius. Porro faber ferrarius non
erat in iſrael. Cauerant eni phili=
ſtei ne facerēt hebrei gladium aut
lanceam. Et deſcendebat iſrael ad
philiſtijm: vt exacuerent acies om
nium ferramentorum vſq̄ ad ſti=
mulum corrigendū. id eſt ad emē=
dandum ⁊ exacuendum. Uel ita.
Ad ſtimulum qui eſt ad corrigen=
dum. ſubaudi boues. Cūq̄ veniſ
ſet dies prelij non eſt inuentus en=
ſis vel lancea in manu toti⁹ popu
li. excepto enſe ſaul ⁊ ionathe. Et
fecit ſaul arcam domini afferri in
caſtra ⁊ achias filius achitob fra=
tris icaboth portabat ephot.

¶ De clade philiſtijm ⁊ fauo quē comedit ionathas. Capitulū.xiiij.

Accidit autē vt — A j.Reg.xiiij
quadam die exiret io=
nathas cuȝ armigero
ſuo. vt exploraret ſta=
tionē philiſtinorū patre ſuo igno
rante. et tranſire voluit ionathas
ad philiſteos per vallē preruptaȝ
ſcopulis hinc ⁊ inde eminētibus i
modum dentiuȝ. Et ait ionathas
ad puerū. Cum apparuerim⁹ eis.
ſi dixerint manete donec veniam⁹
ad vos ſtemus. ꝙ ſi dixerint. aſcen
dite ad nos aſcendamus. q2 tradi=
dit eos domin⁹ in manus noſtras
hoc erit nobis ſignū. Cūq̄ dixiſ
ſent philiſtei aſcēdite ad nos. aſcē
dit ionathas reptans manib⁹ ⁊ pe
dibus ⁊ armiger eius poſt eū. Et
exterruit eos domin⁹ añ ionathā.
⁊ percuſſit ionathas cuȝ puero ex
eis.xx. viros in media pte iugeri.
Et cōturbata ſunt caſtra. ⁊ diffu=
giebant mutuo ſe ꝑimentes. ⁊ in=
dicauerunt ſpeculatores fugā ho
ſtium ſauli. Cūq̄ queſiſſet quis
ex nobis abijt. repertuȝ eſt abeſſe
ionathan ⁊ armigerū eius. Et ait
ad achiā. Applica. id eſt prepara
arcam domini ad conſulendū do=
minū. Cūq̄ tumultus crebreſce=
ret in caſtris: ait ad ſacerdotem.
Contrahe manū tuam. Et excla=
mans ſaul cum populo cepit perſe
qui fugiētes. Sed ⁊ hebrei q̄ tran
ſierant ad caſtra philiſtijm. reuer=
ſi ſunt vt eſſent cuȝ iſrael. omneſq̄
qui ſe ꝑus abſconderāt redierunt
in prelium. ⁊ iam erant cū ſaul q̄ſi
decem milia. Uidenſq̄ ſaul morā
damnoſam ſi comederet adiura=
uit populuȝ dicens. Maledictus
vir. id eſt dignus erit morte q̄ co=

mederit panem vſqꝫ ad veſperam: donec vlciſcar de inimicis meis. Cunqꝫ tranſiret populus per ſaltum. apparuit mel fluēs. ⁊ nullus guſtauit ex eo. Jonathas vero q̄ non audierat maledictum patris tinxit virgam in fauo. Et cum guſtaſſet illuminati ſunt oculi eius. id eſt facies exhilarata eſt reſumptis viribus. Dicitur ꝙ tanta copia mellis eſt ibi in cauis arborū ⁊ cauernis petrarū ⁊ abditis terre ꝙ plures reperiantur faui decidentes ſuper terram. Dicit ioſephꝰ inueniſſe ionathan apud cubilia in quercu que erat in forte effraim. Cunqꝫ indicaſſet ei quidaꝫ maledictum patris. edere ceſſauit. non approbans maledictū patris Nam ſumente populo cibum. maior plaga fuiſſet in hoſtibꝰ. In veſpera vero populus feſſus nimis ⁊ pre fame moram non ſuſtinens. pecora mactauit in terra. ⁊ comedit cum ſanguine. Hoc eſt quocūqꝫ modo occidit ⁊ coxit anteq̄ ſanguis bene dilueretur. nōdum purgatis carnibus veſcens. non ſecūdum morem patrium guttura cultro laniauit: ⁊ eliquauit ſanguinē

Dicunt quidaꝫ ꝙ de preda hoſtium nemini licebat edere. donec immolaſſet victimam domino. aliter edens q. cum ſanguine edebat. Et ait ſaul populo. Peccaſtis. Voluite ad me ſaxū

Additio. Vſus erat ꝙ in prelio non edebant donec ſacrificium veſpertinum fieret p eis. Alioquin edebant cum ſāguine quem fuderāt in bello.

grāde. ⁊ precepit vt omnes ſuper illud ſaxum ⁊ coram ipſo ſecundū morem patriuꝫ pecudes laniarēt: ne forte quis aliter faceret occulte Tunc primum edificauit ſaul altare domino. Vnde patet ꝙ non ſuper recens altare ſaul iam bis obtulerat in galgala. Putant tamē quidā eum quotienſcunqꝫ obtulerit nouum altare cōſtruxiſſe. Hoc vero dictum primū. ꝙ nunc plena iuxta dei placituꝫ obtulit. Cunqꝫ nocte irruere vellet ſuper hoſtes: ait ſacerdos. Conſulamus dn̄m. Sed cōſulenti nō reſpondit dominus ī die illo. hoc eſt nec nocte nec die ſequenti. Et ait ſaul. Taciturnitas hec eſt latentis cauſa peccati. Per viuentem dn̄m etiam ſi p ionathan factū ē abſqꝫ retractatione morietur. Et ſtatuit populū in parte vna. et ſe et ionathan in pte altera. ⁊ cecidit ſors ſup ionathā. Et ait ſaul. Quid feciſti. Cui ionathas. Nil mihi conſcius ſum: niſi ꝙ heri neſciens maledictuꝫ mel comedi. ⁊ ait ſaul. Morieris ionatha: quia niſi hoc fecero hec faciat michi deꝰ. ⁊ hec addat. Et ait populus. Ergo ne ionathas morietᷣ qui fecit ſalutē in iſrael. Viuit dominus. i. per viuentē dominū. vel ſicut deus eſt viuens ⁊ nō dij gentium. ſi ceciderit capillus de capite eius in terram. apoſiopeſis eſt. vel legitur ſi pro nō. ⁊ eripuerunt ionathā a manibus patris: ⁊ redierunt ad propria. Saul vero confirmatus in regno: quocūqꝫ ſe verterat ſuperabat hoſtes iſrael. et pcuſſit amalech. Prolepſis eſt. Vt forte prius percuſſit q̄ deleret ex toto ex mandato domini. Fuerūt auteꝫ filij ſaulis ionathas ⁊ ieſui ⁊ melchiſua. Quartus tacetur hyſboſeth tanq̄ puer. ⁊ nondum militans. vel tanq̄ ineptus. Filie vero eius merob ⁊ michol. ⁊ vxor eiꝰ achinoe. et princeps militie abner filius ner patruelis eius. Nam cys ⁊ ner fratres fuerunt. ⁊ filij abiel. Legitur tamen in paralipomenō. ꝙ ner fuit pater cys. quod ꝑ errore dictum eſt ⁊ quia nutriuit eum.

Jonathas a morte per pplm liberatur.

C j.paral. viij

¶ Qꝫ ſaul vicit amalech.
Capitulum. xiiij.

A j.Regū. xv Tunc ait ſamuel ad ſaul hec dicit dominus. Demolire amalech ⁊ vniuerſa eius. q꞉ reſtitit iſraeli cū aſcēderet de egypto. Jumenta quidē voluit dominus interfici. vt nec in aliquo memoria amalech ſupereſſet. Sunt q̄ dicant illos maleficos fuiſſe. ⁊ in pecudes ſe vertendi habuiſſe peritiam. ⁊ ideo ne ſub forma pecudū euaderent. etiaꝫ pecudes perijſſe. Et recenſuit ſaul ducēta milia peditum. ⁊ deceꝫ milia virorū iuda. Nota ꝙ fere vbiqꝫ dicunt̄ viri iuda tanq̄ꝫ potiores ceteris. Vn̄ alibi.

B Gen̄. xlix. Catulus leonis iuda. Cumqꝫ inuaderet ſaul amalech dixit cyneo

C Exo. xviij. Recede ab amalech ne inuoluam te cū eo. q꞉ tu feciſti miſericordiaꝫ cum iſrael. Jetro eni qui ⁊ raguel ⁊ cis dictus eſt. Bonum conſiliuꝫ dedit moyſi. cuius dom⁹ habitabat in amalech. preter filios obal. ⁊ egreſſi ſunt cinei. ⁊ deinceps habitauerunt in iſrael. Ex his ortus

B j. para. ij. eſt rechab vt in paralipomenon legitur. Hi ſunt cinei qui venerunt

B j. Reg. xv. de calore domus patris rechab.

¶ Tunc percuſſit ſaul amalech. in ore gladij. id eſt in vaſtatiōe. quaſi deuoratiōe. Vel eſt locutio. id eſt in gladio. ⁊ pepercit ſaul agag regi amalech. ⁊ optimis armatorū. Et ait dominus ad ſamuelē. Penitet me ꝙ fecerim ſaul regē. ⁊ orauit ſamuel ꝓ eo dominū tota nocte. Cumqꝫ accepiſſet ꝙ ſaul erexerat ſibi fornicem triumphalem in carmelo iuxta ſuperbiam gentiū que faciebāt ſibi arcū de myrtis ⁊ palmis ⁊ oliuis in ſignuꝫ victorie deſcendit ad eum in galgala. ⁊ occurrit ei ſaul. Cumqꝫ culpaſſet euꝫ ꝙ quippiam reſeruaſſet de amalech. in excuſatiōeꝫ ſui dicebat. populū reſeruaſſe optima ad offerēdū domino in gratiaꝝ actionem. Cui ſamuel. Melior eſt obedientia q̄ꝫ victime. Super bonos delectat̄ deus. ⁊ nō ſuper ſacrificia. Præſertim ſi obtulerint q̄ decreuerat deus perire. et ait ſaul. Peccaui. Sed hac vice porta peccatū meū. id eſt. ora et ſatiſfac ꝓ me vel dimitte mihi. Cui ſamuel. Proiecit te de⁹ ne ſis rex ſuper iſrael. Cūqꝫ vellet abire ſamuel apprehendit eū ſaul ꝑ ſūmitatē pallij eius. que ſciſſa eſt. et ait ſamuel. Sic ſcidit dn̄s regnū a te hodie. id eſt. a tua poſteritate. Cūqꝫ ſimul adoraſſēt dn̄m p̄cepit ſamuel adduci ad ſe regē agag ⁊ oblatus eſt ei pinguis ⁊ tremens. Et dixit ſamuel ad agag. Siccine ſeparat amara mors q. d. Mirꝫ eſt ꝙ ſic te ꝯcutit mors. ⁊ ſeparauit animū tuū a te. Quidaꝫ dicunt duas dictiōes ſe parauit ⁊ ſupplent aduerſum te. vel ſꝫ aliaꝫ litterā: ⁊ dixit agag. Sic me ſeparat amara mors. q. d. Mors q̄ ſeparauerat a me meos amariſſime ſeparat me ab hominib⁹. ⁊ concidit eū ſamuel in fruſta. ⁊ abijt in ramatha. Saul v̄o aſcendit in domum ſuaꝫ in gabaa. ⁊ nō vidit ſamuel vltra ſaulem in habitu: ſ. regio. nā in ꝓphetico poſtea vidit.

De v̄tute obie.

Samuel occidit agag regem.

¶ De vnctione dauid in domo patris. Capitulum. xv.

A j. regū. xvj. Samuel aūt lugebat ſaul: et ait dn̄s. Vſqꝫ q̄ luges ſaul cum ego ꝓiecerim eū. Imple cornu oleo: ⁊ vade ad domum yſai: vt inungas regē vnū de filiis ei⁹: ⁊ q꞉ times. ſaul fer vituluꝫ tēū ad immolandū. Cumqꝫ veniſſet in bethleē dixerūt ſeniores ad eum: Pacific⁹ ne ē ingreſſus tu⁹. Timebāt eni ne ꝓpter aliquaꝫ correctionē miſiſſet eū rex: vel ꝙ offenſus forte regi fugiſſet: ⁊ nō auderet eū recipe. Qui cum dixiſſet ſe veniſſe ad imolandū: ſanctificauit yſai ⁊ filios eius: ⁊ ſtatuit eos coram altari et videns heliab p̄mo=

genitum pceruz ⁊ optimū eſtima uit regem futurū: ⁊ ait dn̄s ad eū. Ego non corporis pulcritudinez apicem facio regalē: ſed animi vir tutem. In eundē modum pbauit domin⁹ alios. Statuerat eni yſai. vij. filios corā ſamuele. vij. prios. ⁊ nathan adoptatū filiū ſamaa filij ſui. ⁊ ait ſamuel ad eū. Nunqd completi ſunt filij. Qui reſpōdit Adhuc reliquus ē paruulus ⁊ paſcit oues: ⁊ iubente ſamuele adductus eſt dauid rufus. id eſt. rubicūdus ⁊ pulcer: ⁊ inunct⁹ eſt in medio fratrum: ⁊ direct⁹ eſt ſpūs domini i dauid a die illa ⁊ deinceps. Et receſſit ſpirit⁹ dn̄i a ſaul: ⁊ exagitabat eū ſpirit⁹ neq̄ miſſus a domino. Dicit ioſeph⁹ dauid tūc accepiſſe ſpiritum pheticum: ſicut et ille quidem phetare cepit ſancto ſup ſe ſpiritu veniente. Sz quia dictū eſt ſpiritum receſſiſſe a ſaul. ⁊ directū in dauid: videtur q̄ de eodez ſpū dicatur. id eſt de gratia ſpūs qua hucuſq; ſaul victor hoſtium extiterat. Tunc dixerunt ad ſaul ſerui eius. Spūs malus exagitat te. adhibe tibi ſaltez peritum in cithara: ⁊ leui⁹ feres. Tradunt phyſici q̄ armonia letū reddat letiorem: ⁊ triſtem triſtiorem. Tradunt matematici q̄ multi demones armoniā ferre non poſſūt: ⁊ quandoq; nulli. ⁊ indicatum eſt regi q̄ dauid eſſet ſciens pſallere: ⁊ vir bellicoſus. Cūq; miſiſſet rex ad yſai p filio eius i tulit yſai aſinum plenum panibus: ⁊ vinum ⁊ hedum: ⁊ miſit ea regi p manum dauid. Dicitur autē aſin⁹ plenus. id eſt ſufficienter oneratus: vel forte ſicut ex boue ⁊ hirco fiūt vtres: ita de aſino fiebāt ſacci ad aliqua ferenda. Igitur cum ſpirit⁹ arripiebat ſaul: dauid pſallebat in cithara ⁊ leui⁹ erat ei: ⁊ q̄nq; recedebat ab eo ſpiritus. Cūq; aliq̄diu ceſſiſſz ſpūs ſaul remiſſ⁹ ē dauid ad pr̄ez. ¶ De bello philiſtijm ⁊ iſrl ⁊ de morte Golie. Capitulū. xvj.

De ſpū neq̄ vexante ſaul.

Factū ē aūt vt ꝯgregarenł philiſtijm aduerſus iſrael in pliū Porro ſaul ⁊ iſrael' caſtrametati ſūt i valle terebīthi ſub qua abſcōdit iacob idola: ⁊ egreſſus ē vir ſpuri⁹ de caſtris philiſtinoꝝ goliath getheus de ſemie gigāteo: altitudis ſex cubitoꝝ ⁊ palmo. Iſte ſpuri⁹ dictus ē: qꝛ d ignobili patre. id eſt gētili ⁊ nobiliſſima tre. id eſt iudea nat⁹ erat. Spuri⁹ ⁊ hybrida dicił ignobiliſex patre: ſicut manzer ⁊ noth⁹ ex mr̄e. h̄ exprobrabat iſrł q̄ ſerui eſſent philiſtinoꝝ ⁊ ponebat eis monarchiā ita vt quoꝝ vincereł athleta ſerui eſſent alioꝝ. Hebrei aūt ſtupebāt ⁊ metuebāt eum nimis. Sic dicebat goliath q̄dragita dieb⁹. Erāt aūt tres maiores fr̄es dauid in exercitu: ⁊ miſit eis yſai p manū dauid ephi polēte: ⁊. x. panes ⁊ tribuno ſub quo militabāt decē formellas caſei. i. decē caſeos paruos ⁊ recētes. hebre⁹ habet. x. ſectiōes caſei: h⁰ ē. x. gn̄a ⁊ diuerſitates caſei ⁊ pcepit ei: vt ſecū afferret pignora frm. i. libellos repudij. Mos erat euntib⁹ ad bellū: vt libellos repudij darēt vxorib⁹: vt ſi caperēł nec redirēt vſq; ad tres annos: liceret vxorib⁹ nubeł cui vellēt. Cūq; dauid veniſſz ad locū certamis: egrediebanł eīi ſingulis dieb⁹ aliqui pliantes: ecce aſcendebat goliath exprobrās vt heri ⁊ nudiuſterti⁹: ⁊ fugeēt iſraelite a facie ei⁹: ⁊ ammirās dauid audiuit a plurib⁹ viris. Qui peuſſerit iſtū ditabit eū rex: ⁊ dabit ei filiā ſuā. Cūq; audiret eū eliab frater ei⁹ talia ſciſcitātem increpabat eum timens ne pugnaret et occumberet: et reſpondit dauid. Quid feci. Nunquid non verbum eſt. Supple dignum increpatione. q. d. Cur pro ſolo verbo increpas me. Uel ita. Uer-

A

i. Reg. xvij.

bum tātū eſt ⁊ nō res.i. nō animo pugnādi hoc dico ſed vt rem ſciā. Nūciata ſunt autem verba dauid ad ſaul: ⁊ ait ad regē. Ego ſeruus tuus pugnabo aduerſus philiſteū Cunq̧ ꝓhiberet eum ſaul: q2 puer eſſet addidit. Ego ſeruus tuus interfeci leonē ⁊ vrſum cū inuaſiſſent gregē. Erit igitur hic incircūciſus quaſi vnus ex eis dño me liberante Tunc induit eum ſaul armis ſuis: ⁊ depoſuit ea dauid: q2 non habebat armorū conſuetudinem: ⁊ tulit in manu baculū paſtoralem ⁊ elegit de torrente .v. lapides limpidiſſimos id eſt planos ⁊ volubiles: ⁊ miſit eos in perā paſtoralem.i. vas quo lac mulgebat vel ferebat panem ⁊ fundā manu tulit: ⁊ ꝓceſſit aduerſus philiſteū. Qui cōtempſit dauid ⁊ ait. Nunquid ego canis ſum: q2 tu venis ad me cū baculo. Cui rn̄dit dauid. Tu venis ad me cum armis: ego autē venio ad te ī noīe dñi: vt ſciat hodie vniuerſa eccleſia hec: q2 non in gladio ſaluat dñs. Cūq̧ ieciſſet lapidem funda: ꝑcuſſit eum in frōte. Scđo quoq̧ et tertio lapide ꝑcuſſit eum in eodem loco. ⁊ tertio tactu deiecit eum: ⁊ currēs eduxit gladiuz illius: ⁊ p̄cidit caput eiꝰ. Hic fabulantur quidā iudei ꝙ ferrum galee ⁊ lorice obſequium p̄ſtitit domino dans locū lapidi: vt intraret ad hominē occidendū: ⁊ ob hoc deinceps circūciſio facta ē cū cultello ferreo: que prius fiebat petrino. Fugerunt itaq̧ philiſtei et iſrael pſecutus eſt eos vſq̧ ad portas accaron. Tulit aūt dauid caput ⁊ gladiū: ⁊ poſuit in tabernaculo ſuo longo tempore: poſt tulit illa in hieruſalem. Hebreus nō habet ſuo. Ob hoc creditur ꝙ in tropheum poſuit ea in tabernaculo dñi. Unde poſtea abimelech accepit gladium Cunq̧ rediſſet dauid a prelio: ait ſaul ad abner. de qua ſtirpe eſt hic adoleſcens. Forſan

De animoſa fortitudine dauid

De victoria dauid ꝯtra goliath.

volens ſcire cui daturus eſſet filiā Nec recognouit eum ſaul. q2 aliqñ diu abſens fuerat ⁊ alteratus ꝑ exagitationez mali ſpiritus factus erat labilis memorie. Et reſpondit abner. Uiuit aīa tua rex ſi noui eum.

Additio. Quāuis añ ſepe preſens fuiſſet regi cū cithara leniret eū tñ nō cognouit eū modo.

id eſt per vitam tuaz nō noui eum vel per execrationem. Hebrei eniz ſepe nominant mala a contrarijs eorum vt ibi. Benedic domino et morere. Cunq̧ queſiſſet ſaul a dauid quis eēt ait. Filius ſum ſerui tui yſai. ¶ Et tūc anima ionathe ꝯglutinata eſt anime dauid ⁊ inierūt fedus. ⁊ dedit ionathas dauid veſtimenta ſua vſq̧ ad arcū ⁊ gladium ⁊ baltheum.

C Job.ij.

A i.Re.xviij.

¶ Qz ſaul perſecutus eſt dauid. Capitulum.xvij.

B i.Re.xviij.

Factum eſt cuz redirent triumphātes ð prelio ⁊ dauid diſponeret ferꝯ caput golie in hieruſalem. nam vt ait ioſephꝰ hoc ſecum habebat. ſed haſtā iam dicauerat deo Egrediebātur mulieres ex vniuerſis vrbibus ⁊ cum inſtrumentis p̄cinebant mulieres Saul ꝑcuſſit mille. ⁊ reſpondebāt virgines ⁊ dauid .x. milia Audiēs ſaul cauſam victorie potius attribui dauid q̄ ſibi. dolens intra ſe ait. Quid ei ſupeſt niſi ſolum regnū. Et timuit ne a domo ſua trāſferretur regnum. ⁊ inuidebat dauid. nec iam rectis oculis reſpiciebat eum Poſt dies paucos inuaſit ſpūs malus ſaul. ⁊ quaſi ꝓphetabat. ⁊ miſſa lancea quā tenebat/ dauid pſallētem putauit cōfigere parieti. Dauid autem declinauit ab eo ſecundo. Primo eñ receſſerat bello imminente. ⁊ poſtea ſtatuit eū ſaul chiliarchē. ⁊ ait. Filiam

meā merob dabo tibi.tātūmodo eſto vir fortis. ⁊ p̄liare bella dn̄i. Tractabat em̄ apd̄ ſe. Non ſit manus mea in eū. ſed man⁹ philiſtinorū. Cū aūt debuit merob dari dauid data eſt adrieli molatyte. dilexit aūt dauid michol ⁊ placuit ſaul. ⁊ ait ad eū. In duab⁹ rebus gener meus eris hodie. qd̄ ē. i duabus filiabus meis. Nam alteram habuiſti ſponſam alterā habebis vxorē. vel ita. p̄ duab⁹ reb⁹. quia ſtrauiſti gigantē ⁊ dabis .c. p̄putia hoc em̄ ſignificauit ei ſaul per ſuos ſuos. non habet rex neceſſe habere ſponſalia. id eſt munera vel donationē p̄ter nuptias niſi tm̄ cētum p̄putia philiſtinorum. Et abijt dauid cū viris quorum tribun⁹ erat in accaron. ⁊ p̄cuſſit de philiſtijm ducentos viros. ⁊ afferēs p̄putia eorum annumerauit ea regi. Joſeph⁹ tamē dicit abſcidēs ſexcenta capita venit ad regē. ⁊ nuptias exigebat ⁊ dedit ei ſaul filiā ſuā lʒ inuitus.

Additio. Hieronim⁹ dicit duas res fuiſſe. c. p̄putia q̄ p̄us dederat regi p̄ merob. ⁊. cc. que p̄us dedit pro michol.

A j.Reg.xix. ¶ Cūq̄ videret eū apd̄ dn̄ʒ ⁊ homines approbari. timuit. ⁊ tractabat de morte ei⁹. nec iaʒ metū celare valens dixit ionathe ⁊ ſuis ſuis vt occiderent dauid. Qd̄ indicauit ionathas dauid dicēs. Abſcōdere vſq̄ mane. cras loquar p̄ri p̄ te. In craſtinum locutus eſt ionathas ad patrem. Cur peccas i ſanguine innoxio qui fecit ſalutem in iſrael. ⁊ opera eius tibi valde ſūt neceſſaria ⁊ cuius morte filia tua vidua vexabitur. ⁊ placatus ſaul iurauit. Viuit dominus quia non occidetur. ⁊ introduxit ionathas dauid ad regem ⁊ ſtetit coram eo ſicut prius.

¶ Q̄ michol d̄poſuit dauid p̄ſecutū a ſaul. p̄ feneſtrā. Cap. xviij.

Rurſum inito certamine p̄cuſſit dauid philiſteos plaga magna ⁊ inuidit ſaul. ⁊ iterū demon exagitabat eū: ⁊ dauid pſallētē voluit ſic̄ p̄us p̄forare: ⁊ fugit dd̄ i domū ſuā. Miſit aūt ſaul ſatellites nocte c̄c̄ domū vt mane egredīētē occiderēt. Qd̄ cū p̄ſenſiſſet michol: depoſuit eū p̄ feneſtram ⁊ aufugit. Michol autē ſtrauit lectulū ſuū q̄ſi egrotātꝫ in q̄ poſuit ſtatuā. ⁊ pellē caprarum ad caput ei⁹: ſimilitudinē capillorū exprimās. ⁊ ſagis ſuppoſuit iecur capre ſpirans exp̄mēs anhelātē. Cūq̄ ſaul dep̄hēdiſſet ſe eſſe illuſū dixit ad michol. Cur dimiſiſti inimicū meū. Que reſpōdit. Timui. dixit ei mihi. Dimitte me: alioq̄n interficiā te. Dauid aūt fugiēs venit ad ſamuelē i ramatha: ⁊ indicauit ei oīa q̄ fecerat ei rex: ⁊ abierūt ambo in nabaioth q̄ eſt collis in ramatha: vbi erat cune⁹ prophetarū. Quod cū accepiſſet ſaul miſit lectores in nabaioth vt raperēt dauid. Qui cū vidiſſent p̄phetas ⁊ ſamuel ſtātē ſup eos: fact⁹ eſt in illis ſp̄us dn̄i ⁊ p̄phetabant. Miſitq̄ ſecundos ⁊ tertios nūcios: qui ⁊ ipi prophetauerūt: ⁊ irat⁹ ſaul abijt poſt eos: ⁊ antēq̄ venirēt in nabaioth ingrediēs p̄phetabat ⁊ q̄ſi amēs fact⁹ eſt: et exut⁹ veſte regia. tota die ⁊ nocte canebat cū ceteris dauid ⁊ ſamuele clā videntib⁹

Additio. Quid eſt ergo qd̄ ſupra legitur nō vidit ſamuel ſaul vſq̄ in dieʒ mort' ſue niſi q̄ nō vidit eum in regio habitu.

A j.Reg.xx. ¶ Fugit auteʒ dauid inde ⁊ venit ad ionathā ⁊ conquerebat ei. Cui ionathas. Nō morieris. Nihil grāde vel paruum faciet pater meus quod non indicet mihi. Cui dauid. Scit pater tu⁹ q̄ diligis me.

⁊ dicet. Neſciat hoc ionathas: viuit anĩa tua: quia vno tantũ vt ita dicam gradu ego ⁊ mors diuidimur. Gradũ vnũ dicit parietẽ domus ſue: quo interpoſito euaſerat man⁹ apparitorũ. Hebre⁹ habet vno tantũ paſſu: ⁊ eſt ſenſus. Minimum interuallũ fuit inter me ⁊ mortem. Fac ergo obſecro qđ dicam. Cras erunt kalẽde: ⁊ ego abſcondar in agro vſq; ad veſperam tertie diei. Si requiſierit me rex: quia cõſedere conſueueram iuxta eum ad veſcendũ dices ei. Rogauit me dauid vt iret in bethleem: quia victime ſolẽnes ſunt ibi omnibus cõtribulib⁹ ei⁹. Forte erat neomenia ſolẽnis aliq̃ per triduũ: ꝙ ſi dixerit tibi rex. bene. pax erit ſeruo tuo. Sin autẽ fuerit iratus completa ẽ ĩ me malicia ei⁹ et ait ionathas Egrediamur ĩ agrum. Cumq; egreſſi eſſent: iurauit ei ionathas ꝙ quicq̃d boni vel mali inueniret apđ patrẽ indicaret ei: ⁊ iurauerunt ſibi mutuo fedus inter ſe ⁊ ſemẽ ſuuz. Addidit etiã ionathas deierare. i. plurimum iurare. Quod autẽ interpoſitum eſt ⁊ requiſiuit dominus de manu inimicorũ dauid hoc de ſuo addidit ſcriptor ĩ ſpũ: ⁊ addidit ionathas. In die qua operari licet. id eſt pridie kalendaruz vt quidam volunt. ſed melius eſt vt de ſequenti die intelligatur. egredieris ⁊ ſedebis latens iuxta lapidem ezel: ⁊ veniens ad te poſt ſolẽnitates iaciam tres ſagittas iuxta eum quaſi exercens me ad ſignum. Si dixero puero qui tollet eas ecce ſagitte intra te ſunt: pax tibi eſt: veni ad me. Quod ſi dixero: ſagitte vltra te ſunt vade: dñs ſit inter me et te vſq; in ſempiternum. Porro prima die ſolennitatis apparuit locus dauid vacu⁹: ⁊ ſiluit ſaul eſtimãs dauid nondum purificatum. Altera die requiſitũ a rege: excuſauit euz ionathas: et iratus ſaul dixit ad eũ. Fili mulieris virũ vltro rapiẽtis. ſcio quia ĩ cõfuſionẽ tuam diligis filiũ iſai: non ſtabilieris eo viuente tu neq; regnum tuũ. Adduc eũ ad me: qr filius mortis eſt: ⁊ ait ionathas. Quare morieẽ: ⁊ arripuit ſaul lãceam: vt pcuteret eum: ⁊ declinauit ionathas ab eo cõtriſtat⁹: nec comedit panẽ ĩ die illa: ⁊ egreſſ⁹ ĩ agrũ fecĩ hꝫ ꝙ dixerat dauid. Et cũ dixiſſ3 puero vltra te ſſ ſagitte: remiſit puer ĩ ciuitatẽ cũ arcu ⁊ ſagittis. Et ſurgẽs dauid de latibulo: adorauit tertio deũ ſcꝫ vel ipm ionathan. Et fleuerunt valde: ⁊ ait ionathas. Quecunq; iurauimus ſtent in ſempiternum inter nos et ſemen noſtrũ. Vade in pace.

Additio.
Hebrei tradũt dauid nõ comediſſe: nec aperte legitur hoc ꝙ comederit.

Additio.
Eſdras vł ali⁹: quia dauid exhereditauit poſtea filium ionathe.

¶ De fuga dauid ĩ nobe. Ca. xix.

ET fugit dauid in nobe ad abimelech ſacerdotẽ fratrez achie. Qui cum miraretur ꝙ quaſi ſolus veniſſet gener regis ait ad e ɿꝫ dauid. Secretus ſermo regis ꝛ .gebat me. ⁊ cõduxi pueros in illũ ⁊ illum locũ: ⁊ ideo priuate veni ⁊ cuꝫ paucis vel fere cũ nullis. Nunc ſiquid habes ad manum ſaltem. v. panẽs da mihi. Forte ex numero panũ: numerus intelligiẽ ſociorũ: nec mentiẽ dauid. Non eni animo fallẽdi hoc dixit. Et reſpondit ſacerdos. Non habeo panes laicos ad manum ſꝫ tantum panem ſanctum: panes ſcilicet propoſitionis. Si mũdi ſunt pueri ⁊ maxime a mulieribus mãducent quaſi dicat. Neceſſitas nõ habet legem: Si tamen immundi ſunt ꝑ coitu: nec in neceſſitate da-

A
i. Reg. xxi.

bo eis. Et ait dauid ad eum. Cõtinuimus nos ab heri & nudiuſtertius: & fuerũt vaſa puerorũ ſctã.i. corpora in quib⁹ cõtinent anime vel ipſi pueri. Porro & via hec polluta eſt. ſed ipſa ſãctificabitur hodie in vaſis.q.d. Forte in vis hac aliquid immundicie cõtraximus: ſed mundicia corporum ſufficit ad eam mundandam. hebreus habz. Sunt vaſa puerorũ ſãcta. & dicũt de vaſis ad edendum.q.d. In vaſis mundis licet tibi ponere panes mundos. Sequitur. Porro via hec laica eſt.i.interrogatio tua laicalis eſt.q.d.

Cur q̃ris de mũdicia cum etiaz ſi mundi eſſent veſci non deberent. Sed & ipã ſanctificabitur hodie in vaſis.

Additio. Iterum dicunt ipſum fuiſſe achiam filiũ achiton: filij finees filij eleazari.

id eſt in conſcientijs noſtris. Scimus eniz quia neceſſitas que non habet legẽ excuſat nos & quaſi ſãctificat. & dedit eis panes ꝓpoſitionis qui ſublati fuerãt vt ponerentur calidi. Ex hoc ꝑpẽditur ꝙ ſabbatum erat. Cumq3 queſiſſet ab eo dauid ſi haberet arma: dedit ei gladium golie. Joſeph⁹ dicit lanceã que erat inuoluta pallio in tabernaculo. Erat enĩ tunc ibi arca cuz aliquo ſuo tabernaculo. Et cõſiderauit hec omnia doech idume⁹ potentiſſim⁹ paſtorũ ſaul qui erat ad orandum obligatus voto.

¶ De fuga dauid ad achis. Capitulum.xx.

D i.Reg.xxi.

Fugit autẽ dauid i die illa ad achis regem geth. Et indicauerunt ſerui ſui regi ꝙ quaſi rex erat in iſrael qui latebat apud eum: & de vicino hoſtẽ reciperet ſi ſaluũ eum ſeruaret: et timuit dauid preſertim ꝙ miſerat ſaul ad achis vt redderet ei ſeruũ ſuum fugitiuũ. Cũq3 traheretur ad regẽ ſimulauit furorẽ: & impingebat in oſtia porte quaſi ꝑ clauſã portam ingredi volẽs: & que furioſi faciũt agebat: vt fidez regi vere paſſionis oſtenderet: & ait rex. Nõ ingredietur hic arrepticius domuz meam: & dimiſit eum. ¶ Et abijt inde dauid: & latuit i ſpelũca odolla non tamen ſtatim: ſed prius venit ad naas regẽ amonitarũ vt dicit hieronymus in ſequentibus in quadã gloſa. Et cõuenit ibi ad dauid omnis cognatio eius. Sed et alij quib⁹ aut odiũ aut timor saulis erat: vel q ere premebãtur alieno conuenerunt ad eũ: & fuerunt cum eo quaſi quadringenti armati. Et ꝓfectus eſt dauid cum eis i maſphat que eſt moab. Eſt enim altera in iuda: & depoſuit apud regem moab patrẽ & matrem ſuã et mãſerũt apud eũ q̃diu dauid fuit in preſidio.id eſt in expeditiõe: in qua ſibi querebat munitiones ad manendum.

A i.Reg.xxij.

¶ De morte abimelech et ſacerdotum.lxxx.&c. Capitulum.xxi.

B i.Reg.xxij.

Et monẽte gad ꝓpheta vt inde recederet & iret in terrã iuda: ꝓfect⁹ in terrã iuda venit in ſaltũ areth. Et audiuit ſaul ꝙ apparuiſſet dauid: & cum eſſet ſaul in nemore: quod eſt in rama tenens haſtam: ait ad ſeruos ſuos. Nũquid ditabit vos omnes filij gemini filius iſai. Non eſt ex vobis qui doleat vicem meam: & ait doech idumeus: vidi eum in nobe apud abimelech filium achitob: qui conſuluit pro eo dominum: & dedit ei cibaria et gladium golie: et iratus rex conuocauit abimelech et omnes ſacerdotes qui erant in nobe: et ait ad eum. Cur coniuraſti aduerſum me cum filio iſai. Dediſti enim ei panes & gladium. Qui rñdit. Abſit h⁹ a me. Nõ ſuſpicet

rex huiuſmodi rem in vniuerſa do
mo patris mei. Neſciui ꝙ a te fu=
giſſet: et ait rex emiſſarijs. Irrui-
te in ſacerdotes. Qui noluerunt
manus extendere ī chriſtos domi
ni: et ait rex ad doech Irrue in
eos: ⁊ trucidauit in illa die. lxxxv.
viros veſtitos ephot lineo. Forte
tunc erāt induti: vt per habitū re=
ligionis mouerent animū regis.
Aiunt hebrei non omnes fuiſſe ſa
cerdotes: nec indui ephot: ſʒ om-
nes dignos eſſe. Percuſſit quoqʒ
ſaul nobe viculum ſacerdotuʒ: et
mulieres ⁊ viros: ⁊ iumēta: ſm̄ ꝙ
deus heli ſacerdoti ꝓphetauerat:
ꝓlem eius radicitus euellendam.
Solus abiathar ſacerdos filiꝰ abi
melech euaſit: ⁊ fugit ad dauid. fe
rens ephot ſecum quod fecit moy
ſes: ⁊ nunciauit ei interitū patris
⁊ ſuorum. Et ait dauid. Ego ſum
reꝰ omniū animarum patris tui.
A j. Re. xxiij. Mane mecum. Qui queſierit ani
mam tuam: queret ⁊ meam. ¶ Et
nunciatū eſt dauid ꝙ philiſtei op-
pugnarent ceila et diriperent are
as. id eſt annonam de areis: vel ꝙ
vaſtarent ſegetes. Conſuluit igi
tur dominum. Vadā ⁊ percutiam
philiſteos. Et ait dominꝰ. Vade
⁊ percuties eos ⁊ ſaluabis ceila.
Cumqʒ timerent viri eius ire cum
eo rurſus conſuluit dominum: et
accepit reſponſuʒ ab eo qđ ⁊ prius/
⁊ abijt dauid: ⁊ percuſſit philiſte-
os plaga magna: ⁊ intrauit ceila.
Quod cum audiſſet ſaul ait. Cō
cluſus eſt dauid in vrbe Et cōgre
gabat exercitum vt obſideret da-
uid ⁊ viros eius. Quod cum au-
diſſet dauid conſuluit dominū per
abiathar: deſcendet huc ſaul: ⁊ tra
dent me viri ceile in manus eius.
Et ait dominus. Deſcendet ⁊ tra
dent te. quaſi diceret. Hec eſt vo-
luntuas regis ⁊ illorum que deuʒ
latere nō poterat. Et egreſſus eſt
dauid ⁊ viri eius cū eo quaſi ſexcē
ti. ⁊ vagabātur incerti. Quod cū
accepiſſet ſaul diſſimulauit exire.
Tranſiuit autem dauid in montē
ſolitudinis ziph: ⁊ abijt ionathas
ad eum in locum ſilue: qui vocaba
tur naua: ⁊ confortauit manꝰ eius
in deo ⁊ ait. Tu regnabis ī iſrael:
et ego ero tibi ſecundus. Sed ⁊ pa
ter meus ſcit hoc. Et innouauerūt
iuſiurandum federis inter ſe corā
domino. id eſt coram gad prophe-
ta ⁊ abiathar.

¶ De zipheis ⁊ ꝙ dauid latuit in
ſpelunca fugiens a facie ſaul.

IN diebus illis egrotauit abia filius ieroboam: ꝛ ait rex vxori ſue. Commuta habitũ ne cognoſcaris vxor mea: et vade in ſilo ad achiã ꝓpham ꝗ mihi quondã locutus eſt de regno: ipẽ indicabit tibi quid euẽturum ſit puero huic. Et aſcendit mulier ad achiam qui videre nõ poterat ꝓ ſenectute. ſ3 pꝛe inſtructus a domio ait. Ingredere vxor ieroboam: quare te aliã ſimulas. Vade ꝛ dic ieroboã. Hec dicit dominus. Exaltaui te de medio populi. tu autem pꝛoiecisti me poſt tergum tuum fecisti tibi deos alienos ꝛ cõflatiles. ꝛ ego percutiã de ieroboam mingentẽ ad parietem ꝛ clauſum. id eſt icarceratum ꝛ nouiſſimum in iſrael. i. delebo de domo eius etiam viliſſima que pꝛo ſui vilitate negligẽda putantur. ꝛ dabo cadauera eorum canibus ꝛ feris. Tu autem reuertere: ꝛ in introitu tuo morietur puer qui ſolus de domo ieroboam inferetur in ſepulcro. Et rediit mulier in therſa: ꝛ mortuus eſt puer ꝛ ſepelierunt eum. Reliqua vero verborum ieroboam ſcripta ſunt in libro verborũ dierum regum iſrael. Et mortuus eſt ieroboam cum regnaſſet. xx. ꝛ duobus annis. Porro roboã regnauit in iuda qui cõtinebat tribum iuda et beniamin. xl. ꝛ vnius anni erat cum regnare cepiſſet. ꝛ. xvij. annis regnauit ĩ hieruſalem. Sed ꝛ iudas populus ille peccauit coram domio: ꝛ fecit ſibi aras ſtatuas ꝛ lucos ſuper excelſa montiũ. Sed effeminati fuerũt in terra iuda. id ẽ cultores cibeles eunati natura vel actu: ſicut legĩt de hieraphãtis. Offenſuſq; dñs ſuſcitauit cõtra iudam ſuſac regem egypti anno. v. regni roboam. Qui ingrediens hieruſalem: pactis precedentibus cum ei reſiſtere non poſſet federa nõ ſeruauit. Fecit enim pactum cum eo de quorundam murorũ deſtructione quod tranſgreſſus ẽ. Diripuit theſauros domus domini ꝛ domꝰ regie: ſcuta quoq; aurea diripuit ꝗ fecit rex ſalomon pꝛo quibus fecit roboam rex ſcuta erea. Habuit autem roboam vxores. xviij. concubinas vero. xxx. et nati ſunt ei filij. xxviij. filie vero. lx. Reliqua

Additio.
Achias vidit in ſpiritu populuz cõculcantem iugum bouz: ꝛ pꝛedixit ſacerdotes conculcandos a populo et ſalomoni predixit ꝙ euertendus eẽt a mulieribus et ſepultus ẽ iuxta ilicem ſilon.

Additio.
A hiera quod ẽ ſacrum. et phanum quod eſt tẽplum quaſi ſacrũ templum.

Additio.
Aiunt hebrei. lij. annis auem.

roboam ſcripta ſunt in libro verborum dierum regũ iuda. Opera eius prima et nouiſſima ſcripſit ſemeias ꝓpheta. et mortuus eſt roboam: et ſepult⁹ i ciuitate dauid. et regnauit pro eo filius eius abia.

non volaſſe ſup hieruſalem: et fere deſperaſſe iudeos.

¶ Incidentia.

Incidẽtia. ¶ In diebus roboã latinorũ ſex primus rex fuit ſiluius achis ſiue ſiluius egyptius. Refert herodotus ſuſac regẽ egypti multas gẽtes ſibi ſubiugaſſe: et quaſdaꝫ ſine ꝓlio cepiſſe. In ſubſãnatõem quarum in ſtatuis earũ que triũphanti ꝓferebantur genitalia mulierũ inſculpſit: ſignificãs eas euiratas eſſe. Refert quoqꝫ ethiopes et phenices ab egyptiis didiciſſe circunciſionem.

¶ De abia rege iuda. Cap. xxxi.

A iii. Reg. xv

Igitur in octauodecimo ãno regni ieroboã regnauit abia ſuper iudam. Trib⁹ annis regnauit in hieruſalem nomen matris eius maacha filia thamar filie abſalõ. Et ambulauit in omnibus peccatis patris ſui. Et factum eſt ꝓliuꝫ inter ieroboam et abiam in loco q̃ vocatur mons amorreorum. et habuit abias contra ſpem victoriam ineſtimabilẽ. Et mortuus eſt abia et ſepelierũt eum in ciuitate dauid. et regnauit aſa filius ei⁹ ꝓ eo. In anno. xx. ieroboã regnauit aſa ſuper iudam. et. xl. et vno anno regnauit in hieruſalem. Nomen matris eius. id eſt auie maacha. Et nota ꝙ roboã et ieroboam dicuntur cõregnaſſe. xvii. annis. et poſtea abia cõregnauit ieroboam trib⁹ annis et ſic impleti ſunt. xx. anni regni ieroboam. Non ergo in. xx. anno ieroboaꝫ cepit regnare aſa: vt dictũ eſt. ſed potius in. xxi. quod ꝑ ſynecdochen dictum eſt. Dicitur enim abia regnaſſe tribus annis: eo ꝙ regnauit duobus annis: et i parte quadam tertii. et in reliqua parte eiuſdem tertii anni cepit regnare filius eius aſa. i. in viceſimo anno regni ieroboam. Huiuſmodi ꝯtrarietates ſepe occurrent in ſequẽtibus: quarum quedam determinatur per ſynecdochen. Uel qꝛ equaliter conregnauerũt q̃ꝗꝫ filii cum patrib⁹: vt poſt dicem⁹. Que ꝓo determinari nõ poſſunt vitio ſcriptorum aſcribuntur. Nota.

¶ De aſa et regibus iſrael: nadab et baaſa et hela. Cap. xxxii.

Igitur aſa fecit rectum coram dño ſicut dauid pater eius: et abſtulit affeminatos d̃ terra. et ſordes idolorum. et maacham matrẽ ſuam amouit ne eẽt princeps i ſacris priapi. et ſubuertit ſpecũ eius. et ſimulacrum turpe combuſſit in torrente cedron: excelſa tamen nõ abſtulit. Porro nadab filius ieroboam regnauit ſuper iſrael: ãno ſecũdo aſa regis iuda Hic ptꝫ quia ieroboam in principio xxii. ãni et regni ſui mortuus eſt Hic annus fuit ſecundus regni aſa. et regnauit ſuper iſrael duob⁹ annis. id ẽ vno anno: et aliqua pte alterius anni. Nam pars anni vocatur annus per ſynedochen: ſicut dicitur euangelium chriſtus ꝑdicaſſe tribus annis et dimidio: vbi pars dimidii anni vocatur dimidius annus. Sepe etiam fit econtra: vt tota ſumma temporis nomine partis ſue vocetur per ſynecdochen: vt ibi. Noe cuꝫ quingentorum eſſet annorum genuit ſem. cum tamen eſſet noe. d. et duorum

B iii. Re. xv.

Additio. Aiũt hebrei aſa cõminuiſſe idolum in puluerẽ: et clam ſparſiſſe in torrentem cedrõ: quod vt palam fieret et aq̃ ignis proceſſit domino.

B Gen. v.

annorum. Hec duplex ſynecdoche plurimum occurrit in ſequentib⁹ S3 hec dicta ſufficiãt.

F iij. Re. xv. ¶ Nadab vero ambulauit in vijs patris ſui quib⁹ peccare fecit iſrael. Qui cũ obſideret iebethon vrbẽ philiſtinorum inſidiatus ei baaſa interfecit eum: ⁊ regnauit p eo anno tertio aſa regis iuda. ⁊ pcuſſit omnẽ domũ ieroboa3 iuxta verbũ achie ſilonitis. ⁊ regnauit ĩ therſa. xxiiij annis: non tamẽ cõpletis. Et erat bellum inter aſa ⁊ baaſa cunctis diebus eorum. Porro aſa. x. anno regni ſui pcuſſit zariam regẽ ethiopie plaga grandi: qui irruerat in terram iuda. Et redeunti aſa a victoria occurrit azarias pheta dicens victoriam ſibi a deo pceſſam: q: legitima eius ſeruabat. Tunc ſcripſit aſa in omnem prouinciam vt omnes legitima diligenter ſeruarent. Baaſa vero rex iſrael peccauit coram dño ambulans ĩ vijs ieroboa3 ⁊ vltra.

A iij. Re. xvj. ¶ Et venit ad eu3 hieu pphã filius anani dicens. Hec dicit dñs. exaltauit te de puluere: tu aũt ambulaſti in vijs ieroboam: ⁊ in multis peccare feciſti populum meum. ⁊ ideo demetã poſteriora tua: ⁊ faciam domum tuam ſicut domũ ieroboam. Pro his tamen non quieuit baaſa: ſed aſcendit in iudam. ⁊ edificauit rama. xl. ſtadijs a hierl'm. Cunq3 aſa rex iuda videret ſe artatum: tollẽs aurum ⁊ argẽtũ de domo dñi ⁊ d domo regia miſit illud per ſeruos ſuos ad benedab regẽ ſyrie in damaſco dicens. Fedus fuit inter patrem meum ⁊ patrem tuũ. ⁊ inter me ⁊ te. Peto vt irritũ facias fedus qđ habes cum baaſa vt recedat a me. Et acquieſcens benadab miſit exercitum in ciuitates iſrl'. Qđ audiens baaſa intermiſit edificare rama. ⁊ reuerſus eſt in therſa. Rex aũt aſa miſit in omnẽ iudam dicens. Nemo ſit excuſatus. Et tulerunt lapides ⁊ ligna de rama: ⁊ muniuit de eiſdem rex aſa gabaa ⁊ maſpha. Et venit ad eu3 hieu pphã. vel vt quidã volũt anani pater hieu: arguens eum q relĩcto dño ſpem poſuerat in regẽ ſyrie: ⁊ miſit eum rex in neruũ pter quod in tempore ſenectutis ſue doluit pedes. Et mortuus eſt ⁊ ſepultus ĩ ciuitate dauid. Et regnauit ioſaphat filius eius p eo. Sub aſa fuit octauus rex latinorum ſiluius capis. Verũtamen adhuc eo viuẽte: deſcendit ſm quoſdam hieu ppheta ad baaſa regem iſrael arguendum: ⁊ occidit eũ baaſa. Mortuus eſt ergo baaſa ⁊ ſepultus in therſa. Occiſus eſt aũt vt dicit ioſephus a creone cõmilitone ſuo. Et regnauit p eo in therſa filius eius hela ãno. xxvj. aſa regis iuda. Et regnauit ſuper iſrael duobus annis. id ẽ anno ⁊ parte ãni. Qui cũ recũberet in domo arſa prefecti ſui: percuſſit eu3 temulentũ zamri ſeruus ſuus dux medie partis eqtũ. Percuſſit quoq3 omnẽ domu3 baaſa iuxta vbũ hieu pphete.

Additio.

Nota q iſte baaſa non fuit de genere ieroboã q: in regibus iſrael nõ ſemper ſucceſſit fili⁹ patri ſed raro. Regnũ vo iuda nũq3 exceſſit genus ſuũ: quia ſemper fili⁹ ſucceſſit patri.

¶ De zamri ⁊ amri. Cap. xxxiij.

Anno viceſimo ⁊. vij. aſa regis iuda regnauit zamri in therſa ſeptem diebus C iij. Re. xvj. Porro exercitus iſrael obſidebat iebethõ. Qui cum audiſſet zamri occidiſſe regẽ conſtituit ſibi regẽ amri qui erat princeps milicie in caſtris anno. xxvij. aſa. Aſcendit ergo amri ⁊ omnis iſrael cũ eo: ⁊ obſidebat terſa. Timens aũt zamri fugit in domũ regiã: ⁊ ſuccẽdit ſe cũ ea. Tunc diuiſus eſt popul⁹

iſrael. Media pars ſeq̄batur theb
ni ⁊ media ps amri. Et durauit
hec contentio tribus annis ⁊ plus
tamen amri. q. iā regnabat: ⁊ p̄ua
luit amri. ⁊ interfectus ē thebni.
anno. xxxi. aſa regis iuda. ⁊ regna
uit amri ſuper iſrael plene. ⁊. xii.
annis regnauit. A prima electiōe
ſua in therſa regnauit ſeptem an=
nis: ⁊ emit a ſomer duobus talētis
argenti montis partē in quo erat
ciuitas mareon: et reparauit eam
⁊ impoſuit ei nomē ſamareon. q.
a ſomer ⁊ mareon que grece dicit̄
ſamaria. ⁊ in ea poſuit ſedē regni
que p̄us fuerat
in therſa. Et fe=
cit amri malum
corā dn̄o: ſuper
omnes qui fue=
runt ante eum ⁊
mortuus eſt ⁊ ſe
pultus in ſamaria. Et regnauit
achab filius ei⁹ ꝓ eo anno. xxxviii.
aſa regis iuda. Hic forte patet
vitium ſcriptorū. Regnauit enim
amri pater achab. xii. ānis vt dcm̄
eſt. ⁊ cepit regnare anno. xxxi. re=
gni aſa: qui regnauit. xl. ⁊ vno an=
no. ⁊ ita aſa mortu⁹ ē adhuc amri
viuente. Verum eſt aūt quod dicit
ioſeph⁹. ꝙ iam regnante ioſaphat
filio aſa cepit regnare achab. Ta
men determinationem que hic fie
ri ſolet in fine regum ponemus.

Additio.
Samaria ē no=
men ciuitatis ⁊
regionis: vt hic
apparet.

¶ De achab ⁊ iezabel ⁊ helia ꝓ=pheta. Cap. xxxiiii.

B
iii. Re. xvi.

Et regnauit a=
chab ſup iſrl̄. xx. ⁊ du
ob⁹ ānis. Tamen ioſe
phus dicit. xx. annis ⁊
duobus enim ſibus. Nec ſuffecit
achab vt ambularet in viis ierobo
am: ſed introduxit idola gentium
in iſrael. ⁊ duxit vxorem iezabel ſi
liam methabal regis ſidoniorum.
⁊ edificauit in ſamaria phanum ⁊
altare baal. ⁊ adorauit eū. In die=
bus eius reedificauit ahiel d̄ be=
thel iericho. Cūq̄ poneret funda
menta eius: mortuus eſt abiram fi
lius eius primogenit⁹. Cumq̄ por
tas muniret: mortu⁹ eſt ſegub no=
uiſſimus filius eius iuxta imp̄ca=
tionem ioſue. ¶ Et miſit domin⁹
heliam theſbitem de habitatorib⁹
galaad ad achab. Qui ait ad regē
Viuit dn̄s deus iſrael: in cui⁹ con
ſpectu ſto: ſi erit annis his ros et
pluuia: niſi iuxta oris mei verba.
Apoſiopeſis eſt. Vel ponitur ſi ꝓ
non et q̄rebat achab animā helie.
Qui fugit ex precepto dn̄i ⁊ latu
it in torrente carith: qui eſt contra
iordanem. Corui aūt deferebant
ei panem ⁊ carnes mane ⁊ veſpe=
re: ⁊ bibebat de torrente. Poſt di
es autē aliquot ſiccatus eſt torrēs
Nō em̄ pluerat ſup terram. Et ait
dn̄s ad heliam. Vade in ſarepta ſi
doniorum. p̄cepi em̄ ibi mulieri vi
due vt paſcat te. ⁊ erat ſarepta vrbs
modica inter tyrum ⁊ ſidonē. Sz
⁊ ſilua iuxta vrbem ſarepta diceba
tur. Cumq̄ veniſſet helias ad por=
tam ciuitatis: apparuit ei mulier
vidua colligens ligna. Cumq̄ q̄ſiſ=
ſet ab ea poculum aque: addidit ēt
vt afferret ei buccellā panis. Que
reſpondit ſe nō habere niſi pugil=
lum farine in hydria ⁊ paululum
olei quo conſpergeret eam: ⁊ panē
ex ea factum comederet cum filio
ſuo. ſz poſt deficiente cibo tabeſce
rēt. Ad quā helias ait. Noli time
re. fac mihi primū ſubcinericium
panem: tibi ⁊ filio tuo facies po=
ſtea. Hec em̄ dt dn̄s Hydria fari=
ne nō deficiet: ne clechitus olei mi
nuetur: donec pluat ſuper terram.
Fuitq̄ helias apud viduam tem=
pore aliquo. Poſt hec mortuus ē
filius mulieris. Que dixit ad he=
liam. Cur ingreſſus es ad me vir
dei vt rememorarētur iniquitates
mee. i. magis apparerent ex cōtra=
rio equitatis tue. ⁊ ideo interfice= Helias ſuſ
retur filius meus. Et poſuit heli= ſcitat filiū
as puerū ſuper lectum ſuum in ce a morte.

A
iii. Re. xvii.

naculo ſuperiori. ⁊ expandit ſe ſu-
per eum tribus vicibus: ⁊ clama-
uit ad dñm: ⁊ reuixit puer. Queʒ
recipiens mulier ait. Nunc cogno
ui quoniã vir dei es tu. Hunc pue
rum tradunt hebrei fuiſſe ionam
prophetam.

¶ De ſacerdotibus baal quos in
terfecit Helias. Cap.xxxv

A iij.re.xviij.

Poſt tertium
annum ariditatis ⁊ fa
mis dixit dñs ad heliã
Uade oſtẽde te achab
vt dem pluuiam ſuper terrã. Erat
autem fames vehemens in ſama-
ria: cuius etiam meminit menan-
der in geſtis ſidoniorum. Et habe
bat achab ꝓcuratorem dom⁹ ſue
abdiam: qui cũ interficeret ieʒabel
ꝓphetas domini: abſcũdit.c. ꝓphe
tas in duab⁹ ſpelũcis quinquage
nos. ⁊ pauit eos pane ⁊ aqua: pro
pter quod poſtea ſpiritu ꝓphetie
donat⁹ eſt. Ad quem dixit achab.
Deſcendamus ad ꝯualles: ⁊ que-
ramus pabula equis ⁊ mulis: ⁊ di
uiſerunt ſibi regiones. Occurrit
autem helias abdie in via dicens.
Uade dic domino tuo Adeſt heli
as At ille. Quid peccaui. Quan
do nunciabo achab: adeſt helias:
ſpũs domini aſportabit te in locũ
quem ignoro: ⁊ non inueniens te/
achab interficiet me Seruus autẽ
tuus timet dñm ab infantia ſua.
Et ait helias. Uiuit dominus: qꝛ
hodie apparebo achab. Et vocat⁹
achab per abdiam occurrit helie ⁊
ait. Tu ne es ille qui conturbas iſ-
rael. Qui reſpondit. Non ego tur
baui. ſed ⁊ tu ⁊ domus patris tui:
qui relinquentes dñm ſecuti eſtis
baal. Uerũtamẽ congrega ad me
omnẽ iſrael in montem carmeli: ⁊
prophetas baal.cccc. quinquagin
ta ⁊ prophetas lucorum. cccc. qui
comedũt de mẽſa ieʒabel. Et con
gregati ſunt populus ⁊ prophete
in monte carmeli. Et ait helias ad
populum. Uſquequo claudicatis
in duas partes. Si domin⁹ patrũ
veſtrorum deus eſt: ſequimini illũ
ſi autem baal: ſequimini eum. Nõ
reſpondente autem populo intulit
helias. Ego ſum hic ſolus prophe
ta domini: ⁊ prophete baal multi.
Dentur nobis duo boues: illi eli-
gant bouem vnum cuius fruſta po
nent ſuper ligna igne non ſuppoſi
to: et ego faciam ſimiliter ꝺ altero
boue Ipſi inuocabunt deos ſuos
⁊ ego deum meum: ⁊ qui exaudie
rit dando ignem de ſublimi ipſe ſit
deus. Et placuit populo propoſi-
tio helie. Cumqꝫ ſacerdotes baal
feciſſent quod dixerat: inuocabãt
baal a mane vſqꝫ ad meridiẽ: ⁊ trã
ſiliebãt altare quod fecerant: ⁊ in-
cidebant ſe iuxta ritum ſuum lan-
ceolis: ita vt ſanguine perfunderẽ
tur. Demones
enim plurimuʒ
delectãtur obla
tiõe ſanguinis
hũani: et illude
bat eis helias di
cẽs Exaltate cla
morẽ: forte de⁹
vr dormit. aut
cũ aliq̃ alio loq̃
tur aut ĩ diuer-
ſario ẽ. Et dixit
helias ad popu
lum Accedite.

Additio.
Amare demo-
nes ſanguinem
humanum dicit
Iſidorus. lviij.
ca. ideo quoti-
ens nec roman-
tia fit: cruoꝛ aq̃
miſcetur: vt co-
lore ſãguinis fa
cilius prouoce-
tur.

Et preſente populo curauit alta-
re domini quod deſtructum fue-
rat. id eſt deſtruxit altare eorum.
et mundauit locum vt ibi faceret
altare nouum coram domino.
Et tulit. xij. lapides iuxta nume
rum tribuum iſrael. et edificauit
ex eis altare in nomine dñi iſrael.
Et fecit aqueductum in circũitu
altaris per duo loca. Et ligna ſu-
perpoſuit ⁊ membra bouis. prece-
pitqꝫ afferri aquam forte de ma-
ri vicino: et effudit ſuper holocau
ſtum et ligna. Et facta eſt ter-
ra effuſio aque vſqꝫ ad impletio

nem aqueductus: ne forte putaret arte magica de viscerib⁹ terre ſuſcitaſſe ignē. Et clamauit helias ad dn̄m in aurib⁹ ppl'i. Dn̄e deus patrū noſtroꝝ exaudi me hodie vt diſcat popul⁹ iſte: q: tu es dn̄s deus. Et deſcēdēs ignis de ſublimi vorauit holocauſtum ⁊ ligna ⁊ lapides: puluerē et aquā que erat in aqueductu lābēs. ⁊ adorauit ppl's ⁊ ait. Dn̄s ipſe eſt deus. Et mādāte helia apprehēderūt oēs ꝓphetas baal: ⁊ duxerūt ad torrentē cyſon. ⁊ interfecit eos ibi helias. Et ait ad achab. Aſcēde ⁊ comede an̄ deſcenſum pluuie. Et comedente achab: helias aſcēdit verticem carmeli: ⁊ pronus in terrā capite inclinato inter genua orabat: et ait ad puerū ſuū. Vide cōtra mare ſi aſcēdat nubes. Erat eīm aer ſereniſſimus. Et ait puer. Non eſt quicq̄. Et miſit eū ſepties. Septima autē vice aſcendebat nubecula de mari: excreſcens vſq ad hominis quātitatē. Et ait helias ad achab Deſcende cito in iezrahel ne te occupet pluuia. Et ecce contenebrati ſunt celi: ⁊ nubes ⁊ ventus ⁊ pluuia facta eſt grādis. Feſtinauit āt achab in iezrahel. ⁊ facta eſt man⁹ dn̄i ſuper heliam: ⁊ currebat ante achab donec intraret vrbē.

Helie ſacrificiū accēditur.

Baal ꝓphe occiduntur.

Datio pluuie ad p̄ces helie.

A
iij. Reg. xix

¶ Cūq accepiſſet iezabel q̄ fecerat helias prophetis ſuis indignata miſit nūcios ad heliam dicens. Hec faciant mihi dij ⁊ hec addant niſi cras hac hora poſuero animā tuam ſicut tu poſuiſti animā vnius ex illis.

Additio.

Sicut in ſalutationibus verbū propter nimiū affectum nō ponitur vt q̄ vix itelligatur ita in huiuſmodi locutionibus demōſtratiuum pronomen ponitur: vt quicunq etiam malum ſibi accidere precetur: niſi hoc fiat.

¶ De fuga helie ⁊ vocatiōe Heliſei. Capitulum. xxxvj.

Et timens helias fugit in berſabee. ⁊ dimiſit ibi puerū ſuum ionam vt tradunt: ⁊ ſolus intrauit in deſertum viā vnius diei. Et ſedens ſubter vnam iuniperum: orauit vt moreretur ſibi: dicens ſe non eſſe meliorem. id eſt digniorem vita patribus: vt illis perditis ipſe viuere optaret: ⁊ proijciens ſe obdormiuit Tūc angelus dn̄i tetigit eum dicens. Surge comede. Et ecce ad caput eius erat ſubcinericius panis ⁊ vas aque: ⁊ comedit et bibit: ⁊ rurſum obdormiuit. Et ſuſcitauit eum angelus ſcd̄o dicens. Surge comede: grandis enim tibi reſtat via. Joſephus tamen dicit angelum nō excitaſſe eum: ſed aliquem. Et comedit helias ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus ⁊. xl. noctib⁹ vſq ad montem dei oreb: in quo apparuit dn̄s moyſi in rubo. Et māſit ibi helias in ſpelunca. Et ait dn̄s ad eū. Quid hic agis helia. Qui rn̄dit. zelatus ſum aduerſus iſrael pro te. Nā altaria tua deſtruxerūt prophetas tuos occiderunt. ⁊ relictus ſum ego ſol⁹ ⁊ querunt aīam meā: ⁊ aufugi. Et ait dn̄s ad eum Egredere ⁊ tranſibit dn̄s corā te. Tria tamen prius viſibiliter tranſierunt: inquib⁹ non tranſiuit dn̄s Primo ergo tranſiuit ventus fortis conterēs petras: ſed non in vēto dn̄s. Scd̄o tranſiuit commotio terre: ſed nō in ea dn̄s. Tertio trāſijt ignis: ſed non in igne domin⁹. Quarto tranſijt ſibil⁹ aure tenuis et cum eo dn̄s. Et operuit helias vultum ſuū pallio: ⁊ ſtetit in oſtio ſpelūce. Et dn̄s tranſiēs dixit ad eum. Quid hic agis helia. Et reſpondit ei ſicut et ſupra. Et dixit dn̄s ad eum. Reuertere per deſertum ⁊ vade in damaſcum: ⁊ in vntionem mei inūges azahel regem ſuper ſyriā: ⁊ hieu filium namſi re

A
iij. Reg. xix

Apparitio domini facta helie.

gē ſup iſrael. heliſeū aūt filium ſaphat de abela inungens prophetam ꝓ te: ⁊ iſti tres interficient idolatras de iſrael: alios azahel: alios hieu: alios heliſeꝰ: ⁊ reliquā mihi i iſrael ſeptē milia virorum: quoꝝ genua nō ſūt curuata baal: nec oſculati ſunt manus eius. Et
Nota. nota φ helias nō aliter vnxit azahel: niſi φ p̄dixit per heliſeum eū regem futurū.

hieū ꝓo nec ipſe nec heliſeus inunxerūt: ſʒ vnꝰ ꝓphetarū miſſꝰ ab heliſeo: heliſeū vero non vnxit. niſi φ palliū ſuuʒ poſuit ſup eum. Non enim in lege vngebātur. niſi rex ⁊ ſacerdos. Profectus ergo helias inuenit. xij. viros arantes i

Additio.
Quod cōgruit oraculo. Nato enim heliſeo in galgalis: imago de vitulis aureis mugit.
Quo audito in hieruſalem ait ſacerdos. Propheta natus eſt in iſrael: q̄ ſculptilia eorum deſtruet ēt fuſilia.

xij. iugis boum: quorū vnus erat heliſeus: ⁊ poſuit helias pallium ſuum ſup eū: ⁊ cōtinuo ꝓphetauit heliſeus: vt ait ioſephus. Et currens poſt heliam ait. Oſculer oro te patrem meū ⁊ matrē meā ⁊ ſequar te. Et reuerſus mactauit par boum: ⁊ coxit illud in lignis aratri: ⁊ dedit eſcas contribulibus: ⁊ ſurgens ſecutus eſt heliam ⁊ miniſtrabat ei.

¶ De prima obſidione ſamarie. et reliquis. Cap. xxxvij.

A
iij. Re. xx. Porro benadab rex ſyrie obſidebat ſamariā hñs ſecū. xxxij. reges. ⁊ miſit ad achab in ſamariam dicēs. Si vis vt recedam a te: cras hac eadē hora mittā ſeruos meos: ⁊ omne qd̄ placuerit eis tollēt de domo tua: ⁊ de domibus ſeruoꝝ tuorū: etiā vxores ⁊ liberos. Et iniit achab cōſilium cū ſenioribus. Qui dixerunt. Non adquieſcas illi. Et reſpondit achab nuncijs benadab. Dicite dn̄o meo. Oia q̄ iuſſiſti in nuncio facere poſſum. hanc autē rem facere nō poſſum ſcʒ de vxoribus ⁊ liberis. Et indignatus benadab remiſit ad eū dicens. Hec faciant mihi dij: ⁊ hec addant: ſi ſuffecerit puluis ſamarie pugillis omnis populi mei q̄ ſequitur me. Samaria habebat interius terrā pene muris equalem: ⁊ eſt ſenſus Tāta mecū eſt multitudo: vt ſi ſinguli lapidē vnum vel ſtipitem vel ceſpitē cōportauerint tantū extruent aggerē qui equabiť muris ſamarie ⁊ terre intus poſite: ⁊ ita ex equo pugnabunt vobiſcum. Et reſpondit rex iſrael. Dicite ei. Non gloriet̃ accinctus eque vt diſcinctꝰ Et eſt ſenſus. Adhuc es accinctꝰ armis: ⁊ res eſt in pendulo. Noli ergo gloriari quaſi iam victor ſis ⁊ diſcinctus armis depoſitis. q. d. nō p̄t gloriari ſic p̄liator: ſicut victor. vel ſm aliā litterā. Non glorietur eque accinctus atq; diſcinctus. q. d. Ante victoriam nō pōt gloriari accinctꝰ multitudine: nec diſcinctꝰ. i. ē carens multitudine. quia ſepe pauci vincunt multos. Porro benadab cum regibus ſuis bibebat in vmbraculis: ⁊ ait ſeruis ſuis. Circundate ciuitatem. Cūq; expugnarēt eā timuit achab nimis. Et ecce vnus ꝓpheta ꝯfortauit eum micheas vt quidam tradūt: ⁊ ait. Hec dicit dn̄s. Ego tradam omnem hanc multitudinē in manu tua hodie: vt ſcias q2 ego ſū dn̄s. Et ait achab. Per quē. Qui rn̄dit Per pediſſequos p̄ncipum ꝓuinciarū. Et ait achab. Quis erit dux eoꝝ. Qui rn̄dit. Tu. Et inuenit achab filios p̄ncipū. cc. ⁊. xxxij. ⁊ egreſſus eſt cū eis. Cunq; nūciatū eēt benadab φ egreſſi eſſent de ſamaria. miſit in occurſum eoꝝ viros dicēs Siue ad pacē ſiue

ad ꝑliū venerint: apprehēdite eos viuos. Filij vero principū ꝑcuſſerunt eos: vnuſquiſq; virū q̄ cōtra ſe veniebat. Et fuit exercit⁹ ſyriorum: et egreſſus iſrael ꝑcuſſit eq̄s ⁊ currus ⁊ ſyriam plaga magna. Tūc acceſſit ꝓpheta ad achab dicens. Confortauit te dn̄s: vide q̄d facies ei. Sequenti anno aſcendet rex ſyrie cōtra te. q. d. Neceſſe ē tibi vt habeas dn̄m ꝓpitiū. Tunc dixerunt ſerui benadab ad eū. Dij montium ſunt dij eoꝝ: ⁊ pugnauimus cum eis in montib⁹. ⁊ ideo vicerunt nos. Pugnem⁹ ergo in cāpeſtribus vbi dij eorū nichil poſſunt: ⁊ obtinebimus eos. Tu autē fac verbū hoc. Amoue ab exercitu reges: q2 inertes ſunt: et pone principes ꝓ eis. ⁊ inſtaura numerum pugnatoꝝ quos an̄ habuiſti.

De victoria Achab. C. xxxviij

E. F. G iij. Re. xx.

IGitur poſt annum venit benadab cū exercitu in affec: q̄ eſt i campeſtribus. Porro filij iſrael caſtrametati ſunt ꝯtra eos: quaſi duo parui greges caprarum. Syri aūt repleuerant terrā: ⁊ dixit vnus vir dei ad achab. Q2 dixerūt ſyri deus montiū dn̄s ē: ⁊ non valliū. Tradam eos in manu tua. Et direxerūt acies ex aduerſo ſeptem diebus. Septima autē die percuſſi ſunt de ſyris centūmilia peditum. ⁊ reliqui fugerunt in affec. ⁊ cecidit murus ſup eos qui remanſerant. Benadab autē fugiens in ciuitatem latuit in cubiculo q̄d erat intra cubiculum. Serui autem eius timētes ne ſuꝑueniret achab ⁊ nemini parceret. ⁊ ſcientes reges iſrael clementes: accinxerunt lūbos ſuos ſaccis. ⁊ ponētes funiculos in capitibus venerūt in occurſū achab dicētes. Seru⁹ tu⁹ benadab dicit. Viuit [oro te] anima mea: quaſi diceret. Quācūq; multā impoſueris: ſuſcipiā eam ꝓ aīa mea. Qui r̄ndit. Si adhuc viuit: frater me⁹ ē. i. faciā cū eo fedus. Qui rapiētes verbuꝫ ex ore eius. q. ꝓ omine feſtinantes adduxerūt benadab ad eū. Et leuauit eū achab ſecū in curru ſuo: ⁊ dixit ad eū benadab. Ciuitates quas tulit pater meus a patre tuo: reddam tibi. Fac tibi plateas in damaſco. i. forū rerū venaliū: ſicut fecit pater meus in ſamaria. Cunq; federati eſſent redierunt ad ꝓpria. Tunc micheas dixit ad ſociū ſuū i ſpū. Percute me. At ille noluit. Cui ait. Quia non audiſti vocē dn̄i: cū recedes a me ꝑcutiet te leo. Q̄d factū eſt. Inueniensq; alteꝝ virū dixit ad eū. Percute me in capite. Qui vulnerauit eū. Tūc ꝓpheta mutato vultu aſperſione pulueris ⁊ ſanguinis clamauit ad regē in v: a. Cū eſſem⁹ in ꝓlio adduxit vir vn⁹ captiuū ſuū ad me dicēs. Cuſtodi iſtū q̄ ſi lapſ⁹ fuerit: erit aīa tua ꝓ aīa eius: i. eris buus mihi ꝓ eo. aut talētū argēti mihi appendes. Cū aūt verterē me huc atq; illud: ſubito non cōparuit. Et ait rex. Iudiciū tuū ē q̄d ipſe decreuiſti: alterutrū neceſſe eſt facies ei. Tunc lota facie agnitus eſt propheta a rege ⁊ ait. Hec dicit dn̄s: Quia dimiſiſti viꝝ blaſphemum dignū morte: erit aīa tua ꝓ aīa ei⁹ id ē ipſe te īterficiet. Et irat⁹ rex prophete iuſſit eū clauſū cuſtodiri: ⁊ venit in ſamariam.

Vincūtur ſiri propter blaſphemiam.

Benadab hūliādo ſe queſiuit pacē cū iſrael.

De vinea Naboth. Ca. xxxix.

A iij. Re. xxi.

POrro Naboth ieſrahelites habebat vineā iuxta palatiū regis. Et dixit ad eū rex. Da mihi vineā tuā: vt faciā in ea hortū olerū: daboq; tibi ꝓ ea vineā meliorē vel ꝑcium. Qui r̄ndit. Propiti⁹ ſit mihi dn̄s ne dem hereditatē patrū meoꝝ tibi. quaſi diceret. Nō poſſū. Vera

ditas relicta eſt mihi a pr̄ib⁹: vt re
linquā eā poſteris. Et ꝯtriſtatus
rex ꝓiecit ſe i lectū: ⁊ nolebat co=
medere: ⁊ ꝯfortauit eū iezabel di=
cens. E quo aīo eſto ego dabo ti=
bi vineā naboth. Et ſcripſit ſecre
to lr̄as ex noīe achab: ⁊ anulo ei⁹
ſignatas ⁊ ad iudices iezrahel mi
ſit: vt ꝯuētuȝ facerēt ⁊ ieiunarēt:
tāq̄ȝ dei iudiciū facturi: ⁊ ſummit
terent teſtes aduerſū naboth q̄ di

Nota:

cerent Bn̄dixit naboth deū ⁊ re=
gē. id ē maledixit ſm̄ hebreū idio
ma. ⁊ iudicātes reū maieſtatis la
pidarēt. Et factū eſt ita. ⁊ lapida=
tus eſt naboth extra ciuitatē iezra
hel. Cū ergo accepiſſet achab de
morte naboth: deſcendebat in vi=
neā vt poſſideret eā. ¶ Et occur=
rit ei helias theſbites dicēs. Hec
dt dn̄s. Occidiſti: inſuper ⁊ poſſe
diſti. Hebreus hȝ. Occidiſti ⁊ p⁹
hec hereditabis. In loco h⁹ i quo
linxerūt canes ſanguinē naboth: lā
bēt quoq̄ȝ ſanguinē tuū id eſt i ea
dem regione. Nō eñ intelligēdū
eſt in eodē loco ſingulariter. Qui
r̄ndit. Nū inueniſti me inimicū ti
bi. i. quare inimicaris mihi. Et ait
helias. Eo q̄ venūdatus ſis diabo
lo vt faceres malū corā dn̄o. Pro=
pterea d̄metet dn̄s poſteriora tua:
⁊ dabit domū tuā ſicut domū iero
boā ⁊ baaſa. Sed ⁊ de iezabel dt

De humilitate achab placat dn̄m.

dn̄s. Canes comedent iezabel in
agro iezrahel. Achab ergo timēs
valde ſcidit veſtem ſuā ⁊ operuit
ſe cilio: ⁊ dormiuit in ſacco: ⁊ am=
bulauit demiſſo capite. Et ait do=
min⁹ ad heliā. Quia humiliat⁹ ē
achab corā me nō inducā malum
hoc in dieb⁹ eius. ſed in dieb⁹ filij

A iij. Re. xxij

ſui. Forte dimiſſū eſt ei peccatum
ꝓpter p̄ſētē iuſticiā. ¶ Trāſierūt
igit̄ tres anni ſine bello inter ſyriā
⁊ iſrael: ꝓp̄t fedus q̄d inierāt. In
terim aūt ioſaphat rex iuda acce=
pit vxorem filio ſuo iorā athaliam
filiā achab ⁊ iezabel. ⁊ p affinita=
tē ꝯfederati ſunt rex iuda ⁊ rex iſ=
rael. Tūc deſcēdit ioſaphat ad re
gē iſr̄l videndū: ⁊ eo p̄ſente dixit
achab ſeruis ſuis. Nīa ē ramoth
q̄ eſt in galaad: cur negligim⁹ eaȝ
tollere de manu regis ſyrie. Et ait
ad ioſaphat. Venies ne mecū ad
ꝓliandū in ramoth galaad. Qui
r̄ndit. Sicut ego: ita ⁊ tu. popul⁹
meus ppl̄s tuus. Sed queramus
hodie obſecro ſmonē dn̄i. ⁊ aſciti
ſ̄t baal ꝓphete circiter. cccc. Qui=

Prophete achab f̄lo prenunciāt victoriam.

b⁹ rex ait. Ibo in ramoth galaad
ad pugnādū an q̄eſcā. Qui dixe=
rūt. Aſcēde ⁊ dn̄s dabit eā in ma=
nu regis. Et ait ioſaphat. Nū eſt
hic ꝓpheta dn̄i. Cui achab. Remā
ſit vnus micheas fili⁹ hiemla. ſed
odi eū: q2 nō ꝓphetat mihi bonū.
Putabat reliq̄s occiſos a iezabel
Nūc petēte ioſaphat vocat⁹ ē mi=

Micheas ꝓpha iſrael: predicit oppoſitum.

cheas. ⁊ hortabāt̄ eū nūci⁹: vt bo
na regi diceret ſicut ⁊ alij. Qui r̄n
dit. Viuit dn̄s: q2 q̄dcunq̄ȝ dixerit
michi dn̄s hoc loquar. Porro in
pſeudo ꝓphetis erat ſedechias fe=
rens cornua ferrea: ⁊ dicens ad a=
chab. Hec dt dn̄s. His vētilabis
ſyriā: donec deleas eā. i. hoc ſignū
do tibi: q2 vētilabis ſyriā. Tūc q̄ſi
uit achab a michea idip̄m q̄d q̄ſie=
rat ab alijs. Qui r̄ndit. Aſcēde et
tradet eos dn̄s i manu regis: non
tñ dixit quos vel cuius regis. Cui
achab. Adiuro te vt non loquaris
niſi quod verū eſt in nomine domi
ni. Tūc ait micheas. Vidi iſrael
diſperſum quaſi oues ſine paſto=
re. ⁊ ait mihi dn̄s. Nō habent iſti
dominum reuertantur. Et intelli
gens achab q̄ prediceret ei ſe mo=
riturum dixit ad ioſaphat. Vides
q2 non prophetat mihi bonum.
Tunc addidit micheas. Vidi do=
minum ſedentem. ⁊ angelos aſſi=
ſtentes ei bonos a dextris. malos
a ſiniſtris. et ait. Quis decipiet
achab vt aſcendat et cadat in ra=
moth galaad. Hoc enim exigebāt
merita eius. Et dixit vnus a ſini=
ſtris. Ego ero ſpirit⁹ mēdax i ore

prophetarū ei⁹. Cui dñs. Decipi-
Percuſſio in maxillaz michee. es ⁊ preualebis. Tūc ſedechias ꝑcuſſit micheā in maxillā ⁊ ait. Me ne dimiſit ſpūs dñi. ⁊ locut⁹ ē tibi Cui micheas. Viſur⁹ es qñ abſcōderis in cubiculo: tanq̄ dep̄heſus in mēdacio Et vidit ſedechias regē heſitantē: ⁊ ꝯfortauit eū dicēs ſecreto. Hic ſi eſſet propheta aruiſſet man⁹ mea: ſicut man⁹ ieroboā. Sed ⁊ locut⁹ eſt cōtra heliā q̄ predixit te moriturū ybi mortuus eſt naboth. Tūc rex p̄cepit īcarcerari micheā vſq̄ ad reditum ſuum.

¶ De Joſaphat ⁊ morte achab ⁊ ochozia. Capitulum. xl.

C iij. Re. xxij.

ASCENDERUNT igiť cuz exercitu duo reges in ramoth galaad: ⁊ ioſaphat erat ī ſtola regali. Cui achab deferens erat ī habitu militari: vť ne cognoſcereť a ſyris. Rex enim ſyrie p̄ceperat p̄ncipibus belli: vt reliquos nō curantes ſoli⁹ achab ſanguinē quererent. Et ꝓpterea impetu facto pugnabāt ꝯtra ioſaphat Qui cū exclamaſſet ꝯuocans ſeruos intellexerūt ſyri nō eſſe achab: ⁊ ceſſauerūt ab eo. Unus aūt dirigens ſagittā in incertū percuſſit achab inter pulmonē ⁊ ſtomachū: ⁊ fluebat ſanguis in ſinū. id eſt ī interiora currus: ⁊ ꝑ precones reuocatus eſt exercit⁹ a bello. Mortu⁹ eſt autē achab ⁊ delat⁹ eſt in ſamariā: et ſepult⁹ ibi iuxta domū eburneam quā edificauerat. Et dum lauarēt mulierculę currum ⁊ habenas ī piſcina ſamarie linxerunt canes ſanguinē eius: iuxta verbū helie: ⁊ regnauit ochozias filius eius ꝓ eo. Porro ioſaphat redeūti occurrit hieu filius anani arguens eum q̄ impio p̄buiſſet auxiliū Joſaphat vero regnauit in hierlm. Triginta q̄nq̄ annoꝝ erat cū regnare cepiſſet: ⁊ xxv. ānis regnauit. Cepit autem regnare āno. iiij. achab regis iſrael. ¶ Sed ⁊ h̄ oritur queſtio d̄ collatione: q̄s oēs poſt librū regū ſeparatim diſcutiemus. ¶ Et ambulauit ioſaphat in vijs aſa patris ſui. Anno ſiquidē tertio regni ſui p̄cepit principib⁹ ⁊ ſacerdotibus regni ſui: vt pagrantes ꝑ ſingulas ciuitates docerēt pplm legē moyſi. Porro amonite: moabite: ⁊ arabes: irruerūt ī iudā circa engaddi Et orante ioſaphat in tēplo vt legiť in paralipomenon cōfortauit eā iazıel filius zacharie ꝓpheta dicens. O iuda et hieruſalē nolite tīere: cras egrediemini et dñs erit vobiſcū. Et egreſſus ꝑcuſſit hoſtes et fugauit. Cunq̄ diripet iſrael caſtra hoſtium tribus diebus: dixit locū illū conuallē benedictionis ⁊ habuit deinceps cor rectū cū dño Sz ⁊ reliq̄as effeminatorū abſtulit de terra eoꝝ tamē excelſa nō abſtulit: et adhuc ſuiebat eō regi iuda in tributo. Miſit quoq̄ ioſaphat claſſes in ophir ꝓpter aurū que cōfracte ſunt ī aſiongaber. Hanc cōfractionem predixerat eliezer ꝓpheta fili⁹ dodan futurā: qr ioſaphat fecerat fedus cū ochozia. Et mortuus eſt ioſaphat. et ſepultus in ciuitate dauid. ⁊ regnauit pro eo ioram filius eius.

De ioſaphat rege iuda.

D ij. Para. xx.

Additio.

Nota q̄ iudea q̄nq̄ dicitur tota terra iudeoꝝ vt ibi: ignoti iudea dei. ⁊ notus in iudea deus. Q̄nq̄ iudea diciť tm̄ tribus iude ⁊ beniamin: ſcḋm q̄ dicit q̄ roboam regnauit ſup iudam. ieroboam ſup iſrael Q̄nq̄ ſola tribus iude iudea diciť vt ibi. Iudea et hieruſalē nolite timere.

A ps. lxxv.

Supra. xij.

Incidentia.

¶ Sub ioſaphat non⁹ latioꝝ rex fuit ſiluius carptēus. decimus ſiluius tyberius: a quo fluui⁹ dictus eſt tyberis: qui pri⁹ albula dicebatur. vndecimus ſiluius agrippa.

¶ Finit hiſtoria tertij libri regū.

¶ Sequunt̄ tituli capitulorum ī hiſtoriam Regum quarti.
De ochozia rege iſrael. cap.j.
De raptu helie cap.ij.
De ſale heliſei. cap.iij
De trib⁹ regibus q̄ obſederunt regem moab. cap.iiij.
De ſuperabundantia olei. cap.v.
De ſuſcitatiōe filij ſunamit; ca.vj
De coloquintidis ꝛ ſuperabūdantia panum. ca.vij.
De naaman. ca.viij.
De ſecuri ꝛ acriſia ſyrioꝝ. cap.ix.
De ſcd̄a obſidione ſamarie.cap.x.
De fame ſeptē annoꝝ ꝛ pegrinatione mulieris ſunamitis. cap.xj.
De morte benadab. ca.xij.
De ioram rege iuda. ca.xiij
De hieu rege iſrael ca.xiiij.
De.lxx.filiis.achab ꝛ coꝝ morte. ꝛ de morte hieu. cap.xv.
De athalia ꝛ ioas. ca.xvj.
De gazophylatio. cap.xvij.
De obitu heliſei. cap.xviij
De amaſia ꝛ ioas rege iſrl̄.ca.xix.
De ieroboam rege iſrl:ꝛ amos ꝑpheta. cap.xx.
De ozia. ca.xxj.
De zacharia ꝛ ſellum ꝛ manahen. capitulum.xxij.
De initio captiuitatis decem tribuum. cap.xxiij.
De ionathan. cap.xxiiij.
De acham. ca.xxv.
De captiuitate decē tribuū.c.xxvj
De ezechia. ca.xxvij.
De ſignis trium annoꝝ que predixit eſaias. ca.xxviij.
De fuga ſennacherib. ca.xxix.
De regreſſu ſolis. ca.xxx.
De morte ezechie. ca.xxxj.
De manaſſe ꝛ obitu eſaie.ca.xxxij
De morte manaſſe. ca.xxxiij.
De amon ꝛ ioſia. cap.xxxiiij.
De hieremia. ca.xxxv
De inuentione deuteronomij. Capitulum.xxxvj.
De morte ioſie. ca.xxxvij.
De ioachim vel ioachas. Capitulum.xxxviij.
De nabuchodonoſor ꝛ morte ioachim. cap.xxxix.
De ſedechia. ca.xl.
De laguncula teſtea cap.xlj.
De p̄ma obſidione hierl̄m. ca.xlij
De ſcd̄a obſidione hierl̄m.ca.xliij.
De fuga ſedechie capta vrbe.capitulum. xliiij.
De incendio templi ꝛ vrbis ꝛ godolia. ca.xlv.
De morte ſedechie. ca.xlvj.
Sedatio contrarietatum ca.xlvij

¶ De Ochozia rege iſrael. Capitulū primū. Hiſtorie regū quarti.

Porro ochozias filius achab regnare cepit in ſamaria: āno.xvij.ioſaphat ꝛ duobus annis regnauit:et ambulauit in vijs patris ꝛ matris ſue:ꝛ preuaricat⁹ eſt moab ī iſrael.id eſt receſſit a tributo eius. Ceciditqꝫ ochozias ꝑ cancellum cenaculi:ꝛ egrotauit:ꝛ miſit nūcios q̄ cōſulerent beelzebub deū accarō:de infirmitate ſua. Joſephus dicit miſit ad deū accaron muſcam:ꝛ miſit dominus heliā in occurſum nūciorum. Qui ait eis Nunqd non eſt deus ī iſrael vt eatis ad deum accaron. Quāobrē non conſurget ochozias:ſed morietur. Cunqꝫ rediſſent nuncij ad regem et dicerent ſe rediſſe pro huiuſmodi prohibitione queſiuit ab eis de habitu viri qui apparuerat eis. Qui dixerunt ei. Uir piloſus eſt:et zona pellicea accinctus. Qui ait. Helias eſt:ꝛ miſit rex quinquagenarium cum ſuis quinquaginta armatis vt vocarēt heliam:

A iiij.Reg.j.

Additio. Beelzebub de⁹ accaron dicitur muſca.

vel iuitum traherent. Et ait quinquagenarius helie ſedenti in vertice montis. Homo dei rex precepit vt deſcendas. Qui reſpondit. Si homo dei ſum deſcendat ignis de celo: et deuoret te et tuos. ⁊ ſic factum eſt. Miſit quoq; rex aliū qui quagenarium cū ſuis: qui ſimilia locutus eſt: ⁊ ſimilia paſſus. Deſtinauit quoq; tertium quiquagenarium: qui creditur fuiſſe abdias: q curuans genua corā helia ait. Obſecro vt miſerearis anime mee ⁊ ſeruorum meorum. Et ait angel9 ad heliam. Deſcende cum eo ne timeas. Qui deſcendit ad regem ⁊ ait. Quia miſiſti ad beelzebub quaſi non eſſet deus in iſrael: morieris. Et mortuus eſt ochozias ⁊ regnauit ioram frater eius pro eo: anno ſecundo iorā filij ioſaphat: ⁊ tunc equiuoci fuerunt rex iuda et rex iſrael ⁊ affines.

Ignis vorat quiquagenarios.

¶ De raptu helie.
Capitulum. ij.

A iiij. Reg. ij.

Factū eſt cum leuare vellet domin9 heliā per turbinem i celum venerunt helias et heliſeus in galgala. Et ait helias ad heliſeum. Mane hic: quia miſit me dominus in bethel. Qui reſpondit. Viuit dominus et viuit anima tua: quia non derelinquam te. Sciebat enim in ſpiritu eum tollendum eſſe. Et occurrerunt eis filij prophetarum qui erant in bethel: et dixerunt ad heliſeū ſecreto. Noſti quia hodie tolletur dominus tuus a te. Qui reſpōdit. Noui. Silete. Et ait helias. Mane hic. Qui noluit. Cūq; veniſſet in hiericho: idipſum dixerunt heliſeo filij prophetarum qui erant ibi quod et predicti. Et voluit helias vt maneret ibi: ſʒ noluit. Cumq; venirent ad iordanem ambo: ⁊ .l. de filijs prophetarum a longe ſpecularentur: inuoluit helias pallium ſuū et percuſſit aquas que diuiſe ſunt. et tranſierunt per ſiccum. Cumq; tranſiſſent: dixit helias ad eum. Poſtula quod vis: et faciam tibi anteq; tollar a te. Qui reſpondit. Obſecro vt fiat ſpirit9 tuus duplex in me. Qui reſpōdit. Rem difficilem poſtulas: tamē ſi videris me quādo tollar a te: erit. alioquin nō erit. Spiritum duplicem habuit helias. id eſt ad duo. ad prophetiam. et ad miracula. Et ad eadem duo fuit ſpiritus in heliſeo. ⁊ ita non petijt diſcipulus eſſe ſuper magiſtrum. ¶ Quidam tamen diſtinguunt ita. fiat ſpiritus tuus duplex in me. id eſt duplicetur in me. Quod ita impletū fuiſſe tradunt. Nam heliſeus viuens ſuſcitauit mortuum: ſed et mortu9 ſuſcitauit mortuum: quod non helias. ¶ Cumq; pergerent: ecce currus igneus ⁊ equi ignei diuiſerūt vtrūq;: et aſcendit helias: ⁊ ferebatur per turbinem in celum. Legitur q ſabacha pater helie nōdum nati: vidit in ſomnis viros candidatos ſe ſalutantes. Quod cū nunciaſſet in hieruſalem. reſponſum eſt ei. Puer hic iudicabit iſrael in gladio et igne. Heliſeus autem videbat et clamabat. Pater mi pater mi: currus iſrael ⁊ auriga eius id eſt ſuſtentator populi ⁊ rector. et deiecit ei helias pallium ſuum. Tunc ille ſcidit veſtimenta ſua: vel pre dolore: vel abijciens veſtem ſuam: vt deinceps vteretur veſte helie. Et rediens ad iordanem percuſſit aquas pallio helie et nō ſunt diuiſe: ⁊ ait. Vbi eſt deus helie etiam nunc. Percuſſitq; iterū ⁊ diuiſe ſunt. Et tranſijt. Quod videntes filij prophetarum dixerūt. Requieuit ſpiritus helie ſuper heliſe

Heliſei petitio.

Nota.

um. Et occurrentes adorauerunt
eum: et eo licet renitente miſerunt
l. viros ad querendū heliam. ſi for
te proieciſſet eum dn̄s ī aliquo mō
tium vel vallium. Cumqꝫ queſiſſēt
per tres dies: eo non inuento re-
dierunt.

¶ De ſale heliſei.
Capitulum. iij.

G
iiij. Reg. ij.
Tunc di
xerunt viri
hiericho ad
heliſeum.
Terra hec
optima eſt:
ſed aqua fō
tis peſſima
terram facit ſterilem. Qui aſſu-
mens vas nouum terreum miſit
in illud ſal: ⁊ egreſſus ad fontem
miſit ſal in illum. Et cum oraſſet
ait. Hec dicit dominus. Sanaui
aquas has et non erit in eis mors
vltra. neqꝫ ſterilitas. Forte morbo
ſa erat bibentibus cum ſterilitate
Et ſanate ſunt aque vſqꝫ ad diem
hanc. Cumqꝫ aſcenderet in bethel.
illudebant ei. xlij. pueri dicentes.
Aſcende calue Et maledixit eis ī
nomine domini. id eſt per nomen
domini vel inuocato nomīe domi
ni. Egreſſiqꝫ ſunt duo vrſi de ſaltu
et deuorauerunt eos. Cumqꝫ tran
ſiſſet per montem carmeli: rediīt
in ſamariam et habitabat in ea.

¶ De tribus regibus qui
obſederunt regem moab.
Capitulum quartum.

A
iiij. Reg. iij
Porro ioram fi
lius achab regnauit in
ſamaria anno. xviij. io-
ſaphat: ⁊. xij. annis regnauit tulit
qꝫ idola gentium: que pater ſuus ī
troduxerat. verū tamen a cultu vi-
tulorum ieroboam non receſſit.
Quem cū redargueret micheas:
occiſus eſt ab eo precipitio: vt di-
cit epiphanius epiſcopus ſalamie
cypri. Et ſepultus eſt in moraſchi
ſolus iuxta ſepulturam ſenachim.
Alius fuit poſt micheas ſimiliter
moraſchites ſextus. xij propheta-
rum. Porro rex moab ſoluebat re
gi iſrael tributum agnos. c. milia:
et totidem arietes cum velleribus
ſuis. ſꝫ mortuo achab receſſit a tri
buto. Quamobrē ioram rex iſrael
aſcendit contra eum in prelium et
habuit ſecū ioſaphat regem iuda:
ſed et ioſaphat duxit ſecum regem
edom. Cumqꝫ iuiſſent per deſertū
idumee. vij. diebus non erat eis a-
qua. Et ait ioſaphat. Eſt ne hic ꝓ
pheta dn̄i. Et reſpondit quidam.
Eſt hic heliſe⁹ qui fūdebat aquā
ſuper manus helie. Et ſteterunt
tres reges ante heliſeum. Qui di
xit ad regem iſrael. Quid mihi et
tibi eſt· id eſt tu cum ſis idolatra:
quare venis ad prophetam domi-
ni. Uerumtamē propter ioſaphat
reſpiciam te: ⁊ ait. Adducite mihi
pſaltem. id eſt pſallentem. Cumqꝫ
caneret pſaltes: per armoniam ex-
citatus eſt ſpiritus eius: et factus
eſt ſpiritus domini ſuper eum: et
ait. Facite in alueo· torrentis hui⁹
exiccato foſſas et foueas: vt abun-
dantiam ſuperuenientis aque reti
nere poſſint. Dabit enim domin⁹
vobis aquam ſine vento: et pluui-
am in abundātia. Inſuper tradet
dominus moab in man⁹ veſtras:
vrbes electas percutietꝭ. ligna fru
ctifera ſuccidetis. fontes obturabi
tis. agros egregios operietis lapi
dibus Factum eſt mane in hora ſa
crificij irruerunt aque per alueum
torrentis. Pluerat enim vehemen
ter tribus diebus vt ait ioſephus
in ſupremis partibus idumee.
Porro moabite ſtabāt ī terminis
terre ſue: vt ꝓhiberent hoſtes ab ī
greſſu Qui cū mane vidiſſēt ex ad
uerſo aquas turbidas torrētis ſo
le repcuſſas: ſuſpicati ſūt infectas

Precib⁹ helizei datur aqua pro tribus regib⁹

ſanguine: ⁊ dixerũt. Surgam⁹ ad
predã: mutuo ceſi ſunt hoſtes. Et
dum irruerẽt ꝑcipites ꝑcuſſit eos
iſrael: ⁊ fugerunt. ⁊ depopulatus
eſt iſrael moab ⁊ fecit illa quattu-
or que prediterat heliſeus. Et
circũdederunt ciuitatẽ vbi erat ſe
des regni: que a fundibularijs ex
magna parte ꝑcuſſa eſt. Et deſpe
rãſſet moab tulit ſecũ ſeptigẽtos
electos: vt irrumperet ꝑ partẽ ex-
ercitus vbi erat rex edom ⁊ aufu-
geret. Sed hoſtes repulerunt euz
in vrbem. ⁊ neceſſitate cõpulſus:
filium qui regnaturus erat ꝓ eo:
coram hoſtibus ſupra murũ obtu
lit holocauſtum: vt deus eum libe
raret. Reges autẽ videntes hoc fa
ctum neceſſitatis ex humana com
paſſiõe receſſerũt ab eo. Et redijt
ioſaphat in hieruſalem: ⁊ occur-
rens ei hieu ꝓpheta: filius anani-
culpabat eum ꝙ homini idolatre
ſolacia prebuiſſet.

¶ De ſupabũdantia olei. Cap. v.

A iiij. Re. iiij.

Factum eſt au
tem ꝙ quedaz mulier
de vxoribus ꝓphetaꝝ
vxor ſcz abdie ad heliſeum clama-
bat dicens. Uir meus mortuus ẽ:
⁊ oppreſſus erat ere alieno ꝓpter
alimoniam prophetarum. Et ecce
creditor venit vt tollat duos filios
meos ad ſeruiendũ ſibi. Et reſpõ
dit heliſeus. Quid habes i domo
tua? Et illa Non habeo niſi parũ
olei quo vngar. Qui ait. Pete
mutuo vaſa vacua nõ pauca ⁊ clau
ſo oſtio cum filijs tuis mitte inde
in omnia vaſa. Dũqz infunderet
mulier: creſcebat oleũ. ⁊ impletis
vaſis ſtetit. id eſt creſcere ceſſauit
Quod cuz accepiſſet heliſeus: ait
ad eam. Uade vende et redde cre-
ditori. Tu autem ⁊ filij tui viuite
de reliquo.

¶ De ſuſcitatione filij ſunamitis
Capitulum. vj.

B iiij. Re. iiij.

Factum eſt vt
tranſiret heliſeus per
ſunã ciuitatem ⁊ erat
ibi mulier magna nõ
tam corpore ꝙ ſapientia: que itel-
ligens virum dei eſſe tenuit eũ vt
comederet panem. Cumqz frequẽ
ter diuerteret ad eam heliſeus ſua
ſit mulier viro ſuo: vt faceret ei ce
naculũ paruũ: ⁊ poneret i eo lectu
lũ ⁊ menſam ⁊ ſellã ⁊ candelabrũ
Et rediens heliſeus requieuit ibi.
⁊ ait ad giezi. Uoca ſunamitẽ hãc
⁊ loquere ad eam Quid vis vt fa-
ciat dominus me⁹ tibi. Loquer ꝓ
te regi vel principi militie. Que re
ſpondit In medio populi mei ha-
bito. quaſi diceret Uallata ſum ꝓ
pinquis: ⁊ nullus inquietat me.
Cumqz quereret heliſeus quid vel
let: dixit giezi ad eum. Filiũ non
habet. ⁊ vir eius ſenex eſt. Tũc ait Hoſpite he
heliſeus ad eã. in tempore iſto ⁊ i liſei ꝓdicit
hac eadem hora ſi vita comes fue filij natiui
rit: habebis in vtero filiũ. Hebre- tas.
us ſic habet. In tẽpore iſto. cũ tẽ
pus vite [ſubaudi] adhuc erit tibi.
habebis ⁊c. Que reſpondit. Noli
vir dei mentiri ancille tue. Conce
pit tamen mulier: ⁊ peperit iuxta
verbũ heliſei. Cumqz creuiſſet pu
er: egreſſus eſt ad patrem ad meſ-
ſores ⁊ egrotauit. Cumqz clamaſ-
ſet bis: caput meum doleo remiſit
eum pater ad matrẽ ſuam: ⁊ mor-
tuus eſt. Et collocauit eum mater
ſuper lectũ viri dei: ⁊ clauſit oſtiũ:
⁊ vocans virũ ſuum ait. Curram
ad virum dei ⁊ reuertar. Qui re-
ſpõdit. Hodie nõ ſunt kalẽde nec
ſabbatuz: cur ibis. Iſtis enim die
bus ꝓphete ⁊ doctores ſolebant
frequentari. ⁊ audiri. Et tollens
mulier vnũ de pueris ſecũ: ſedẽs i
aſino venit ad virũ dei i mõtẽ car
meli. Qui cũ vidiſſet eã ait ad gie
zi. Ecce ſunamitis illa. Occurre
⁊ dic ei. Recte ne agitur circa te ⁊
virũ tuũ ⁊ filiũ: Que rñdit. Recte

Nota. ¶ Et nota φ ſemp heliſeus hoſpi
tā ſuam vocabat ſunamitē. Nō ei
tantā habuit familiaritetem cum
ea : vt ꝓprium nomen eius ſciret.
Et ꝓiecit ſe mulier et apprehēdit
pedes heliſei. Et ait heliſeus giezi
volēti eā amouere. Dimitte illam.
Anima eius in amaritudine eſt: ⁊
dñs celauit a me. Et ait mulier.
Nūquid petiui filiū a te.q.d. Mi-
hi nō petēti dediſti filiū in perni-
ciē meā. Nunqd nō dixi tibi. ne il-
ludas me. Illuſionē vocat dari fi-
liū a dño ⁊ taz cito auferri. Et ait
ille ad giezi. Tolle baculū meū et
vade ⁊ ne facias moraz vł aliquem
ſalutando vel reſpondendo ſalutā
ti: ⁊ pones baculū meuz ſup faciē
pueri. Cūq3 abijſſet ait mulier ad
heliſeuz. Viuit dñs nō dimittā te.
Et ſecut⁹ eſt eam. Et reuerſus eſt
giezi in occurſū ei⁹ dicēs: Nō ſur-
rexit puer. Et ingreſſus heliſeus
incubuit ſup puerū ⁊ ꝯtrahens ſe
coaptauit membra ſua membris
Suſcitatio pueri. ei⁹. Et cum oraſſet calefacta ē ca-
ro pueri: ⁊ oſcitauit puer: ⁊ apuit
oculos. Quē cū reddidiſſet matri
viuentem: reuerſus eſt i galgala.
Hūc locū ſepe frequentabat heli-
ſeus tum ꝓ religione loci. tum q2
ibi nat⁹ eſt. et in ortu eius tale ibi
contigit ꝓdigiū: vt imago vna ex
vitul' aureis mugiret acute. Quo
audito in hieruſalē ſacerdos diui
no nutu ait. Propheta natus eſt i
iſrael qui ſcultilia eorum deſtruet
⁊ fuſilia.

¶ De coloquintidis ⁊ ſuperabū-
datia panum. Capitulum. vij.

F.B. iiij.Re.iiij. Porro fames
erat in terra ⁊ filij pro
phetarum cōuenerāt
ad heliſeum. Qui di-
xit vni de pueris. Coque pulmentū
filijs prophetarum. Qui egreſſus
vt colligeret herbas agreſtes: inue
nit quaſi vitem ſilueſtram ⁊ colle-
git ex ea coloquintidas neſciens:
quid eſſet: ⁊ cōſcidit in ollam pul-
mēti. He ſunt agreſtes cucurbite
amariſſime: minores his que in or
tis naſcunt. Vel vt quidā dicunt
herba ē quaſi vit' ſe diffundens in
ſepib⁹ fructu modico purpureo et
rotundo cū maturus eſt. Cūq3 gu
ſtaſſent recūbentes de coctiōe hac
clamauerūt. Mors in olla vir dei.
id ē amaritudo q̄ſi i morte vel mor
tifera. Et allataz farinem miſit in
ollā: ⁊ dulcorata ē eſca. Vir aūt q-
dam detulit viro dei panes primi-
tiaruz: ⁊ .xx. panes hordeaceos: et
frumentū nouū in pera. id eſt gra-
na confricata. Nō eſt intelligēduz
de panibus primitiarū que offere-
bantur in pentecoſte neq3 de polē-
ta que offertur in paſca. ſ3 quia fa-
mes erat in terra feſtināter de tri-
tico adhuc recente fecerat iſte pa-
nes: quos fecit heliſeus apponi po
pulo. Quidam dicunt. c. viris q2
miniſter dixit. quātū ē hoc vt ap-
ponā .c. viris. S3 intelligendū vt
apponā etiā .c. viris nedū populo.
Vel forte duos tantum panes pri
mitiarum appoſuit .c. viris dicēs.
hec dicit dominus. Comedent et
ſupererit. Et factum eſt ita mira-
culoſe iuxta verbum domini.

¶ De Naaman. Capitulum. viij.

Naaman autez A iiij.Reg.v.
princeps erat militie re
gis ſirie: vir diues ⁊ aſ
ſiduus ſed leproſus.
Et latrunculi de ſyria captiuā du
xerant puellam de iſrael: que erat
in obſequio vxoris naaman. Que
ait ad dominam ſuam. Vtinā fuiſ
ſet dominus meus ad prophetam
ſamarie qui curaret eum. Tulit na
aman argentum ⁊ aurum multū:
⁊ .x. mutatoria veſtiū. id eſt decem
paria: vel nouas veſtes que ſic vo-
cantur pro mutatione veſtium ve-
terum. Tulitq3 ſecum litteras re-
gis ſyrie ad regem iſrael: i hec ver
ba. Scito quia miſerim ad te na-

aman vt cures euꝫ a lepra. Et au-
diens rex iſrael blaſphemiã ſcidit
veſtimenta ſua et ait. Nunqd ego
deus ſum vt curem hominẽ lepro
ſum? Occaſiões querit aduerſum
me. Et miſit ad eũ heliſeus dicẽs
Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Ve-
niat ad me: ⁊ ſciat prophetam eſſe
in iſrael. Stetit itaqꝫ naaman ⁊ eq
tatus eius ad hoſtiũ heliſei. Qui
miſit ad eum dicens. Lauare ſepti
es in iordane ⁊ mũdaberis. Cũqꝫ
abiret naaman indignansqꝫ nõ te
tigiſſet eum inuocans nomen dñi:
dixerunt ei ſerui ſui. Si rem gran
dẽ dixiſſet tibi propheta facere de
bueras quãto magis quod modi-
cum eſt. Deſcendit ergo ⁊ lauit ſe
in iordane ſepties ⁊ mũdatus eſt.
Et rediens ſtetit coram heliſeo et
ait. Scio ꝙ non ſit deus ali⁹ in vni
uerſa terra niſi i iſrael. Et obtulit
ei benedictionem. Cũqꝫ rẽnuenti
vim faceret: ait heliſeus. Viuit do
minus: quia non accipiam. Et ait
naaman. Obſecro vt tollam onus
duorũ burdonũ de terra hac. Eſt
autẽ burdo ex equo ⁊ aſina. Scdm
quoſdam tulit terram vt ſterneret
eam in templis idoloꝝ: vt ſtãs ſu-
per eã adoraret deum terre iſrael.
ne offenderet dñm ſuum ſi pariter
non adoraret. Sed verius videtur
ꝙ fecerit altare dño ex ea ad imo-
landũ. Unde ⁊ ſubdit. Non faciet
ſeruus tuus vltra holocauſtum ac
victimã dijs alienis niſi domino.
Unũ eſt quod mutare non poſſuꝫ
cum innititur rex ſuper manũ me
am: ⁊ adorat in tẽplo rẽmon opor
tet me ſimul adorare. Ora dñm vt
non iputet mihi hoc. Et abijt naa
man electo terre tempore. id eſt cũ
elegiſſet terram ad portandũ. He
bre⁹ ſic habet. Abijt ab eo aliquã
to terre ſpacio. Eadem ambigui-
tas i geneſi legitur. Erat qꝫ vernũ
tempus. Et i gredicbatur effrata:
Hebreus habet. Adhuc ſpacium
terre erat. ⁊ ingrediebatur effrata

Heliſe⁹ niſi capere voluit ꝓ curatione / ſꝫ gieꝫi cepit quaꝓpter lepra percutitur.

Et ſic latinus interpres poſuit ele
ctum tempus vel vernum pro ſpa
cio. Cucurrit autem gieꝫi poſt na
aman vt aliquid acciperet ab eo ⁊
ait. Dñs me⁹ miſit me ad te dicẽs.
Venerunt ad me duo adoleſcẽtes
ex filijs prophetarum: da eis talẽ
tum argẽti ⁊ veſtes duplices. At
ille dedit ei duo talenta ⁊ veſtes: ⁊
tradidit ei pueros qui deferrẽt ea
⁊ abſcondit ea in domo. Cunqꝫ ve
ſpere ſtaret coram heliſeo ait. Un
de venis gieꝫi. Qui reſpõdit. Nõ
iuit ſeruus tu⁹ quoqꝫ. At ille. Nõ
ne cor meum tecum erat cuꝫ reuer
ſus fuerat homo in occurſum tuũ
Accepiſti argentum vt emas poſ-
ſeſſiones. Sed lepra naaman adhe
rebit tibi ⁊ ſemini tuo in ſempiter
num. Et egreſſus eſt ab eo lepros⁹
Non legitur ad litteram gieꝫi fili
um habuiſſe leproſum nec poſteꝝ
Certum eſt autem de gieꝫitiſ ꝙ le
pra ſimonie reſperſi ſunt.

¶ De ſecuri et acriſia ſyrorum.
Capitulum. ix.

Factum eſt au
tem cum eſſet heliſe⁹
cum filijs propheta ꝝ
incidẽtibus ligna ad
iordanem cecidit ferrum ſecuris
vnius in aquam. Cunqꝫ eiularet il
le: miſit heliſeus lignum in aquaꝫ
vbi ceciderat ferrum: ⁊ natauit fer
rum ⁊ tulit illud. Porro rex ſyrie
pugnabat contra iſrael: ⁊ ſepe po-
nebat ſeruos ſuos in inſidijs quas
cauebat rex iſrael heliſeo ſibi ma-
nifeſtante abſcõdita ſyrorum. Et
conturbatus rex ſyrie ait ſeruis ſuis
Quis veſtrum proditor eſt mei a-
pud regem iſrael. Et ait vnus. Ne
quaqꝫ ſed heliſeus indicat regi iſ-
rael queċũqꝫ loqueris in conclaui.
Qui ait. Mittam ⁊ capiam eum.
Cunqꝫ accepiſſet eum eſſe in do-
thaim: miſit illuc robur exercitus.
Qui venientes illuc in nocte cir-
cundederunt ciuitatẽ. Mane puer

A iiij. Reg. vi

heliſei vidit exercitum: territuſq; clamauit. Heu dñe quid faciemus Qui reſpondit. Noli timere: plures ſunt nobiſcum. Et orante heliſeo aperuit dñs oculos pueri: ꝛ vidit montem plenũ currib⁹ igneis. id eſt agminibus angelorũ. Cũq; intrarent hoſtes ad eum: orãte heliſeo percuſſit eos dñs cecitate: nõ omni quidem. ſꝫ acriſia ne eũ agnoſcerẽt. Et dixit ad eos heliſeus. Non ẽ hec via: nec ẽ iſta ciuitas. id eſt non eſt hic manſio heliſei. Sequimini me ꝛ oſtẽdam vobis virum quem queritis: ꝛ duxit eos in ſamariam Et orante heliſeo aperuit domin⁹ oculos eorum: ꝛ viderunt ſe eſſe in medio ſamarie. ꝛ hoſtes circunſtãtes. Et dixit rex iſrael ad heliſeũ. Percutiam eos pater mi. Qui reſpondit. Nequaq̃ dñs enim adduxit eos: ſed prebe eis hoſpitalitatẽ affluenter. Quo facto redierũt ſyri ad ꝑ͂ria: nec vltra ĩ dieb⁹ heliſei venerũt latrones ſyrie in iſrael.

Additio.
Acriſia eſt amẽtia viſus ſcꝫ qñ querim⁹ quod ĩ manu tenemus.

¶ De fame ꝛ ſecũda obſidione ſamarie. Capitulum.x.

iiij. Reg. vj

Factum ẽ poſt hec benadab rex obſidebat ſamariam et facta eſt fames in ſamaria: ita vt vẽderetur caput aſini. lxxx. argẽteis nummiſmatis. ꝛ quarta pars cabi ſtercoris columbarum. quinq; argenteis Hac (vt ait ioſephus) condiebant cibos pro ſale Tradunt q̃dam nomine ſtercoris dici veſiculam columbe in qua reperibantur grana deforis allata. Cunq; tranſiret rex iſrael per murum. ꝛ conſiderarct cuſtodias muri: clamauit ad eũ. Salua me dñe rex. Qui ſuſpicat⁹ ꝙ quereret aliquid ab eo: commotus reſpondit. Non ſaluat te dñs. Unde te ſaluare poſſũ. De area an de torculari. Qui reſpondit. Nequaq̃ dñe ſed ego ꝛ mulier iſta cõdixeramus de filijs noſtris comedendis. ꝛ comedimus filium meũ: hec aũt abſcondit filium ſuũ Et contriſtatus eſt rex vehemẽter ꝛ ſcidit veſtimenta ſua ꝛ apparuit ciliciũ quo veſtit⁹ erat ad carnẽ Et ait Quid amplius mali poſſumus expectare a domino. Hec faciat mihi deus ꝛ hec addat: ſi ſteterit caput heliſei ſuper ipm̃ hodie. Hoc enim malum imputabat heliſeo ꝙ conciues nõ liberabat cum poſſet. Cũq; miſiſſet ſpiculatorẽ: penitẽtia ductus ſequebatur eum vt prohiberet. Heliſe⁹ aũt ſedebat in domo ſua ꝛ ſenes cum eo. quos ioſephus diſcipulos ei⁹ dicit. Et ait heliſeus. Neſcitis q: filius homicide qui ſcilꝫ occidit naboth miſit vt preſcidatur caput meũ. Prohibete intrare nũciũ donec veniat rex qui ꝓhibebit ei quod iuſſerat. ¶ Cũq; ſuperueniſſet rex. ait heliſe⁹. Cras hac hora erit ĩ porta ſamarie modi⁹ ſille ꝑ ſtatere vno. et duo modij hordei ſiĩiter Et irriſit eũ vn⁹ eoꝝ ſup quoꝝ man⁹ rex ĩcũbebat dicẽs hoc cẽ ĩpoſſibile. Cui heliſeus. Videbis ꝛ nõ comedes. Porro q̃ttuor leproſi erant ad introitũ porte fame deficiẽtes. Qui veſpe venerũt ad caſtra ſyrie et neminẽ ibi reppererũt. Terruerat ei dñs ſyros: ꝛ ſonit⁹ exercit⁹ magni mittẽs ſup eos: fugerũtq; aĩas ſuas tm̃ ſaluare cupiẽtes: ꝛ intrãtes leproſi comederũt: ꝛ tollẽtes de preda iuxta cor ſuũ nũciauerũt portã toꝛ̃ vrbis ſyros abiſſe. Suſpicat⁹ aũt rex iſrl̃ ſyros ſimulaſſe fugã et latere: miſit duos in equis q̃ explorarẽt omnia vſq; ad iordanem. Qui cum reuerſi nũciaſſent ſyros fugiſſe: egreſſus populus diripuit caſtra et vẽdebat ſimila ꝛ hordeũ iuxta verbũ heliſei. Dux autẽ q̃ irriſerat eum a rege cõſtitut⁹ ad portã oppreſſ⁹ ẽ a turba ꝛ mortu⁹ eſt.

A
iiij. Re. vij.

¶ De fame ſeptem annorum ⁊ peregrinatione mulieris ſunamitis. Capitulum.xi.

A iiij. Re.viij

POſt hec autem heliſeus locutus eſt ad mulierem cuius filium ſuſcitauerat Uade cum domo tua peregrinari vbicūq poteris. Uocabit enim domin⁹ famen ſup terram ſeptem ānis.id eſt angelū pre poſitum fami.q.d.fames veniet.vl' eſt locutio. De hac fame ambiguū eſt vtrū p̄ceſſerit p̄dictam obſidionem vel ſecuta ſit. Igitur mulier intrauit terrā philiſtijm: ⁊ contribules occupauerunt bona eius.

Que finita fame regreſſa eſt: ⁊ intrauit vt interpellaret regem pro domo ſua ⁊ agris. Et tunc rex loquebatur cum giezi: querens ab eo magnalia heliſei. Qui videns mulierem ait. Domine hec eſt mulier: ⁊ hic eſt filius eius quē ſuſcitauit heliſeus. Que cum narraſſet regi ſeriē facti reſtituit ei rex q̄cū q amiſerat a die qua reliquerat terram.

¶ De morte Benadab. Cap.xij.

C iiij. Re.viij

POrro benadab rex ſyrie audiēs q̄ de⁹ amouerat eum ab obſidione ⁊ nō homo contriſtat⁹ egrotabat. Heliſeus autem veniebat damaſcum: ⁊ miſit rex in occurſuз eius azahel cum muneribus: vt cōſuleret eū de infirmitate ſua. Cui querenti reſpondit heliſeus. Dic ei ſanaberis. Nec dixit ſanabitur: q2 mortuus eſt rex. Sed vt diceret ei ſanaberis: poſtea traxit azahel in partem dicens. Oſtendit mihi dominus quia morietur: ⁊ tu eris rex ſyrie. Tūc impletum eſt quod dixerat dominus helie. Aliter eñ nō inunxit helias azahel niſi quia p heliſeum p̄dixit eum futurum regem. Et fleuit heliſeus videns in ſpiritu mala que factur⁹ erat azahel filius iſrael que etiam indicauit illi. Et reuer ſus azahel ad regem dixit: ſanaberis. Altera die tulit ſtragulum: ⁊ infudit aquā: ⁊ expādit ſup faciē ei⁹. Stragulū p̄prie ē ſtratorū qd lecto vel ſedili ſupſternit̄ Et dicitur q̄ azahel pannum pfuſum aqua impoſuit ſuper eum ad refrigerandum. Hebreus habet. Expandit ſuper faciem ſuā ſtragulum: vt non azahel ſed ipſe benadab hoc feciſſe intelligatur: ⁊ tñ mortuus eſt rex ⁊ regnauit azahel p eo. Quidam tamē hoc exponunt de obſequio mortui dicentes q̄ azahel mortuum lauit aqua: et expandit ſtragulum ſup faciē mortui. Ioſeph⁹ plane dicit q̄ azahel altera die infuſo laqueo ſtrangulauit illum. Ad hunc ſenſum quidā predictam litteram referunt dicentes q̄ azahel veſtem madefactam poſuit ſuper faciem eius ſimulās refrigerationem. ſed ſtatim effudit aquam ſuper os eius donec ſuffocaret eum.

¶ De Ioram rege iuda. Cap.xiij

E iiij. Re.viij

POrro āno quīto ioram filij achab regis iſrael in quo cōregnauerat ei ioſaphat rex iuda regnauit ioram filius ioſaphat i hieruſalem octo annis. Qui ad conſilium vxoris fecit malum corā domino ſecut⁹ deos alienos. Tamē dominus non diſperdidit iudam propter dauid ſeruum ſuum. Tūc receſſit edom ne eēt ſub iuda. Naз ⁊ regem ſuum tributarium occiderunt idumei nouum creantes qui non teneretur tributa reddere.

Cumq ioram: ſex fratres ſuos occidiſſз: ꝯpelleretq hieroſolymitas etiam idolatrare: tulit ad eum helias quidā ꝓpheta epiſtolā correctoriam cum cōminatione pene. Impleta eſt autem ꝯminatio in hunc modum. Arabes irruentes in iudam vaſtauerunt ꝓuinciam ⁊ do

mos regias: et uxorē regis abduxerunt filiosq; occiderunt p̄ter ochoziam: et ipse tandem chronicā incidit egritudinē: in terna corruptione viscera effundens: vt quotidie quasi se peū̄tem videret et mortuus est. et sepultus est in ciuitate dauid. Non tamen vt ait iosephus in sepulcro patrum suorū: sed priuatū tumulum sine regalibus exequijs tradiderunt ei. Et regnauit ochozias: vel azarias filius eius p eo Hūc regē et reliquos vsq; ad oziā p̄termittit mattheus Regnauit autē anno. xij. ioram filij achab.

B Math. j. Viginti duorū annorū erat ochozias cum regnare cepisset: et vno anno regnauit in hierusalē: et ambulauit in vijs achab aui sui. Abijtq; cum ioram filio achab auunculo suo ad p̄liandum contra azahel regem syrie i ramoth galaad: et vulneratus est iorā et relicto exercitu in obsidione sub hieu p̄ncipe descendit i iesrahel vt curaretur: et descendit cum eo azarias

¶ De hieu rege israel inuncto tēpore helisei. Cap. xiiij.

A iiij. Re. ix. Heliseus autē misit vnū de filijs prophetarum cum lenticula olei ad exercitū in ramoth galaad: vt ibi hieu euocatum in partē vngeret in regem sup israel. Qui cū inuenisset hieu sedentem cū principibus ait. Verbum mihi ad te est o princeps: et ait hieu. Ad quē. Qui r̄ndit Ad te o princeps Forte nō cognoscēs hieu hoc quasi presagium in mente sua posuerat ipm esse hieu: qui primus respondisset Cumq; induxisset eum in cubiculum: fudit oleum sup caput eius et ait. Hec dicit dn̄s. Vnxi te in regē super israel: et percuties oēm domum achab i vltione sanguinis seruorū meorum de manu iezabel Quo facto citissime aufugit propheta. Cumq; regressus esset hieu ad seruos domini sui dixerunt. Quid venit insanus iste ad te. Quasi insanos eū reputabant filios p̄phetarum vel quia fugerat citissime quasi insanus Et ait hieu. Recte iudicastis Nam verba vesana locutus est dicens. Hec dicit dn̄s. Vnxi te in regē sup israel. Festinauerunt itaq; tollere vestes suas et substernere ei in similitudinem tribunalis: et canentes tuba dixerunt. Regnabit hieu. Coniurauit ergo hieu cōtra ioram et ait Nullus nunciet hoc in iezrahel: sed omnes ascendamus simul. Cumq; ascenderent: speculator in iezrahel ait. Video globum venientem. Et suspicatus iorā vel captam esse vrbem: vel pacē factā: misit nuncium in occursum eorū. Qui ait. Hec dicit rex. Pacata sunt omnia. Et ait hieu. Quid tibi et paci. quasi diceret. Quid ad te Seq̄re me. Vel forte huic hieu quasi ipi regi respōdit. q. d. Quid queris de pace: qui terram et pacē turbas. Et adhesit nuncius ei Misit et ioram scd̄m nunciū: qui similiter non est reuersus ad eum. Et ascendens iorā rex israel et rex iuda cum eo: egressi sunt in occursū hieu vsq; in agrū naboth iezrahelite. Et ait iorā. Est ne pax hieu. Qui respondit. Que pax Adhuc vigent fornicationes matris tue. q. d. Que pax potest eē inter nos cum iugiter offendamus deū per idolatriam matris tue. Et fugiēs ioram ait ad nepotem suum. Insidie sunt hic ochozia. Tunc percussit hieu ioram inter scapulas: et egressa est sagitta per cor eius: et corruit mortuus. Et ait hieu ad ducē tertie partis militum: Projice eū in agrum naboth Memēto quoniā ego et tu sequebamur achab patrē huius qn̄ cōminatus est ei dominus p heliam: q̄ redderet ei in agro naboth p sanguine naboth et p sanguine filiorum eius. Tamē supra Iorā a iehu percutitur.

de filiјs naboth nulla facta ē men
tio: ſed quod ibi tacitū eſt: hic ſup
pletur. Forte canes linxerunt ſan
guinem ioram iuxta verbū helie.
Linxerunt enim ſanguinē achab
cum linxerunt ſanguinem filij eiꝰ
Ochoziā vero fugientē inſecutus
Ochozias a iehu occiditur. eſt hieu ⁊ vulnerauit eum in aſcen
ſu gaber. Qui vulneratus fugit ī
magedo ⁊ mortuus eſt ibi: ⁊ tule-
runt eum in hieruſalem ⁊ ſepultꝰ
eſt in ciuitate dauid. ¶ Poſt hec
Mors iezabel quā comederunt canes. intrauit hieu in iezrahel. Porro
iezabel erat in arce turris ⁊ depin
xit oculos ſuos ſtibio. et ornauit
caput ſuum vt pulcrior venientibꝰ
appareret: ⁊ per feneſtram ait ad
hieu. Nunquid pax eſſe pōt zamri
qui interfecit dominū ſuum. quaſi
diceret. Tu occidiſti dominū tuū
ſicut zamri: ⁊ eadem pena punien
dus es. Tunc dixit hieu duobus
eunuchis qui circū ſtabant eam.
Precipitate eam. ⁊ ꝓcipitauerūt
eam de turre ⁊ cōculcauerūt eam
vngule equoꝝ. Cūqꝫ hieu ſederet
ad menſam ait ſeruis ſuis. Ite et
ſepelite maledictam illam: qꝛ filia
regis eſt. Cunqꝫ veniſſēt ad eā. nō
inuenerunt niſi caſuariā. id eſt ſu-
premā cellulam cerebri: ⁊ pedes ⁊
ſummitates manuum. Quo audi
to ait hieu Sermo dñi eſt quē lo-
F iiij. Re. xxj. cutus eſt per heliam.

¶ De. lxx. filiјs Achab ⁊ eorum
morte ⁊ de morte Hieu. Cap. xv.

A iiij. Re. x. ERant autem
achab. lxx. filij in ſama
ria Et ſcripſit hieu ad
nutricios eorum: ⁊ ad
optimates ciuitatis dicēs. Eligi-
te quē vultis de filiјs achab: ⁊ con
ſtituite regem ſuper vos: ⁊ pugna
te pro domo domini veſtri. Qui
perterriti reſcripſerunt ei. Serui
tui ſumus fac quod tibi placet. Et
ſcripſit eis ſecūdo. Si mei eſtiſ: tol
lite capita filiorum domini veſtri
et venite ad me cras in iezrahel: ⁊
ſic factum eſt Et attulerunt capi-
ta in cophinis ad hieu Qui man-
dauit ne introducerentur ad eum
ſed iuxta introitum porte ponerē-
tur ad duos aceruos vſqꝫ mane.
Cunqꝫ mane intueretur capita: di
xit hieu ad populū. Iuſti eſtis. q.
d. Comparatione iſtorum qui. lxx
occiderunt iuſti eſtis: qui non niſi
ioram et iezabel mecū occidiſtis.
Vel potius ſamaritas qui eos oc-
ciderent cōmendauit quaſi diceret
Iuſte feciſtis implendo verbū do
mini quod videtur velle littera ſe-
quēs Addidit enim Si ergo inter-
feci dominum meum: quis percuſ
ſit eum ⁊ iſtos. Dominus fecit qđ
locutꝰ eſt in manu helie. Tūc per- G
cuſſit hieu omnes reliquos de do- iiij. Re. xxj.
mo achab ī iezrahel: ⁊ optimates
eius ⁊ notos ⁊ ſacerdotes: ⁊ ibat ī
ſ. mariam. In via vero obuiauit.
xl. duobus fratribꝰ ochozie regis
iuda qui deſcendebant ad ſalutan
dos ioram ⁊ ochoziā neſcientes ꝙ
occiſi eſſent: et occidit eos hieu.
Tunc egreſſus eſt in occurſū hieu
ionadab filius rechab: ⁊ bñdixit ei
pro vltione domini quam fecerat.
Quē impoſitum currui ſuo duxit
hieu in ſamariam ⁊ ꝑcuſſit omnes
qui reliqui fuerant de achab vſqꝫ
ad vnum. Congregauit ergo hieu
populū ſamarie ⁊ ait in dolo. Am
pliare volo cultū baal: vocate om-
nes ꝓphetas eius ⁊ ſacerdotes.
Quicūqꝫ defuerit non viuet. Sa-
crificiū enī grande eſt mihi baal:
⁊ venerunt omnes ſerui baal: nec
vnꝰ defuit ⁊ repleta eſt domꝰ baal
Et ait hieu his qui erant ſuper ve-
ſtes. Date veſtes omnibus ſeruis
baal. Et dederunt. Cunqꝫ ꝑſcruta-
tus eſſet hieu diligenter: ne quis
decēt vel alius intereſſet dixit mili
tibus ſuis. Ingredimini ⁊ ꝑcutite
eos nullus euadat. Et ꝑcuſſerunt
eos: ſtatuamqꝫ baal cōminuerūt:
⁊ deſtruxerunt templum eius: ⁊ fe
cerūt ꝓ eo latrinas id eſt ſubterras

neos cuniculos ad mũdãdas vias vrbis. Et deleuit hieu baal de iſrael. Uerũtamẽ a vijs ieroboam nõ receſſit: et ait ei dominꝰ. Quia feciſti que in corde meo erant contra domũ achab. filij tui vſqꝫ ad quartam generationeꝫ ſedebunt ſuper thronum iſrael. Et mortuꝰ ẽ hieu et ſepultus in ſamaria cum regnaſſet viginti octo annis: ⁊ regnauit pro eo filius eius ioaz vel ioahaz vel ioachaz.

¶ De Athalia ⁊ ioas. Cap. xvj.

A iiij. Re. xj. Porro athalia videns filium ſuũ mortuum ⁊ volens regnare interfecit omne ſemen regium in hieruſalem. Erat autem ioſaba ſoror ochozie ex patre ⁊ vxor ioiade ſummi ſacerdotiſ que furata eſt ioas filium ochozie lactẽtem ne interficeretur: ⁊ abſcõdit eum ſeptẽ annis in domo dñi. id eſt in domunculis hebdomadariorum. Anno autẽ ſeptimo ioiada collegit cẽturiones ⁊ principes leuitarum ⁊ milites ⁊ oſtendit eis ſecreto filium regis: ⁊ coniurauerunt omnes ꝓ puero contra athaliam: ⁊ ꝙ puerum in ſabbato conſtituerent regem. Et fecerunt in hunc modum. Uigintiquattuor erant ſummi ſacerdotes: quorum vnus in hebdomada vicis ſue habebat ſecum in miniſterium. xxiiij minores ſacerdotes: ⁊ totidem cãtores: ⁊ totidem ianitores. Diluculo vero ſabbati pontifex qui miniſtrauerat cum turma ſua egrediebatur ad propria. pontifex vero q̃ miniſtraturus erat ingrediebatur cum turma ſua. Tunc autẽ ioiada pro ampliando exercitu retinuit egreſſuros: ⁊ recepit ingreſſuros faciens ex eis duas turmas. Adiũxit quoqꝫ tertiam turmã de centurionibus ⁊ leuitis quos conuocauerat: ⁊ intrans domum ſaltus et domum armorum quã quondam fecerat dauid: dedit ſingulis arma ⁊ precepit egreſſuris vt circunſtarent regem in atrio interiori ⁊ cuſtodirent. Ingreſſuris vero dixit vt aſcenderent ad domum regiam ne ſerui regine egredientes ex ea vnctionem regis impenderent. Sed hanc turmam diuiſit in tres partes: precipiens vt vna obſeruaret excubias regis. id eſt porticus domus regie. Alia pars obſeruaret portam ſeyr per quam aſcendebatur de ciuitate in domum regiam. Tertia pars obſeruaret domum meſſa: que dicitur porta ſcutariorum. id eſt cuſtodum regis: per quam de domo regia aſcendebatur in templum. Tertiam vero partem quã collegerat de cẽturionibus ⁊ leuitis poſuit ad cuſtodiã atriorum templi ex omni parte. Tunc ipſe cum reliquis ſacerdotibus ⁊ leuitis ⁊ ſenioribus produxit filium regis ⁊ vnxit eum in regem ⁊ impoſuit ſuper eum diadema: ⁊ teſtimonium. id ẽ legem dei dedit ei tenendam in manibus vt cum ipſo habitu regni diſciplina legis dei ſeruanda committeretur. Athalia occiditur.
Athalia vero accurrens ſcidit veſtimenta ſua clamans. Cõiuratio cõiuratio. Et eduxerunt eam centuriones extra ſepta templi per portam equorum ⁊ interfecta eſt ibi. Deduxeruntqꝫ regem per portam ſcutarioꝝ in palatiuꝫ: ⁊ ſedit ſuper thronum regium. Et letatꝰ eſt populus terre: quia abſtulerat dñs opprobriũ ne regnaret mulier ſuper eos: ⁊ deſtruxerunt templũ baal araſqꝫ ⁊ imagines quas fecerat ioram ⁊ athalia. Mathã quoqꝫ ſacerdotẽ baal occiderunt coram altari. Septem annoruꝫ erat ioas cum regnare cepiſſet: anno ſeptimo hieu regis iſrael: ⁊ quadraginta annis regnauit in hieruſalem: et fecit rectum coram domino cunctis diebus ioiade ſacerdotis. A iiij. Re. xij.

¶ De gazophylatio. Cap.xvij.

A iiij. Re.xij. Erant autez in domo dñi ruine: nõ ſolũ ꝑ vetuſtate ⁊ negligẽtia: ſed etiã q̄s fecerat athalia: ⁊ de ſanctificatis parauerat domũ baal. Precepit itaq3 ioas ſacerdotib9 vt inſtaurarẽt ſarta tecta domus recipiẽtes oblationes ꝓtereuntiũ: ⁊ que offerebant ꝓ ꝓtio anime. id eſt q̄ dabant ituri ad ꝓliũ numerati. Oblatio enim pro delicto ⁊ pro peccato ſacerdotũ erat q̄ cũ ſuſcepiſſẽt ſacerdotes vſq3 ad. xxviij. annũ regis ioas: nõ tamẽ inſtaurauerunt ſartatecta tẽpli. Et iratus rex ꝓhibuit ſacerdotes vltra accipere pecuniaz. Joſephus tamẽ dicit ꝙ ꝑ omnẽ regionẽ ſumerent ſacerdotes pro capite dimidiuz ſicli. Qd videns ioiada populo non placere ceſſauit: et ob hoc nõ fuerunt inſtaurate ruine. Tũc ioiada fecit gazophylatium munitum apto deſuꝑ foramine: ⁊ poſuit illud ad dexterã ingredientium domum non longe ab altari. Cũq3 appareret plurima pecunia in gazophylatio ſcriba regis ⁊ põtifex effundebãt eaz. ⁊ dabant his qui ꝓerant cementarijs dom9 dñi Et non fiebat cum eis ratio. ſed i fide tractabãt. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliqd in domo domini niſi de eo qd erat reſiduuz ſartatectis: vt legit in paralipomenõ.

C ij.pa.xxiiij. Et mortuus eſt ioiada ſacerdos q̄ ſol9 legit poſt moyſen. cxxx. ãnis vixiſſe: ⁊ ſepult9 ẽ i ciuitate dauid: eo ꝙ generi dauid reparauit imperiuz. Eo mortuo ioas a legitimis dei declinauit: cui9 exemplo etiã optimates vitiati ſt

D Mathei xxiij. Quẽ cũ argueret zacharias fili9 ioiade fecit eũ lapidibus obrui inter templum ⁊ altare. Et tunc vt dicit epiphani9 non accepit popul9 in tẽplo reſponſũ manifeſte ſicut ꝓus: nec ex dabir nec ex ephot. Rex autez nõ multo poſt penas exſoluit. Azael enim rex ſyrie cum expugnaſſet geth: aſcẽdit i hierl'm. Joas vero miſit ei theſauros domus dñi ⁊ domus regie nõ de abſconditis tumulorũ: ⁊ receſſit ab eo. Cunq3 incurriſſet ioas lãguorẽ peſſimũ eo ꝙ diuinos honores ſibi volebat impendi: vt dicunt hebrei. duo ſerui eius ꝑcuſſerunt eum ⁊ mortuus eſt ⁊ ſepultus in ciuitate dauid: non tamen in monumentis regalibus: ⁊ regnauit pro eo fili9 eius amaſias.

Additio.

Non moueat te qd legit in euãgelio a ſãguine zacharie filij barachie Forte ioiada binomius fuit. Ut ideo q2 barachias interpretat bñdictus domini qd iſte fuit.

Additio.

Dabir enim dr lapis poſit9 in rõnali. Unde ex dabir i. ex rõnali ꝑ pẽdebãt vtrum deuz haberẽt ꝓpitiũ vl' offenſũ. Vel dabir interpretat ſermo: et eſt ſenſus. Neq3 ꝑ ſermonem neq3 per ſigna loq̄batur illis.

Additio.

Oẽs filij zacharie cũ eo lapidati ſunt pter vnũ poſthumũ q̄ poſtea dict9 eſt zacharias.

¶ Incidentia.

¶ Sub ioas duodecimus rex latinorũ ſiluius aremul9 qui ꝓſidiũ albanorũ inter mõtes vbi nunc roma eſt poſuit. Huius filius fuit iulius pauus iulij proculi: qui cum romulo romam commigrans fundauit iuliam gentem. Incidens.

¶ De obitu Helizei Cap.xviij.

A iiij.Re.xiij. Anno viceſimo tertio ioas regis iude regnauit ioacham filius hieu ſuper iſrael xvij. annis: et ambulauit i vijs ieroboam. Et iratus dominus contra iſrael dedit eos in man9 azahel et in manus benadab filij eius. et

non ſunt derelicti ioachaz de po-
pulo. niſi .l. equites. ⁊ decē curr⁹.
⁊ decem milia peditum. Et clama
uit ioachaz ad dn̄m. ⁊ miſertus
dn̄s dedit ei pacem in diebus eius
Et mortuus eſt ⁊ ſepultus i ſama
ria. Et regnauit ioas filius eius ꝑ
eo anno triceſimo ſeptimo. ioas re
gis iuda. ⁊ .xvi.
annis regnauit ſuper iſrael. Et ambulauit ī viis ieroboam nō tamen adeo quantum patres ei⁹

Additio. Extūc eque vocabantur eodē noīe rex iuda ⁊ rex iſrael.

Heliſeus autem egrotabat. ⁊ de-
ſcēdit ad eum ioas rex iſrael. ⁊ flēs
dicebat. Pater mi curr⁹ iſrael ⁊
auriga eius. Et ait heliſe⁹. Affer
arcum ⁊ ſagittas ⁊ pone manum
tuam ſuper arcum. Quo facto ſu-
perpoſuit heliſeus man⁹ ſuas ma
nibus regis ⁊ ait. Aperi feneſtrā
orientalem. ⁊ iace ſagittā. ⁊ iecit.
Et ait heliſeus. Sagitta domini
eſt contra ſyriam. ⁊ ꝑcuties ꝑtem
ſyrie que eſt iaffec donec ꝯſumas
eam. ⁊ ſublato arcu cum ſagittis
dixit heliſeus ad regem. Percute
terram iaculo. Cumq̄ ꝑcuſſiſſet eā
tribus vicibus ⁊ ſtetiſſet irat⁹ vir
dei ait Si ꝑcuſſiſſes vſq̄ ſepties:
totiens ꝑcuſſiſſes ſyriā nunc autē
tribus vicibus percuties eam. Et
mortuus eſt heliſeus ⁊ ſepelierūt
eum iuxta abdiam. Porro latrun
culi moabite venerant in terrā eo
anno. Quidam autē ſepelientes
hominē viderunt latrūculos: ⁊ ti-
mentes ꝓiecerunt cadauer in ſe-
pulcro heliſei. Qd̄ cum tetigiſſet
oſſa heliſei: reuixit homo Joſeph⁹
tn̄ dicit latrones ꝓieciſſe in heliſei
ſepulcrum mortuū quē ipſi vide-
bantur interfeciſſe. Mortuus eſt
autē azahel rex ſyrie: ⁊ regnauit
ꝑ eo filius eius benadab. Cū quo
dimicauit ioas rex iſrael trib⁹ con
greſſionibus: ⁊ vicit eum ⁊ tulit d
manu eius ciuitates quas tulera‸
azahel de iſrael iuxta verbum he-
liſei.

¶ De Amaſia ⁊ Joas rege iſrael. Cap. xiv.

ANno ſecundo ioas regis iſrael regna A iiij. re. xiiij.
uit amaſias fili⁹ ioas
in hieruſalem Uigin-
ti ⁊ quinq̄ annorum erat cū regna
re cepiſſet: ⁊ .xxix. annis regnauit.
Nomen matris eius ioada de hie
ruſalem. Et fecit rectum corā do-
mino: iuxta ea que fecit ioas pater
eius: niſi tantum hoc ꝙ excelſa nō
abſtulit: ſubaudiendum eſt vterq̄
eorū. Nec enim ioas excelſa abſtu
lit ſicut videtur littera ſonare. Et
interfecit ſeruos qui interfecerāt
patrem ſuum: non tn̄ filios eorum
ꝓpter legē moyſi qui dicit. Nō morientur patres ꝓ filiis neq̄ filii ꝓ patrib⁹ Collegit autem exercitū vt amalechitas et idumeos expugnaret: ⁊ cōduxit a rege iſrael centū milia armatorum centū argenti talētis. Et cum eſſet in

Additio. Q; hō neſcit quantitatē peccati alicuius: tō quantū ad examen humanum ſufficit vt quis ꝓ ſuo moriatur delicto ſm̄ iuſticiā dei forte nec etiam mors filii quādoq̄ ꝓ delicto patris. C Deu. xxiiij.

procinctu ſua ſit ei propheta vt di
mitteret iſraelitas: quia idola fere
bant ⁊ deus daret ei victoriā. Et
adquieuit: licet grauiter ferret eo
ꝙ iſraelitis mercedes prebuerat.
Et ꝑcuſſit edom in valle ſalinarū
decem milia ⁊ apprehendit petrā
nobilem arabie ciuitatem. Et vo
cauit eam iezechel: quod ſonat au
xilium dei. Joſephus tn̄ dicit vi-
uos quos ceperat eum adduxiſſe
ad excelſam petram arabie ⁊ illos
ex ea precipitauit Jdipſum quoq̄ C
dicit paralipomenon. nam fere in ii. paral.
omnibus ꝯſonant ioſephus ⁊ pa- xxv.

ralipomenon. Tamen deos quos tulerat de amalech poſtea adorauit quia audiuit eos dantes reſpōſa ideo periſſe amalech: q𝑧 negligētes fuerant in cultu eorum. Pro quo tali pena ꝑcuſſus eſt. Elatus eñ in ſupbiam ſcripſit ad ioas regē iſrael. Serui mihi ſicut patres tui ſeruierunt dauid ⁊ ſalomoni: alioquin veni et videamus nos. quaſi diceret: pugnem⁹. Et reſcripſit ei ioas in enigmate. Carduus libani miſit ad cedrum dicens. Da filiam tuam filio meo in vxorem. Et indignātes beſtie ſaltus conculcauerunt carduū Eleuat te cor tuum pro victoria. Cur prouocas malum vt cadas tu ⁊ iudas tecū. Et non adquieſcente amaſia: congreſſi ſunt iuxta bethſames: ⁊ fugit iudas coram iſrael ⁊ ligatus ē amaſias: ⁊ cōminabatur ei ī mortem rex iſrael niſi redderet ei hieruſalem. Qua tradita interrupit ioas murum hieruſalem a porta effraim q̄ dicitur porta vallis vſq𝑧 ad portam anguli quadringentis cubitis. Et tulit aurum ⁊ argentum ⁊ vaſa que inuenta ſunt ī domo dñi: ⁊ ī theſauris regis ⁊ obſides ⁊ redijt in ſamariam. Et facta eſt contra amaſiam coniuratio in hieruſalem. At ille fugit in lachis ⁊ miſerunt poſt eum in lachis: et interfecerunt eum ibi: ⁊ retulerūt illum in hieruſalem ⁊ ſepultus eſt in ciuitate dauid. Tulitq𝑧 vniuerſus populus filiū ei⁹ ozias vel azariam ante annos natum. xvj. ⁊ cōſtituerunt eum regem.

¶ Incidentia.

¶ Sub amaſia tertiuſdecim⁹ rex latinorum fuit ſiluius auentinus ⁊ in eo mōte qui nunc pars vrbis eſt: mortuus et ſepultus eternum loco vocabulum dedit.

¶ De ieroboam rege iſrael ⁊ amos ꝓpheta. Cap. xx.

Porro mortu⁹ eſt ioas rex iſrael ⁊ ſepultus in ſamaria ⁊ regnauit ieroboam fili⁹ eius ꝓ eo āno. xv. amaſie regis iuda. Et regnauit iſrael. xl. ⁊ vno anno: ⁊ ambulauit in vijs ieroboam filij nabath qui peccare fecit iſrael Ipſe reſtituit terminos iſrael ab introitu emath que eſt antiochia vſq𝑧 ad mare ſolitudinis quod eſt mare mortuum: iuxta verbum dñi qđ locut⁹ eſt per ſeruū ſuum ionā ꝓphetam: qui erat de geth que eſt in ophech vel ophir: ad differētiā geth que eſt in paleſtina: ⁊ eſt nomen regionis. Quare nō eſt legēdum ophel. Ophel enim eſt nomē turris nebuloſe que nō longe erat a templo. Hanc vaſtationē ſyrie ꝑ ieroboam factam non legimus ī iona. ſed ꝓpter cōminationē euerſionis quam ꝓdicauit ⁊ ſcripſit dicit, ioſephus eum ꝓdixiſſe ꝙ poſt breuiſſimu𝑧 tempus aſſe perderēt principatum. Quod quidē ꝑ ieroboam inchoatum eſt: ſ𝑧 poſtea cōſummatum eſt quādo monarchia aſſyriorum trāſlata eſt ad medos. Hac felicitate ieroboā elatus fecit malum coram dño. Et miſſus eſt amos thecuites ꝓpheta de paſtoribus vbi paſcebat gregem in ſamaria: vt prediceret euerſionem domus ieroboam: ⁊ calamitatem populi dicens. Hec dicit domin⁹. Conſurgā ſuper domum ieroboā in gladio. Et rurſum. Venit finis ſuper populum meum iſrael. Quod cum ſignificaſſet amaſias ſacerdos bethel ieroboam regi iſrael ex mādato regis ꝓhibuit amos ne vltra ꝓphetaret in regno decem tribuū. Cum autem amos nollet ceſſare dicens ſe non eſſe prophetam ſed paſtorem miſſum a domino frequēter afflixit eum amaſias plagis. Tādem filius ſuus ozias frequenter eum increpans vectem per tē-

C iiij. re. xiiij.

A Amos. vij.

pora tranſfixit: ⁊ ſemiuiuus relat⁹
in terram ſuam ibi mortuus eſt et
ſepultus. Et mortuus eſt ierobaʒ
⁊ regnauit pro eo filius eius ʒa-
charias.

¶ De Azaria leproſo rege De
Ozia. ⁊c. Cap.xxi.

A
iiij. Re.xv. ANno viceſi-
moſeptimo ieroboaʒ
regis iſrael regnauit
ozias ĩ hieruſalē duo-
bus ⁊ quinquaginta annis Hie-
ronymus tñ ſuper oſee dicit eū ce
piſſe regnare anno.xv. ieroboam.
Et fecit quod placitū erat coram
domino. verūtamē excelſa nō ab-
ſtulit. Qui cuʒ hoſtes debellaſſet
⁊ amonitas feciſſet tributarios ſi
bi reedificauit muros in hieruſa-
lem: quos deſtruxerat ioas rex
iſrael: eratq; ꝑcipue terre cultor ⁊
curam habebat circa plātationes
⁊ ſemina fructuū diuerſoꝝ. Cūq;
ditatus eſſet in ſubſtantia morta-
li: contra deum immortalē agere
niſus eſt. Nam in feſtiuitate ꝓpi-
tiationis indutus ſtola pontifica-
li intrauit in templum vt incenſuʒ
poneret pontifice azaria cū. lxxx.
ſacerdotib⁹ eum ꝓhibente. Et fa
ctus eſt terremotus: ⁊ claritas ſo-
lis valde effulſit: ⁊ incidit in faciē
regis ⁊ ꝑcuſſus eſt lepra in facie.
Ante ciuitatē vero ſciſſa ē media
pars montis ad occidentem: ⁊ de-
uoluta eſt ita vt ⁊ vias clauderet
⁊ regios hortos opprimeret. Et
habitauit ſeorſum vrbem: priuata
degens vita. Ioathan vero filius
eius gubernabat palatium: ⁊ iudi
cabat populuʒ terre. Et mortuus
eſt ozias ⁊ ſepultus in ciuitate da
uid. Ioſephus tñ dicit eum de re
gib⁹ ſoluʒ habere ſepulcrū in hor
tis. Et regnauit ꝓ eo filius eius
Incidēs c. ioathan. ¶ Sub ozia rege iuda:
De tpibus ⁊ sub ieroboā rege iſrael cepit ꝓ-
quorundaʒ phetare eſaias: de quo plenius po
ꝓphetarū. ſtea dicetur: ⁊ ozee d̄ tribu iſachar
ort⁹ in bethemoth. Sed hic vt ait
Hieronymus ꝓnuncians dedit ſi Eſaias
gnū. Veniet dñs in terra ſicut q̄r-
cus que eſt in ſilo ⁊c. quod nō legi
tur in ſcriptura eius ſ̄m editionē
noſtrā. Forte qđ Hieronymus di
xit ſignū: hoc epiphanius dixit ꝓ
digium dicens de ozee. Et dedit
ꝓdigium dicens. Veniet in terra
dñs: ſicut quercus que eſt in ſylo
cū ex ſemetipſa ĩ duodecim fuerit
partita: ⁊ facte fuerunt ex ea toti-
dem quercus. Prophetauit autē
cōtra decem tribus pauca d̄ dua-
bus loquēs. Et ꝓnunciauit hiſto
rialiter iudeos ĩ vltimo tēpore ad
xp̄m reduturos. Tertium quoq; di
em dominice reſurrectionis ꝑdi-
xit. Hic in terra ſua ſepultus placi
da quiete dormiuit. ¶ Sub eiſdē Iohel
quoq; ꝓphetauit iohel de tribu ru
ben natus in agro bethoron q̄ de-
ſcripſit terrā duarum tribuū eru-
co: brucho: locuſta: ⁊ rubigine va-
ſtādam. Predixit quoq; effuſionē
ſancti ſpiritus futurā ſuper ſeruos
dei ⁊ ancillas: qđ factum eſt in die
pētecoſtes. Hic ĩ bethoron ĩ pace
mortu⁹ eſt ⁊ ſepult⁹. ¶ Sub eiſdē Abdias
regibus ꝓphetauit abdias vt q̄dā
tradunt: ſed ſ̄m hebreos verius ē
q̄ ante eos ꝓphetauerit. nā mor-
tuus eſt ante heliſeū. Relicta eniʒ
vxor eius ꝑ conſiliū heliſei libera
ta eſt a creditoribus oleo ſupabū-
dante. Fuit autem de terra ſichē
de agro bethamar. Quinquage-
narius enī ille fuit cui pepercit he
lias: qui relicto obſequio regis: he
lie diſcipulus factus eſt. Cui⁹ ſe-
pulcrum vſq; hodie cū mauſoleo
heliſei ⁊ ioannis baptiſte ĩ ſebaſte
venerationi habetur. Sub ierobo
am rege iſrael prophetauit ionas Ionas
filius vidue ſareptane: qui poſt re
ditum a niniue tempore famis aſ
ſumpta matre gentium incola fa-
ctus eſt. Nā ⁊ erubeſcebat eſſe in
terra ſua dicēs Sic auferet̄ oppro
briū meum: eo q̄ ꝓphetans cōtra

niniuen mendax repertus ſum. Qui tráſacta fame redyt in terrá iuda: et defuncta ē mater eiꝰ ⁊ ſepeliuit eam iuxta balanū delbore. Hic ꝑdixit ſignū euerſionis hieruſalem ꝙ cū viderent lapidem luctuoſe clamātē ꝑpe ſit finis: et cum viderint in hieruſalē gētes vniuerſas: tūc tota illa ciuitas irrecuperabiliter euerteret̄. Mortuus eſt ⁊ ſepultus in ſpelūca vniꝰ iudicis iſrael: cuiꝰ ſepulcrum monſtrat̄ in vna vrbium geth in viculo quodam iuxta ſephorum. ¶ Sub ozia rege iuda terminata eſt monarchia aſſyriorū. Nam ſardanapallꝰ vltimus monarchꝰ victꝰ ab arbace medo: ſemetipſm̄ cōtremauit ⁊ tunc arbaces monarchiā ad medos trāſtulit: ſpe nōduz re. hoc enī fecit darius occiſo balthaſar. Fuerūt tamē reges aſſyrij: ſi non monarchi tñ potētes vſq ad ſubuerſionem niniue quam ꝓphetauit naum.

Additio.
Genus palme ē delbore vł quercus.

¶ Incidentia.

¶ Eo tēpore latinorum quartuſdecimꝰ rex ſiluius proca poſt quē. xv. rex latinoꝝ ſiluius amulius.

¶ De zacharia Sellum et Manahen. Capitulum. xxv.

B iiij. Re. xv.

Anno. xxx. octauo ozie regꝰ iude regnauit zacharias filiꝰ ieroboā ſup iſrł. vj. mēſibꝰ. Qui fecit malū coram domino ſicut patres eiꝰ: et ꝑcuſſit eum. ꝑpala ſellū filius iabes: et regnauit pro eo. Et tranſlatum eſt regnum iſrael de domo hieu in generatiōe quarta iuxta verbū domini. ⁊ regnauit ſellū vno mēſe in ſamaria. Nā manahen filius gaddi de therſa percuſſit eū in ſamaria: ⁊ regnauit ꝓ eo: Qui percuſſit therſam ⁊ terminos eiꝰ: eo ꝙ ꝯciues ſui noluerant aperire ei. Anno. xxxix. ozie regꝫ iuda regnauit manahen ſup iſrael decē annis: et ambulauit in vijs ieroboā. In diebus eiꝰ aſcendit phul rex aſſyrioꝝ in therſaz. et dedit ei manahen mile talēta argēti: vt recederet ab eo: et etiā eſſet ei in auxiliū. Sumpſit aūt manahen l. ſiclos argenti a potentatibus et diuitibus terre per ſingulos. Inter hec munera tradūt hebrei manahen miſiſſe vitulos aureos: qui erāt in dan ⁊ bethel ſed non veros Sacerdotes ei dolo ſuſtulerūt aureos vitulos ⁊ abſconderunt eos: ⁊ fecerūt ereos deauratos ſimiles illis q̄s miſit manahen regi aſſyriorū. Qua fraude poſtea ꝑcepta reges aſſyrioꝝ plurimū exarſerūt ꝯ iſrael. Et mortuus eſt manahen et regnauit ꝓ eo filiꝰ eiꝰ phaceia anno. l. ozie regis iude ⁊ duobꝰ ānis regnauit in iſrł. Nā phacee filius romelie chiliarchꝰ eiꝰ īterfecit eū in ſamaria in ꝯuiuio cū q̄nquaginta virꝫ ⁊ regnauit ꝓ eo āno. lij. ozie regis iuda: ⁊ regnauit viginti annis in iſrael.

¶ De initio captiuitatis decē tribuum. Capitulum. xxvj.

In diebꝰ phacee regꝫ teglathphalaſar rex aſſur aſcendit ī iſrł. Et ē ambiguū an iſte fuerit phul vł aliꝰ. Et vaſtauit oēm regionē trās iordanē: et captiuas duxit duas tribꝰ ⁊ dimidiā: vaſtāſq galileā de tribu zabulon et neptalim multos tranſtulit ſecuz in aſſyrios qui poſſent dimidie tribui cōparari. Unde ſepe legitur ꝙ tres tribus iſrł captiuauerit ⁊ hoc fuit initium captiuitatis. x. tribuum. Porro ozee filiꝰ hela īterfecit phacee regē iſrael: ⁊ regnauit ꝓ eo.

F iiij. Re. xv.

Additio.
De hac captiuitate dictum eſt. Primo tēpore alleuiata ē tra.

A Eſaie. ix.

¶ De ioathan. Capitulum.xxiiij.

B iiij.Re.xv. ANno ſecundo phacee regꝫ iſrl̃ regnauit ioathan filius ozie in hierl̃m.xxv.annorū erat cū regnare cepiſſet: et.xvj. annis regnauit. Nomen matris eiꝰ ieruſa filia ſadoch. Et fecit bonū coram domino: verūtamē excelſa non abſtulit. Ipſe edificauit portā domus dn̄i ſublimiſſimā: quā quidam putant turrim gregis. Hec ē
Actuū.iij. que in actibꝰ apl̃oꝝ ſpecioſa dicit̃: ab hebreis vocat̃ porta ioathan. Hec ſola remāſit in euerſiōe facta per chaldeos. Hic deuicit amonitas: ꝛ īpoſuit eis ānuū tributū: talēta argēti.c.ꝛ tritici.x. milia choros: ꝛ totidē hordei. In diebꝰ huiꝰ raſin rex ſyrie: ꝛ phacee rex iſrael ceperunt infeſtare regnum iuda.
¶ Sub ionathā exorſus eſt ꝓphe
Incidēs ē. tare naum de helceſi de tribu ſymeon: cōtra niniuen ꝓdicens. Hec dicit dominꝰ ad niniuen. Exterminabo te ꝛ nequaꝗ̄ ꝓgrediētes de te imperabūt mūdo. Hieronymꝰ dicit ſuꝑ naum: herodotū dixiſſe: ſubuerſam niniuen a rege medorū tempore ioſie. De euerſione quoqꝫ finali niniue predixit naum que facta eſt in hūc modū. Palus q̄ circundabat eam superinundauit eā: facto pariter terre motu ꝛ igne de ſublimi emiſſo. De qua inundatione videt̃ in libro ſuo ſcripſiſſe ibi.
A Naū.j. Inūdans nō faciet innocētē dn̄s in tēpeſtate ꝛ turbine vie eiꝰ. Tn̄ ſcd̄m aliā lr̃am legit̃ ibi. Mūdās ū faciet inocētē. Tamē librū ſuū ſcripſit poſt captiuitatē.x. tribuum ſub ezechia dum vaſtaretur terra iuda ab aſſyriis: in q̄ plenius prophetauit de deſtructione aſſyriorum l

Additio.
Quaſi diceret. Quamuis fieret mentio libri ſui ſub ionatha prius ꝓphetauit ꝙ̄ ſcriberet.

cōſolationē gētis ſue. Qui tādē mortuꝰ eſt in terra ſua in pace ꝛ ſepultus. Sub ioathan vidit eſaias A yſa.vj.
dominum ſedentem: et ſeraphin mundauit labia eius. Sub eodē exorſus eſt ꝓphetare ſecūdus micheas.

Additio.
Unde dicit̃. vidi dominū ſedētem ſuper ſoliū excelſum.

¶ Et mortuꝰ eſt ioathan rex iuda. et ſepultus eſt in ciuitate dauid: et regnauit ꝓ eo filius eius achaz. B iiij.Re.xv.

¶ Incidentia.

¶ Sub ioathan olympias prima conſtituta eſt ab elienſibus. Remus et rhomulus generantur ex marte ꝛ ilia.

¶ De Achaz. Capitulum.xxv.

ANno decimoſeptio phacee regꝫ iſrl̃ regnauit achaz ī hierl̃m. Uiginti ānoꝝ erat cū regnare cepiſſet: ꝛ.xvj. ānis regnauit ꝛ ambulauit in via regū iſrl̃. Nam ꝛ vnū de filiis ſuis ꝯſecrauit idolo traiictēs eū ꝑ ignē tophet in valle beennon iuxta acheldemach. Fuit aūt q̄dā filius ennon cuius vallis illa erat. et ideo dicta eſt beennon. id ē filius ennon. Tūc aſcēdit raſin rex ſyrie et phacee rex iſrl̃ ī hierl̃z: ꝛ obſederūt eaꝫ ꝓmo vt ait ioſephꝰ. Et ꝯgreſſꝰ cū eis achaz victus ē ꝛ occiſus eſt filius eius zacharias: et multa milia cū eo: et captꝰ ē ꝓnceps militie eiꝰ dichā alῑ dithā. Cūqꝫ A iiij.Re.xvj.

Additio.
Tophet dr̄ a tophꝰ qd̄ eſt lapis ſpōgioſꝰ ꝑ cuiꝰ ꝯcauitates ignis egrediebatur ꝑ quē traiiciebāt puulos ſuos q̄s mundabāt ſicut nos ꝑ aquā baptiſmi q̄ ignis fuit in valle filii ennon q̄ etiā dr̄ gehēna a ge qd̄ ē terra et ennō.

redirет victor rex iſrł i ſamariā cū magna multitudīe captiuorū occurrit ei qdā ꝓpheta odida vł obedo: dicēs eos nō viciſſe virib⁹ ꝓprijs: ſʒ ꝓpter irā dei ꝯ achaz: arguēs eos ꝙ ꝯtribules ſuos ꝯtraherēt captiuos: q̄s niſi remitterēt paratus eſſet eis repētin⁹ interitus. Tūc ad ꝯſiliū: barachie q̄ magn⁹ erat in iſrł rex iſrł exhibuit captiuis magnā hoſpitalitatē: ⁊ liberos remiſit ad ꝓpria. Porro ſcdo obſederūt hierlm rex ſyrie ⁊ rex iſrael.

A Eſa.vij. Cūqz timeret achaz nimis cōfortauit eum eſaias dicens. Ne timeas ab his duab⁹ caudis titionum fumigantium. Sed nō credidit ei achaz nec voluit querere ſignuʒ a dño: ⁊ miſit nūcios ad regē aſſyriorū teglathphalaſar dicens. Seruus tu⁹ ſuʒ ego: aſcēde ⁊ ſaluū me fac dō manu regis ſyrie et regꝭ iſrł. Et intrauit rex aſſyrioꝝ ſyriaʒ et vaſtauit eā: ⁊ non redijt raſin i damaſcū. Rex aūt aſſyriorūʒ cepit damaſcū ⁊ īterfecit raſin. et damaſcenos trāſtulit in cirenen q̄ eſt verſus ethiopiā. Eſt eīn alia cirene i africa. Et occurrit ei achaz rex iuda cum muneribus in damaſcum. Cunqz vidiſſet altare damaſci miſit ad vriam ſacerdotē in hieruſalē exēplar eius vt extrueret ei cōſimile. Quo facto cū redijſſet achaz altare eneū tranſtulit a facie templi ad aqlonē: ⁊ ſup altare nouuʒ obtulit holocauſta ⁊ pacifica. De altari vero eneo vt tradunt quidam fecit illud horologiū famoſum de quo poſtea dicet. Et p̄cepit ſacerdotib⁹ vt deīceps ſup altare nouū offerrēt. Et depoſuit achaz luteres et mare eneuʒ ſup pauimentū: vt eis nullus vteretur. Muſac q̄qꝫ ſabbati ⁊ īgreſſum regis recluſit i tēplū dñi: vt cū tēplo ea ꝓphanaret vt ſic placeret regi aſſyriorūʒ.

Eſt autē muſac gazophylatiū regū ſic corbonā ſacerdotū. Ingreſſū q̄qꝫ regis q̄dā dicūt locū i q̄ rex adorabat vł portā ꝑ quā aſcēdebat ad adorādū: q̄ omnia obturauit achaz: ſicut et clauſerat templum ne intrarent ſacerdotes.

Additio.

Inuenit ēt dici muſac illud in q̄ reponebant ſacrificia ſolēniū dierꝫ vt ſabbati. Corbonan vbi votiua reponebant. Gazophylatiū vbi in quo ſacrificia aliorū dieruʒ: ⁊ ſic poteſ notare dupliciter horum triū acceptionē.

Sub eo vidit eſaias on⁹ babylonis. alia .x. vidit ſub ezechia.

Et mortuus eſt achaz ⁊ ſepultus in ciuitate dauid: ⁊ regnauit filius eius pro eo ezechias.

Incidentia.

Sub achaz rhoma ꝯdita eſt in mōte palatino. xj. kalēdas maij a gemellꝭ rhemo et rhomulo. Anno ab vrbe condita. iij. remus occiſus eſt raſtro paſtorali. A fabio duce romuli ꝯſularib⁹ ludis ſabine virgines ⁊ mulieres rapte ſūt: ⁊ pulcerrima ꝟginum thalomoni ſorte data eſt duci romuli. Vñ q̄r bene ceſſerat ei locus nuptiarum exinde dictus eſt thalamus.

De captiuitate decem tribuū. Capitulum. xxvj.

ANno duodecimo achaz regis iuda regnauit ozee ſup iſrł ix. annis. Fecitqꝫ malum corā dño. ſed non ſicut patres eius. Traditur eni dediſſe licētiam iſraelitis vt aſcenderent in hieruſalē ter in anno. Contra hūc aſcendit ſalmanaſar rex aſſyriorū. et factus eſt ei ozee tributarius. Cunqꝫ deprehendiſſet rex aſſyriorūʒ ꝙ ozee rebellare niteretur per ſuſac regem egypti cui munera miſerat obſedit eum. ⁊ vinctum miſit in carcerem niniue: ⁊ obſedit ſamariam tribus annis: ⁊ cepit eam anno nono ozee: ⁊ ſexto ezechie: et tranſtulit iſrł i aſſyrios ſcʒ ſeptem A iiij.Re.xvij

tribus q̄ remanſerāt: ⁊ poſuit eos iuxta fluuium gozan vltra mōtes medorū ⁊ pſarum. In p̄ma captiuitate triū tribuū credit̄ captiuatus fuiſſe Tobias. ⁊ mā̄ſit in niniue. Ul forte cū rege ozee duct⁹ eſt in niniue: cui⁹ hiſtoria ꝯſūmata ē ſub manaſſe filio ezechie. Sꝫ nos tractabim⁹ eā poſt finē libri regū. Porro rex aſſyrioꝝ de diuerſis regiōib⁹ adduxit colonos ī ſamariā paucos p̄mo: ſꝫ poſtea aſſaradoch populauit terā ⁊ habitauerūt in vrbibus ei⁹. Cūq; eſſent de q̄nq; longinquis regionibus q̄nq; idola portauerūt ī ſamariā. queq; regio ſuū. Et oēs p̄us vocati ſunt cutei a q̄buſdam potiorib⁹ inter eos qui venerāt de regione perſida: q̄ dicta eſt chuta a quodam flumine. Greci ṽo dixerūt eos ſamaritas: qui ⁊ ī euāgelio ſamaritani dicuntur. Hebrei vocauerūt eos iacobitas: q2 ſupplantauerāt iſraelitas a finib⁹ ſuis. Qui cū veniſſent ī terrā iſrl̄ īmiſit dn̄s in eos leones: et interficiebāt eos ⁊ nunciatū eſt regi aſſyriorū ꝙ pirent coloni eius: q2 ignorabant legitima de iſrl̄. et miſit eis vnū de ſacerdotib⁹ iſrl̄: ⁊ legem moyſi inſcriptā lr̄is antiquorib⁹. Et habitabat ſacerdos in bethel: ⁊ ſuſceperūt circūciſionē ⁊ legitima di iſrl̄. nihilomin⁹ tn̄ deos ſuos ī excelſis colebāt. Un̄ q̄n̄q; hebreos dicunt ſibi ꝓpinquos cū bene erat hebreis. Cū ṽo male: dicebāt nihil ſibi eſſe cuꝫ iſrl̄. Migrauerunt aūt decē trib⁹ ꝺ iuda poſt annos nongētos. ⁊. xlvij. ab exitu de egypto. A diuiſione ṽo regni fluxerāt anni. ccxl. ⁊ menſes ſeptē ⁊ dies ſeptem ſecundum ioſephū.

Additio.
Adhuc. x. trib⁹ vltra mōtes caſpios captiue tenent̄. Siqua ergo de reditu filiorūꝫ iſrl̄ ita dicunt̄. ſub ciro vl̄ ſub artaxerſe ꝺ duab⁹ tribub⁹ ītelligendūꝫ eſt.

Nota.

Multi aūt ex iſraelitis cōfugerūt in regnū iuda. ⁊ multi abſcōderūt ſe in abditis: ⁊ latuerūt in gētibus circumſtantib⁹. Qui poſt regreſſum reg̃ aſſyrioꝝ redierunt ad ꝓpria: ⁊ habitauerūt cū ſamaritis.

¶ De Ezechia qui fecit rectū. ⁊c. Capitulum. xxvij.

Anno tertio oſee reg̃ iſrael regnauit ezechias in hierl'ꝫ. A iiij. re. xviij.

Uiginti q̄nq; annorū erat cum regnare cepiſſet: ⁊. xxix. annis regnauit. Nomen matris eius abiſa de hieruſalē: filia zacharie poſt dum ī zacharie lapidati. Qui cōuocatis ſacerdotib⁹ ⁊ leuitis aperuit templum primo anno et primo menſe regni ſui: et vaſa dei reparauit: et reſtituit ſacrificia intermiſſa. Ipſe de cōſilio ſacerdotū fecit phaſe ſecundo mēſe nō in tēpore ſuo: quia non potuit populus primo menſe cōuenire in hieruſalē: nec ſacerdotes purificati erāt: tamē tāta multitudo fuit ꝙ m̄lti impurificati comederunt paſca. ⁊ tāta copia victimarū ꝙ in multis leuite ſuppleuerunt officiū ſacerdotū. Et poſt paſca ſolennizauerūt aliis ſeptē diebus. Hic diſſipauit excelſa: ⁊ cōtriuit ſtatuas: ⁊ lucos ſuccidit: ⁊ ꝯfregit ſerpētē eneū quē fecit moyſes: cui vſq; ad illud tempus filii iſrael adolebant incenſuꝫ: ⁊ puluerē ei⁹ ſparſit in torrentē cedron ⁊ vocauit nomē eius noeſtā qꝺ interp̄tat̄ os eoꝝ. q. d. Dicebat̄ ꝺs ſꝫ nō erat. Scripſit q̄q; filiis iſrael vt redirēt ad cultum dei: quoꝝ quidā nūcios ei⁹ neglexerūt: q̄dam quoſdā interfecerūt. Un̄ etiā poſtea vt p̄dictū ē meruerūt captiuari. Receſſit quoq; a rege aſſyrioꝝ ne ſuiret ei. Ipſe percuſſit philiſteos vſq; ad gazam: ⁊ omnes terminos eorū a turre cuſtodū vſq; ad ciuitatē munitē. i. p̄ſidia ⁊ ciuitates. āno. xiiii. regni ezechie aſcēdit ſennacherib rex aſſyrioꝝ ī terrā iuda. ⁊ cepit ci-

De ſennacherib.

vltates eorum. ⁊ miſit ad eum eze
chias in lachis dicens. Recede a
me: ⁊ quod impoſueris mihi ferã.
Et indixit ei rex aſſyriorum. ccc.
talenta argenti. ⁊ .xxx. auri. ⁊ iura
uit ꝙ non noceret ei. Cumqꝫ non
inueniſſet ezechias hanc ſummam
in theſauris domus domini ⁊ ſuis
recepit laminas auri quas ipſe af=
fixerat in valuis templi Cumqꝫ mi
ſiſſet regi aſſyriorum ꝑdictam pe=
cuniam irritum fecit ſennacherib
iuſiurandum. ⁊ miſit ad obſiden=
dum hieruſalem thartam ⁊ rapſa
cem. ⁊ caſtrametati ſũt iuxta aque
ductum piſcine ſuperioris: que eſt
in via agri fullonis: ⁊ abſtulerũt
ciuibus aquã exterioris piſcine.
Cumqꝫ vocaſſent regem ad collo=
quium noluit exire: ſed miſit ad
eos heliachim pontificem ⁊ ſob=
nam ſcribam. ⁊ ioachim a commẽ
tarijs: ⁊ loquebatur ad eos rapſa
ces hebraice. Erat eniꝫ ſamarites
vt quidam volunt. Fuerunt qui
dicerent eum filium eſaie qui tran
ſierat ad aſſyrios: ⁊ ſuſceperat ri=
tum gentium: et factus erat chi=
liarch⁹ ⁊ ait Hec dixit rex magn⁹
aſſyriorum ad te. O ezechia i quo
confidis vt audeas rebellare. Si
confidis in rege egyptio inniteris
baculo arundineo. Si ſpem po=
nis in deo tuo nunquid dij genti/
um ⁊ deus iſrael liberauerunt eos
de manu mea. Si ſpem ponis in
populo tuo: dabo tibi duo milia
equorum nec poteris apud te inue
nire aſcenſores. Et rogabant nun
cij rapſacem vt loqueretur eis ſy=
riace ⁊ non iudaice: audiente po=
pulo qui erat ſuper murum. Tũc
exclamauit rapſaces etiam ad po
puluꝫ. Hec dicit rex magnus aſſy
riorum facite mecum quod vobis
vtile eſt: ne comedatis ſtercora ve
ſtra ⁊ bibatis vrinam veſtram.
Egredimini ad me ⁊ vtimini bo=
nis veſtris donec veniam ad vos:
et transferam vos in terram que
eſt ſimilis veſtre. ¶ Cumqꝫ retuliſ A
ſẽt nuncij cõminationes iſtas ad iiij. Re. xix.
ezechiam: ſcidit rex veſtimẽta ſua
⁊ opertus eſt ſacco: ⁊ ingreſſus eſt
domum domini: ⁊ miſit predictos
nuncios ⁊ ſenes de ſacerdotibus
opertos ſaccis ad eſaiam dicentes
Hec dicit ezechias Dies hec dies
tribulationis noſtre eſt: ⁊ increpa
tiõis diuine. Ora ꝑ reliquijs iſra/
el: ſi forte deus audiat blaſphemi=
am rapſacis ⁊ vindicet Et reſpon
dit eſaias. Hec dicit dominus eze
chie. Noli timere. Ecce ego immit=
tam regi aſſyriorum ſpiritũ ⁊ au=
diet nuncium ⁊ reuertetur in ter=
ram ſuam: ⁊ deijciam eum gladio
in terra ſua: et receſſit rapſaces a
hieruſalem ⁊ inuenit regem aſſy=
riorum expugnantem lobnam.
Tranſiuit autem rex ad pugnan/
dam egyptum vt triumphans re=
diret ad euertendam hieruſalem.
Cumqꝫ obſediſſet peluſium: audi/
uit tharacham regem ethiopie cũ
multo exercitu venire in auxilium
egyptiorum: ⁊ conturbatus rex di
xit tharacham eſſe ſacerdotem vul
cani. ⁊ ideo non dimicaret cum eo
⁊ rediit in iudeam ⁊ obſedit hieru
ſalem. Herodotus tamen aliã cau Herodot⁹.
ſam tradit redit⁹ ſui. Orante nãqꝫ
rege egyptiorum ad deum: multi=
tudo ſoricum in vna nocte come=
dit chordas arcuũ in caſtris eius:
et facti ſunt aſſyrij inermes. ⁊ di=
cit rapſacem cum exercitu reman
ſiſſe circa hieruſalem. ⁊ ſennache=
rib rediſſe ad eum de egypto. Ue
rũtamen ante reditum ſennache=
rib ð egypto i iudeã hec facta ſũt
que ſequuntur.

¶ De ſignis trium annorum que
predixit Eſaias.

Capitulum. xxviij.

CUm egredere C
tur ſennacherib iudeã iiij. Re. xix.
vt trãſiret in egyptum
miſit ezechie iſaias ter=

rribiles ⁊ cōminationis plenas di-
cēs ꝙ de⁹ iſrl' nō poſſet eū libera-
re de manu ſua. Tunc aſcēdit eze-
chias in domū dñi. ⁊ expandens
lras corā dño orauit dicēs. Domi Oro ezechie
ne deus iſrael audi ꝟba ſennache-
rib: qb⁹ exprobrauit te nobis. ſal-
ua nos obſecro đ manu ipi⁹. Tūc
miſit eſaias ad ezechiā: ſignificās
ei ꝟba hec domini ad ſennacherib
in huiſc modū. Spernet te ſenna-
cherib ꝟgo filia ſion: mouebit ca
put poſt tergū tuū cū fugeris ex-
probraſti ſancto iſrael virib⁹ tuis
aſcripſiſti ꝙ vaſtaſti iudeam. Sed
ex diebus antiquis ego plaſmaui
illud ⁊ nunc adduxi. id ē ego q̄ ab
eťno diſpoſuerā ꝙ ſic flagellarem
peccantes: nūc impleui ego autor
fui tu miniſter. Ponā itaqꝫ circu-
lum in narib⁹ tuis ſicut fit buba-
lo: et chamū in labys tuis ſicut fit
equo: ⁊ reducā te in terram tuam.
¶ Tūc addidit eſaias ꝟba ſua ad
ezechiam dicēs. Tibi aūt ezechia
hoc erit ſignū liberatiōis tue. Ter
tio anno recedet a te ſennacherib
non rediturus. Ego aūt ꝑdico ti-
bi qd facies hoc anno. et qd ſcđo:
vt cū videris impleta: ſcias verum
eſſe qđ predixi de tertio. Comede
F hoc anno qđ reppereris: vl' ſecun-
Eſa. xxxvij dum eſaiā q̄ ſponte naſcunť vel ꝫ
lxx q̄ prius ſeueras. Imminente
meſſiōe irruerāt aſſyry ⁊ vaſtaue-
rant ſegetes vineas ⁊ olueta. ſed
q̄dam inter vngulas equoꝝ calcā
tiū euaſerunt. Vñ dicunt. lxx. Co-
mede q̄ prius ſeueras. etiā đ cōcul
catis quedā ſponte germinauerūt
De q̄bus dixit eſaias. Comede q̄
ſponte naſcūtur. Et iam cum pre-
ſciſſent aduentū ſennacherib con-
gregauerāt ſibi vndecunqꝫ victua
lia: ⁊ repoſuerant in hieruſalem: đ
quibus dicit hic liber regum. Co
mede qđ reppereris: Porro ſecū-
do anno comede que ſponte naſcū
tur: vel ſecundum eſaiā pomis ve-
ſcere quod idem eſt. Secundo enī
anno dum moraretur ſennacherib
in egypto. quia defuerant eis pre-
dicta victualia: multiplicauit eis
domin⁹ abundanter que ſponte gi-
gnit humus. Porro in tertio an-
no fugato hoſte ſecuri ſemiate me
tite ⁊ comedite. Et tunc de hieru-
ſalē egredientur reliquie: ⁊ quod
ſaluatum eſt de mōte ſyon. ⁊ quod
reliquum eſt de domo iuda mittet
radicē deorſū: et faciet fructū ſur-
ſum. Per ſimile arboris loquitur
que quanto profundius figit radi
cem: tanto copioſius ⁊ altius facit
fructum. Et eſt ſenſus. Multitu-
do populi que fugit de iudea ante
faciem hoſtium: ⁊ recepit ſe in hie
ruſalem vt ſaluaretur. fugato ho-
ſte redibit in terram ſuem. ⁊ popu
labit eam. Hoc audito ezechias
gauiſus eſt: ⁊ de cōſilio eſaie ⁊ ſa-
pientum obturauit capita fontiū
extra vrbem. ⁊ exitus aquarū l iu-
dea: ne redeuntes aſſyry inuenirēt
aquarū abundantiam. Tunc ob-
turauit ezechias ſuperiorem fon-
tem aquarum gyon: ⁊ auertit eas
ſubter ad occidentem vrbis dauid
vt influerent piſcinam inferiorē.
Fecit etiam ante pontem ſiloe q̄ſi
ſtagnum in quo colligerentur aq̄:
et reſeruarentur ciuibus in vſum
obſidionis Et ſcđm epiphanium
ad preces eſaie copioſius ſolito e-
greſſe ſunt aque de fonte ſiloe. B
Hoc autem ſtagnum vocatur in Iohā. ix.
euangelio natatoria ſiloe.

¶ De fuga ſēnacherib. Ca. xix. C

FActum eſt au- iiij. Re. xix.
tem poſt annū rediīt
ſēnacherib ab egypto
⁊ cum iudeam vaſtaſ-
ſet tandem obſedit hieruſalē. Sed
in eadem nocte angelus domini ꝑ
cuſſit in caſtris aſſyriorū. clxxxv.
milia. ⁊ timens ſennacherib fugit
cū. x. viris vt aiūt hebrei: ⁊ rediīt i
niniuē. Cūqꝫ adoraret i tēplo neſ-
rach deū ſuū. adramelech ⁊ ſere-

ſūr filij eius percuſſerunt eum in gladio. et fugerunt in ararath ꝑ terram armenie cāpeſtrē ꝛ vberē ad radicē mōtis thauri: ꝑ quē fluit araxes. ꝛ regnauit filius eius ꝓ eo aſſaradō Indignati erāt maiores filij in prēm ꝙ filiū minorē natu ꝓ fecerat eis in regē: eo ꝙ mag⁹ diligeret mrēm illius ꝙ ipſoꝝ. In hꝰ āt oſtēſus ē ſennacherib nedum ꝑplo ꝙ parricidio filioꝝ ē reſeruat⁹ Porro hieroſolymite vidētes ſtragē hoſtium egreſſi ſunt: et ſpoliauerunt caſtra. Spolia ꝓ mortuoꝝ tollentes excuſſerūt ex eis puluerem tñ. nā ignis diuin⁹ latenter eoꝝ cadauera incinerauerat..

Additio.

Aiūt hebrei caput ꝛ barbā raſa ab angelo in ignominiā: ꝛ impletū illō eſaie. In die illo radet nouacula cōducta i rege aſſyriorum caput et barbam.

¶ De ezechie egrotatione ꝛ de regreſſu ſolis. Capitulum. xxx.

A iiij. Re. xx.

¶ Porro anno. xv. amaſie: regnauit ī iſrl' ieroboā. xl. ꝛ vno anno. Simul itaꝙ regnauerūt amaſias in iuda. ieroboam in iſrl'. ad plus. xv. annis. Quid ē igit qḋ ſequens ſcriptura dicit. Quia. xxvij. anno ieroboam regnauit ozias fili⁹ amaſie in hieruſalē. — Alia q̄ſtio.

¶ Forte. xv. annis iuda ſine rege fuit. q2 vt dixim⁹ amaſias viuens regnū dimiſit: ꝛ ozias adhuc puulus regnare non poterat. Mortuo ꝓo patre cū. xvj. eſſet annorū. ꝛ ieroboam ī iſrael viceſimū ſeptimum annum regni ſui inchoaſſet regnare cepit in hieruſalem: ꝛ quinquagintaduobus annis regnauit. — Solutio.

¶ Porro anno. xxxviij. ozie regis iude. regnauit zacharias filius ieroboaʒ in iſrael ſex mēſibus. Et hic oritur queſtio. Supra dictuʒ eſt quia anno viceſimo ſeptimo ieroboam regnauit ī iſrl'. qui cum quadraginta ꝛ vno anno regnauit. ozias regnare cepit. et. lij. annis regnauit. Quattuordecim itaqꝫ annis pariter regnauerūt ozias et ieroboam. cui ieroboam poſt quadraginta ꝛ vnum annum defuncto: ſi ſtatim zacharias fili⁹ eius in regnum ſucceſſiſſet non in xxxvij. ſed in decimoquinto anno regni ozie regnare cepit. Aut igitur regnum iſrael. xxiij. annis ſine rege fuit. vel potius per iſtos viginti tres annos zacharias filius ieroboam regnauit. qui tamē illi quia peſſime vixit: in regnum non ſunt computati. — Alia q̄ſtio. De ozia ꝛ zacharia.

Soli autē ſex menſes quos correctius vixit in triceſſimooctauo anno ozie illi ſunt computati. — Solutio.

Jn triceſimo aūt nono anno ozie ſelluʒ occiſo. zacharias regnauit in iſrael vno menſe. Eodem anno manahen occidit ſellū. ꝛ regnauit in iſrael decem annis. — De zacharia.

¶ Anno quinquageſimo ozie phaceia filius manahen regnauit in iſrl' duobus annis. Anno. lij. ozie phacee filius romolie phaceiaʒ interfecit. ꝛ regnauit in iſrael viginti annis. — De phaceia.

Anno ſecūdo phacee regnauit ioatha in hieruſalē. ꝛ ſedecim ibi annis regnauit. Quindeciʒ ergo annis ad minus ſimul regnauerunt ioathan in iuda ꝛ phacee in iſrael. Et annus qui fuit vltimus ioathā fuit phacee. xvij. et ita phacee regnauit poſt ioathan tribus annis in quibus cōgregauit ei achaz filius ioathan. ¶ Quod ergo legitur ꝙ ozee interfecit phacee et regnauit pro eo viceſimo anno ioathan filij ozie: ex illo tēpore reguʒ ioathā ſcriptura numerat. quo patri leproſo cōregnauit. ¶ Ubi autem legitur ꝙ anno ſecundo phacee regnauit ꝛ ꝙ ſedecim annis regnauerit. Ab illo tempore numerat. quo ſolus mortuo patre regnauit. — De ioathā.

Porro duodecimo āno achaz ozee regnauit decem annis in iſrl'. Si ergo phacee ꝛ achaz tribus tātum annis conregnauerunt vt dictum eſt tunc quarto anno achaz occiſus eſt phacee. Et ſi ozee occiſor eius non regnauit pro eo vſqꝫ ad duodecimuʒ annum achaz. tūc — De Achaz ꝛ phacee.

regnū iſrael fuit octo annis ſine re
ge. Itaq3 predicte ꝯtrarietates et
alie ſiq̄s ꝑtermiſimus determina-
ri poſſunt. vel ꝑ ſynecdochen. vel
q2 q̄dā cū patribus regnauerunt
anteq̄3 ſoli regnarēt. Vel q2 regna
quandoq3 ſine rege fuerunt.

¶ Explicit hiſtoria librorū regū. in quib9 cōprehendūtur etiā libri paralipomenon.

¶ Sequit hiſtoria libri thobie.

¶ Sequuntur tituli capitulorum in hiſtoriam tobie.

De tobia. cap.j.
De morte godolie. cap.ij.
De deſcenſu reliquiarum iude in egyptum. ⁊ obitu hieremie. ca.iij.
De captiuitate reliq̄ꝝ iude. c.iiij.

¶ Incipit hiſtoria tobie.

Prefatio. Hiſtoria Tobie exor-
dium habuit
in captiuita
te. x. tribuū
quā fecit ſal/
manaſar.
Quo ꝓo tē
pore t̄minū
habuerit nō ſatis elucet. Videt ei
ſecundum litteram hiſtorie tobi-
as vixiſſe poſt excidium hieruſalē
et incendium templi. Ait enim in
C Tob. xiij. cantico ſuo. Hieruſalem ciuitas
dei caſtigauit te domin9: bene dic
deum in ſecula ſeculorum: vt reedi
ficet tabernaculum ſuum in te. et
reuocet ad te omnes captiuos. In
diebus autem mortis ſue cum pre
diceret filijs de reditu captiuorū
ait. Terra deſerta replebitur: ⁊ do
mus dei que i ea incenſa eſt iterū
reedificabitur. Si vero attēdam9
B Tob. xiiij. terminum vite Tobie filij Tobie
(fuit enim terminus hiſtorie qui
fuit ei terminus vite) non inuenie-
mus hiſtoriam deſcendiſſe ad plus
vltra tempora ioſie. Ponamus ei
filiū cum patre captiuatum ſexto
anno ezechie ⁊ āniculum eſſe. xix.
annis tantum vixit. circa. xx. annū
ioſie mortuus eſt. Hanc hiſtoriam
tranſtulit hieronymus de ſermo-
ne chaldeorum in latinum ad peti
tionem chromatij ⁊ heliodori epi-
ſcoporum. Hanc hiſtoriam iudei
inter apocripha ponūt. Hierony-
mus tamen i ꝓ-
logo ſuo dicit i-
ter agiographa
Quod ſi eſſ3: ta
men eſſet in ter-
tio ordine cano-
nis veteris teſta
menti. ſed quia
de nullo ordine
eſt: dicemus q2
hieronymus dif
fuſi9 accepit a-
giographa. vt i
cluderet et apo-
crifa ⁊ quia vici
na ē lingua chal
deorum hebrai-
co ſermoni. vtri-
uſq3 lingue peri
tum loquacē habens hieronym9
quicquid ille hebreis verbis exp̄ſ-
ſit: latino ſermōe expoſuit ſub bre
ui: ⁊ quaſi vnius diei labore.

Additio.
Recole ſupra in
pricipio ioſue di
ctum quod apo
crifum dicitur.
vel cuius auctor
incertus. vel cu-
ius materia icer
ta. De materia
autem huius pa
tet et conſtat.
Agiographum
ſacra ſcriptura
interpretatur. ⁊
ſic quelibet ſcri-
ptura ſacra po-
teſt dici.

¶ De Tobia. Capitulum. j.

Porro Tobias A Tobie. j.
ex tribu neptalim fuit.
Cūq3 ceteri ad vitulos
aureos quos fecerat ieroboā irēt: B
ipſe aſcendebat in hieruſalem, vt iij. Re. xij.
adoraret deum iſrael. primitias et
decimas fideliter offerebat: ita vt
in tertio āno proſelitis ⁊ aduenis
omnem miniſtraret decimationē:
⁊ in omnibus legem dei puer ob-
ſeruabat. Factus autem vir acce-
pit ſibi vxorem annā de tribu ſua:
⁊ ſuſcepit ex ea filium quem nomi
ne ſuo vocauit Tobiam. Captus
quidem cum vxore ⁊ filio. habita-
uit in niniue: ⁊ cuſtodiuit animā
ſuam ne contaminaretur in cibis
gentilium: ſed ⁊ contribules ſuos

non cuſtodiētes ſe grauiter argue
bat. Et dedit illi dominus gratiā
in oculis ſalmanaſar. Qui dedit
ei poteſtatem quocunq̧ vellet ire
ad captiuos. et circa eos facere q̃-
cunq̧ voluiſſet. Cunq̧ ambularet
per regionem cum cōcaptiuis: mo
nita dans ſalutis. deuenit in rages
ciuitatem medorum: inuenitq̧ ī ea
quēdam contribulem ſuum gabe-
lum egentem. ⁊ reliquit ei ſub chi-
rographo decem talenta argenti:
que habebat ex his in quibus fue-
rat a rege honoratus. Mortuo au
tem ſalmanaſar cum filiꝰ eius ſen-
nacherib filios iſrael haberet exo-
ſos. Tobias conſolabatur eos: et
egentis miniſtrabat. Cunq̧ reuer-
ſus eſſet ſennacherib a iudea: mul-
titudine exercitus nocte ab ange-
lo percuſſa. fugiens manū domini
iratus multos hebreorum fecit oc
cidi: quorum corpora tobias ſepe-
liebat. Quod cum nunciatum eſ-
ſet regi tulit omnem ſubſtantiam
eius: ⁊ eum iuſſit occidi. Tobias
vero fugiens cum vxore ⁊ filio la-
tuit: quia multi diligebant eum.
Poſt. xlv. dies cum eſſet occiſus
rex a filijs ſuis: redijt tobias in do
mum ſuam: ⁊ reſtituta ſunt ei ab-
A. Tob.ij. lata. ¶ Porro in quodam die fe-
ſto cum paratum eſſet prandium
apud Tobiam: dixit filio ſuo.
Uade ⁊ adhuc aliquos d̾ tribu no
ſtra timentes deum vt comedant
nobiſcum. Qui reuerſus nuncia-
uit vnum de hebreis iugulatuꝫ ia
cere in platea. ⁊ exiliēs Tobias ie
iunus tulit occulte corpus in do-
mum ſuam. et comedit panem in
luctu ⁊ tremore. ⁊ cuꝫ ſol occubuiſ
ſet ſepeliuit illud. ⁊ arguebant eū
proximi ſui dicentes. Huius rei
cauſa interfici iuſſus es: ⁊ iterum
ſepelis mortuos. Sed Tobias ma
gis timens deum ꝙ regem ſepul-
ture occiſorum ſollicitus inſtabat.
Contigit autem vt quadam die fa
tigatus a ſepultura domum redi-
ens iactaret ſe iuxta parieteꝫ: ⁊ ob
dormiuit. ⁊ ex nido hirundinū cali
da ſtercora ſuper oculos eius inci-
derent: ⁊ factus eſt cecus. Hoc aūe
permiſit deus fieri ad eius proba-
tionem: ⁊ ad exemplum patientie
imposterum. Naꝫ ⁊ in omnibꝰ be
nedixit deuꝫ: ſicut beatus iob. ⁊ ꝑ
ximos ſuos inſultantes ei increpa
bat dicēs. Nolite ita loqui: filij ei
ſanctorum ſumus. ⁊ vitam illaꝫ ex
pectamus quam deus daturus eſt
fidelibꝰ ſuis. Anna vxor eius ibat
ad textrinum opus quotidie: ⁊ de
labore manuum ſuarum quod cō-
ſequi poterat deferebat. Factuꝫ ē
autem vt hedum accipiens detuliſ
ſet domi: cuius balatum vir audi-
ens ait. Uidete ne furtiuus ſit. Ad
hec irata vxor reſpondit. Manife
ſte vana facta ē ſpes tua: ⁊ elemo-
ſyne tue perierūt. ¶ Et ingemuit A. Thob.iij.
tobias cum lachrymis dicens. Et
nunc domine ſcḋm voluntatem tuā
fac mecum. et precipe in pace reci-
pi ſpiritū meum. Expedit eni mi-
hi mori magis ꝙ viuere. Eadem
die cōtigit vt ſara filia raguel in ci
uitate medoꝝ audiret improperiū
ab vna ancillarū ſuarū quaꝫ incre
pabat dicente ſibi. Interfectrix vi
rorum tuorum: nunquid occidere
me vis ſicut occidiſti ſeptē viros:
Fuit enim tradita. vij. viris. ⁊ de-
moniuꝫ nomine aſmodeus occide
bat eos mox vt ingreſſi ſunt ad eā.
Aſcendit ergo ſara in ſuperius cu
biculum domus ſue: ⁊ tribus die-
bus et noctibus non manducans
nec bibens: in oratione perſiſtens
ſtebat. Peto domine deus patrū
noſtrorum vt de vinculo impro-
perij huius abſoluas me. aut cer-
te deſuper terram eripias me.
In illo tempore exaudite ſunt pre
ces amborum in conſpectu domi-
ni. et miſſus eſt angelus raphael
vt curaret eos. ¶ Igitur cum to- A.
bias putaret ſe exauditum vt mo- Tob.iiij.
reretur dicebat ad filiū ſuuꝫ. Au-

di fili mi verba mea. ⁊ ea quaſi fū-
damenta in corde tuo cōſtitue. Cū
moriar ſepelies me: ⁊ honorē ha-
bebis matris tue dū vixerit. Mor
tuam circa me ſepelies eam. ſemꝑ
in mente habeto dominū filij mi:
⁊ ſerua mandata eius. De ſubſtan
tia tua fac elemoſynas. qꝛ elemoſy
na ab omni peccato liberat: ⁊ ma-
gnam preſtat fiduciam coram deo
omnibus facientibus eam. Atten
de fili mi ab omni fornicatione ⁊ a
ſuperbia: a qua ſumpſit initiū om
nis perditio. Conſilium a ſapiēte
perquire a peccatoribus declina.
Merces mercēnarij non maneat
apd te. Noli timere fili mi: qꝛ pau
perē vitam egrimus: ſꝫ multa bo
na habebimus ſi timuerimꝰ deū.

Nota d elemoſine preſtancia.

A Tob. v.

Preterea ſcito quia dedi gabe
lo decem talenta argenti in rages.
cuius chirographū penes me ha-
beo Perquire ergo tibi fidelē vi-
rum qui tecum eat ſalua mercede
ſua vt reſtituas gabelo chirogra-
phum ſuū: ⁊ ipſe reſtituet tibi de-
poſitum. Tunc egreſſus tobias i-
uenit iuuenem ſuccinctum ⁊ quaſi
ad iter paratū: ignorans ꝙ ange-
lus dei eſſet. Cumqꝫ accepiſſet ab
eo ꝙ oēm medoꝝ regionem nouiſ
ſet: ⁊ rages ciuitatem et gabelum
habitantē in ea. introduxit eū ad
patrem ſuum: ⁊ ſalutauit euꝫ iuue
nis dicens. Gaudium ſit tibi ſem-
per. Qui rn̄dit. Quale gaudium
erit mihi qui lumē celi non video.
Cui iuuenis. Forti animo eſto: in
proximo eſt vt a deo cureris. Et
ait tobias. Poteris ꝓducere filiū
meum ad gabelum? Qui rn̄dit.
Ego ducam eum ⁊ reducam a te.
Cumqꝫ quereret tobias ab eo tri-
bum eius: ⁊ domū ⁊ nomen: rn̄dit
Ex filijs iſrael ego ſum: azarias
ananie magni filius. quod totum
ſm interpretationem nominū veꝝ
erat. Erat enim de angelis viden-
tibus deum. ⁊ erat azarias. i. adiu
tor. ⁊ filiꝰ ananie. id eſt glorie. dei

Tunc paratis omnibus q̄ erāt — A Tob. vj.
opus in via: ambulauerunt ambo
ſimul: ⁊ canis ſecutus eſt eos.

Mater aūt flebat dicens ad vi — D Tob. v.
rum. Baculum ſenectutis noſtre
tuliſti: nunqꝫ eſſet pecunia illa pro
qua miſiſti eum. ſufficiebat nobis
paupertas noſtra. vt diuitias cō-
putaremus qꝛ videbamus filium
noſtrum. Et ait tobias. Noli fle-
re: filius noſter reuertetur ad nos
ſaluus. credo enim ꝙ angelus dei
bonus comitetur eum. Porro — A Tob. vj.
illi duo prima manſione manſerūt
circa fluuium tigrim. Et exiuit to
bias vt lauaret pedes ſuos: ⁊ pi-
ſcis immanis egrediebatur vt de-
uoraret eum. ⁊ timens tobias cla-
mauit dicēs. Dn̄e inuadit me. Et
ait angelus. Apprehende branciā
eius ⁊ trahe eum ad te. ⁊ extraxit
eum in ſicco ⁊ palpitabat ante pe-
des eius. Super hunc locuꝫ dicit
Beda. ꝙ dum xp̄us in cruce leua-
ret pedes ſuos qui ambulabāt ſuꝑ
terram: aduenit diabolus querēs
ſi quid peccati inueniret i eo. Vn̄.
Pater transfer calicē hunc a me.

Tunc dixit angelus ad tobiā.
Exentera piſcē hunc ⁊ cor eius ⁊
fel ⁊ iecur repone tibi. valent eniꝫ
ad medicamenta. Tūc tobias ꝑtē
piſcis aſſauit ⁊ comederunt. ꝑtem
ꝟo ſalſam ſecū tulit. Cumqꝫ ſimul
ꝑgerent ait tobias Azaria frater
qd̄ remedium hn̄t que de piſce ſer
uari dixiſti. Qui reſpondit Par
ticula cordis ſuper prunas poſita
fumo ſuo extricat oē genus demo
num a viro vel muliere. nec ſuper
hoc mirari debemus. cum fumus
cuiuſdam arboris aduſte eandem
vim habere ꝓhibeatur. Cūqꝫ q̄ſiſ-
ſet tobias vbi manerent nocte illa
Rn̄dit angelus. Eſt hic raguel ꝓ
pinquus tuus habens filiaꝫ vnicā
que debetur tibi cum omni ſubſtā
tia eius. Et ait tobias. Audio qꝛ
tradita eſt viris ſepteꝫ: ⁊ occiſi ſūt
a demone. Et rn̄dit angelus. No-

li timere. ſuper petulantes ⁊ deuz non timẽtes poteſtatẽ demoniuz hȝ. Tu autẽ cum acceperis eã tribus diebus continebis ab ea. ⁊ de nocte vacabitis ambo orationibꝰ. Prima nocte incẽſo iecore piſcis precibus veſtris fugabitur demonium Scḋa nocte in copulatione sanctoꝝ patriarcharũ admitteris .i. orabitis deũ vt ĩ participiũ ſanctitatis ⁊ pudicicie patriarcharũ admittat vos. Tertia nocte benedictionẽ ꝯſequeris vt filij pereenẽ ex vobis ſani ⁊ incolumes. Hanc benedictionem ꝓſtabat vel ſacerdos vel aliquis maior inter eos vicem ſacerdotis gerẽs. Quarta nocte accipies eam cum timore dei: amore filiorum magis ꝙ libidine

A Tob.vij. ductus: vt in ſemine abrae benedictionẽ in filijs ꝯſequaris. ¶ Tandẽ ingreſſi ſunt ad raguelẽ. Cũqꝫ diceret raguel vxori ſue: ꝙ ſimillimũ eſſe iuuenem hunc tobie cõſobrino ſuo. dixit ad eũ angelꝰ. Hic eſt filius illius. Et letatꝰ eſt raguel: ⁊ inſtaurauit ꝯuiuiũ. Tunc ait tobias. Nõ manducabo neqꝫ bibã niſi prius petitionem meã confirmes: ⁊ ꝓmittas mihi dare ſarã filiam tuam. Quo audito: expauit raguel. ⁊ heſitanti de reſponſo dixit ei angelꝰ. Noli timere dare eã ſibi coniugem. huic enim debeẽ: ⁊ ꝓpterea alius non potuit habere eam. Tunc ait raguel. Scio qm̄ a deo veniſti: ⁊ ꝙ exaudiuit dñs preces ⁊ lachrymas meas: vt coniungeretur hec filia mea cognationi ſue ſm̄ legẽ moyſi. Et apprehendens pater dexteram filie tradidit eam dextre tobie dicens. Deus patrum noſtroꝝ ſit vobiſcum: ⁊ coniungat vos ⁊ impleat benedictionem ſuam in vobis. Et fecerunt cõſcriptionem coniugij: ⁊ comederunt benedicẽtes deum. ¶ Poſt

A Tob.viij. cenam vero introduxerunt iuuenẽ in cubiculum virginis: ⁊ protulit tobias de caſſilide ſuo partẽ iecoris ⁊ poſuit ſuper prunas. Tunc raphael apprehẽdit demonium: ⁊ religauit illud in deſertum ſuperioris egypti. Tunc tobias ait ad virginem. Sara: deprecemur deũ hodie ⁊ cras ⁊ ſecundo .i. tertio die cras. His enim tribus noctibꝰ iũgimur deo: quarta nocte in noſtro erimus coniugio: filij enim ſanctorum ſumus. non poſſumus ita cõiũgi ſicut et gentes que ignorant deum. Et orauerunt ambo dicentes ſimul. Miſerere nobis dñe deus patrũ noſtrorum miſerere nobis: ⁊ cõſeneſcamꝰ ambo pariter ſani. Porro circa pullorum cantũ fecit raguel parari ſepulcrum vt ſepeliret eum prius ꝙ illuceſceret: ⁊ miſit vnam de ancillis ad vidẽduȝ ſi iam obiſſet. Que reuerſa nunciauit eos incolumes eſſe ⁊ ſecum pariter dormientes. Et laudauerunt omnes deum: ⁊ repleuerunt ſerui foueam quã fecerãt prius ꝙ luceſceret. ⁊ parauerunt ſolẽne cõuiuium omnibus vicinis ⁊ amicis ſuis. Et adiurauit raguel tobiam vt duas hebdomadas maneret apud eum: ⁊ dedit ei mediam partem omnium que poſſidebat: faciens ſcripturam vt reliqua pars ꝙ ſupererat poſt obitum ſuum deueniret ad tobiam ¶ Tunc ait tobias ad angelum quẽ hominem eſti- A Tob.ix.
mabat Azaria frater tu noſti ꝙ grauis ſit mora noſtra parentibus meis: obſecro vt eas ad gabellum: ⁊ reddes ei chirographũ ſuum. ⁊ recipies ab eo pecuniam: ⁊ monebis eam venire ad nuptias Tunc aſſumẽs raphael quattuor de ſeruis raguelis ⁊ duos camelos: venit ad gabellum. ⁊ accepta pecunia duxit eũ ſecum ad nuptias. Et ingreſſus gabelus inuenit eos diſcunbentes. ⁊ bñdixit eis. Cũqꝫ omnes dixiſſent amen: cũ timore A
dñi nuptiarũ conuiuiũ exercebant ¶ Porro cum tobias morã face- Tob.x.
ret in nuptijs: ſollicitus erat ꝓ eo

pater eius ꝙ ad diem terminatã
nõ redierat. mater ꝟo lachrymis
irremediabilibus flebat dicens.
Heu me fili mi: vt qd te miſimus
peregrinari: lumen oculoꝛum no=
ſtroꝛum ꝛ baculum ſenectutis no
ſtre. Uir autẽ eius conſolabatur
eam. Poꝛro raguel dicebat ad ge
nerum ſuũ. Mane hic: ꝛ ego mit
tam nuncium ſalutis tue ad patrẽ
tuũ. Cunqꝫ ille nõ adquiſceret: tra
didit ei ſaram ꝛ dimidium ſubſtã
tie ſue in pueris. in puellis. in pe=
cudibus. in camelis. in vaccis. in
pecunia multa. Parentes ꝟo mo
nuerunt filiam ſuam honoꝛare ſo
crum ſuam. diligere maritum. re=
gere familiam. gubernare domũ.
ſeipſm irrepꝛehenſibilem exhibere
A Tob.xi. ¶ Cunqꝫ reuerterentᷣ venerũt ad
carrã que eſt in medio itinerᷣ: ꝛ ait
angelus ad tobiam. Pꝛecedamꝰ
nos duo: ꝛ ſequentur nos lento
gradu vxoꝛ tua ꝛ familia cum ani
malibus. ꝛ tolle tecum de felle pi
ſcis: ꝛ lnies ex eo oculos patris
tui: ꝛ recipiet viſum. Poꝛro anna
ſedebat ſecus viam quotidie ĩ ſu=
percilio montis vnde reſpicerᷣ po
terat de longinquo. Et cognoſcẽſ
a longe filium ſuum veniẽtem: cu
currit ad virum ſuum dicẽs. Ecce
filius tuus venit. Canis quoqꝫ q̃
ſilᷣ fuerat in via pcucurrit: ꝛ quaſi
nuncius blãdimento caude gaude
bat. Tũc exurgẽs cecus data ma
nu puero: pceſſit obuiã filio ſuo.
ꝛ oſculantes filium pꝛe gaudio fle
uerunt. Cunqꝫ adoꝛaſſent deũ cõ
ſederunt. Tunc thobias de felle
piſcis liniuit oculos patr(.). ꝛ ſuſti
nuit quaſi per dimidiam hoꝛam. ꝛ
cepit egredi albugo de oculis eiꝰ
quaſi membꝛanũ oui. Quã appꝛe=
hendẽs tobias traxit ab oculis eiꝰ
ſtatimqꝫ viſum recepit: ꝛ gloꝛifi=
cabant omnes deum. Et ait tobi
as. Bñdico te deus iſrael: quoniã
caſtigaſti me ꝛ ſanaſti me: ꝛ ecce
video tobiam filium meum. In=
greſſa eſt ꝛ poſt ſeptem dies ſara
vxoꝛ eius cum omni ſubſtãtia ſua
ꝛ pecunia quã receperat a gabelo
ꝛ conuenerunt contribules ꝛ vici
ni ad tobiam. ꝛ congratulabãtur
ei per ſeptem dies epulantes cum
gaudio. ¶ Cũqꝫ narraſſet tobias A Tob.xij.
patri ſuo ꝑ oꝛdinem bona que fe=
cerat ei angelus in via. tulerũt an
gelũ in partem rogantes vt digna
retur dimidiam partem oĩm que
attulerant acceptam habere. Tũc
dixit eis angelus occulte. Benedi
cite deum celi: et coꝛam omnibus
confitemini ei: qꝛ fecit vobiſcũ mi
ſericoꝛdiam ſuam. Etenim ſacra=
mentum regis abſcondere bonũ
eſt. opera autem dei reuelare ꝛ cõ
fiteri honoꝛificum eſt. Non abſcõ
dam a vobis ſermonem occultum
Bona eſt oꝛatio cum ieiunio ꝛ ele
moſyna. Cum oꝛabas ꝛ dereliu=
quebas pꝛandium. ꝛ abſcondebas
moꝛtuos ꝑ diem: ꝛ nocte ſepelie=
bas. ego obtuli oꝛationem tuã do
mino: ꝛ qꝛ acceptus eras ei neceſſe
erat vt tentatio pbaret te. ꝛ miſit
me dñs vt curarem te: ꝛ ſarã vxoꝛẽ
filij tui a demonio liberarem. Ego
enim ſum raphael angelus vnus
ex ſeptem. ĩ.e. ex vniuerſis q̃ aſtamꝰ
ante dominũ. Qui cum audiſſent
trementes ceciderunt in facies ſu
as. Et ait angelꝰ. Pax vobis. no
lite timere. Cum eſſem vobiſcum
videbar ex neceſſitate vobiſcũ mã
ducare ꝛ bibere: ſed ego cibo inuiſi
bili ꝛ potu vtoꝛ qui ab hominibus
videri non poteſt. Tẽpus eſt vt re
uertar ad eũ qui miſit me. Et hec
dicens ab aſpectu eoꝛum ablatus
eſt. Tunc pſtrati per tres hoꝛas
in facies ſuas benedixerunt deũ:
ꝛ exurgentes narrauerunt omnia
mirabilia eius. ¶ Aperienſqꝫ to=
bias ſenioꝛ os ſuum benedixit do A Tobie.xiij.
minũ ꝛ dixit. Magnus es dñe in
eternũ: qm̃ flagellas ꝛ ſaluas. de=
ducis ad inferos reducis. Nõ eſt
qui effugiat manum tuã. Et hoꝛ=

tatus eſt in hoc cantico hieruſalē
⁊ captiuum populum dei: vt exē=
plo ſui conuerterentur ad dn̄m et
facerent iuſticiam corā eo: ⁊ crede
rent ꝙ eum eis faceret miſericordi
am. Et ꝓphetauit de hieruſalē di=
cēs. Omnes fines terre adorabūt
te. Nationes ex longinquo ad te
venient: ⁊ munera deferentes ado
rabunt dominum in te. Quod my
ſtice de tēpore gratie dictum eſſe
ex his que ſequunt̄ apparet: Por
te hierl'z ex ſapphyro ⁊ ſmaragdo
edificabuntur: ⁊ ꝑ vicos eius alle
luia cantabitur Erat autē tobias
A lvi. annorū quando lumen amiſit
Tob. xiiii. ſexagenarius vero illud recepit. ⁊
poſtea vixit annis. lii. ⁊ vidit fili=
os nepotum ſuorum. ⁊ compleuit
ānos centum ⁊ duodecim. Gloſa
tamen de myſterio videtur velle
eum poſtꝙ illuminatꝰ eſt. xlii. an=
nis ſuꝑuixiſſe Referens quaſi my
ſtice. xl. ad labores abſtinentie. du
os vero ad dilectionem dei ⁊ ꝓxi
mi. Cumqꝫ videret obitum ſibi im
minere: vocauit filium ſuū ad ſe ⁊
ſeptem filios eiꝰ: dixitqꝫ eis Pro=
pe erit interitus in niniue. Video
quia iniquitas eius finem dabit ei
Non enim excidet verbum dei: et
fratres noſtri qui diſperſi ſunt a
terra iſrael reuertentur ad eam et
replebitur. ⁊ domus dei que in ea
incenſa eſt iterum reedificabitur.
Hoc tamen magis videtur ꝓphe=
tali certitudine per verba ꝑteriti
temporis predixiſſe ꝙ rem geſtā
narraſſe. Adhuc enim ſtabat hie=
ruſalem ⁊ templum in ea. Cumqꝫ
monuiſſet eos de dilectione dei et
timore ⁊ elemoſynis faciendis: et
vt ipſi eadem mandarent filijs ſu=
is: addidit. Vos autē nolite mane
nere hic. ſꝫ quacunqꝫ die ſepelieri=
tis matrem veſtram circa me i vno
ſepulchro: ex eo dirigite greſſus
veſtros vt exeatis hinc. Et mortuꝰ
eſt tobias: ⁊ poſtmodum vxor eiꝰ
Et abſceſſit tobias ex niniue cū
vxore ſua et filijs ⁊ nepotibꝰ: ⁊ re
uerſus eſt ad ſoceros ſuos. Et in=
uenit eos in bona ſenectute: ⁊ cu=
ram eorum geſſit. ⁊ clauſit oculos
eorum. raguelis ſcꝫ ⁊ anne. ¶ Et
notandū ꝙ in ſacra ſcriptura qn̄ꝫ Nota d' qn̄ꝫ annis.
ꝗ dicuntur anne. Mater ſamue=
lis. vxor tobie. vxor raguelis. ma=
ter beate marie virginis. ⁊ anna
propheteſſa. Mortuus eſt ⁊ tobi=
as minor completis annis. xcix. ⁊
ſepelierunt eum omnis cognatio
eius: ⁊ omnis generatio eius. In
ſancta eīm conuerſatione perman=
ſit: ita vt acceptus eſſet tam deo ꝙ
hominibus.

¶ Explicit hiſtoria tobie.

¶ Nunc ad hiſtoriam captiuita=
tis hieruſalem reuertemur. ⁊ poſt
hiſtoriam iudith ⁊ heſter locis ſu
is explicabimus.

¶ De morte godolie.
Capitulum. ii.

Factum eſt au Ihe. xl.
tem cū prefeciſſet rex
babylonis godoliam
reliquijs terre venerūt
ad eum omnes qui euaſerant ma=
nus hoſtium: ⁊ inter finitimas gē
tes latuerant. vel quibuſcunqꝫ la=
tibulis ſaluauerant animas ſuas.
Multi quoqꝫ de decem tribubus
quibus grauis erat cohabitatio
ſamaritanorum. Fuerunt etiam
inter eos quidam de principibus
trrre ioanna filius caree. ſareias.
et iechonias. Et dixit godolias
ad eos. Nolite timere habitare in
terra et ſeruire regi babylonis. et
bene erit vobis. Ego habito in
maſphat vt reſpondeam prece=
pto chaldeorum qui mittentur ad
nos: vt in nullo vos grauemini.
Cumqꝫ hoc iuramento firmaſſet
dimiſit eos ad prouincie loca que
qſqꝫ ſibi delegiſſet Porro de gene
re regio erat quidam hiſmael vir
malignꝰ. Qui dū obſidērēt hierl'm
ad regem euaſit amonitarū ⁊ ibi

morab ac. Et ait ioanna filius ca-
ree ad godoliã ſecreto. ſcito quia
hiſmael inſidiat aĩe tue: inuidẽs ti-
bi dominũ terre. Uel rex amonita
rũ mittet eum pcutere aĩam tuam
vt occupet terrã deſolatã. Ibo ḡ ꝛ
pcutiam hiſmael nullo ſciente ne i
terficiat te: ꝛ diſſipentur ꝛ pereãt
reliq̃e iuda. Et ait godolias. Non
facias ꝟbum hoc vt occidas virũ
innocẽtẽ. Nõ eñ veriſiꝉe ẽ vt in ta
li deſolatiõe hmõi maliciã exerce-
A Ihere. xlj. ret. ¶ Et factũ eſt in menſe ſepti-
mo eiuſdẽ ãni venit hiſmael ꝛ de
cẽ viri cum eo ad godoliã in ma-
ſphat: ꝛ ſplẽdide ſuſcepit eos. Cũ
qꝫ poſt prandiũ iꝟſus eſſet godo-
lias i ſoporẽ ꝛ cõuiue: pcuſſit eos
hiſmael. ꝛ egreſſus p noctẽ iude-
os q̃ erãt in ciuitate ꝛ quoſdã mili
tes qui erãt a babylonijs derelicti
trucidauit: ꝛ pꝛiecit cadauera eoꝝ
i lacũ quẽ fecit rex aſa pꝛpter baaſa
regẽ iſrl. Altera ꝟo die cũ mune
rib⁹ veniebant de pꝛuincia. lxxx. vi
ri ad godoliã: ꝛ egreſſus ẽ hiſmael
i occurſum eoꝝ dicẽs. Intrate ad
godoliã. Quib⁹ igreſſis occidit
eos hiſmael pꝛter decẽ q̃ dixerunt
ei. parce nobꝫ: qꝛ theſauros habe-
mus in agro frumẽti. vini ꝛ ordei.
olei ꝛ mellis: et dabimus eos tibi.
ꝛ receſſerũt ab eo. Tũc hiſmael du-
xit captiuas reliquias populi qui
erat in maſphat. filiasquoqꝫ regis
quas cõmendauerat nabuzardan
guodolie. Qð cũ audiſſet ioanna
fili⁹ caree: aſſumptis vtris inſecu-
tus eſt hiſmael ꝛ inuenit eũ ad a-
quas q̃ ſunt in gabaon: ꝛ fugit hi-
ſmael a facie ei⁹ cũ octo virꝭ. ꝛ re-
duxit ioanna captiuos ꝛ pꝛdã quã
duxerat hiſmael.

¶ De deſcenſu reliquiaꝝ iude in
egyptũ. ꝛ obitu hieremie. Ca. iij.

A Ihere. xlij. ET cõuenerunt
omnes reliq̃e iuda ad
hieremiam a paruo vſ
qꝫ ad magnum. Diſpo
nebant eni fugere i egyptũ timen
tes ne occiderẽt a chaldeis pꝛo mor
te godolie. Et dixerũt ad pꝛphetã.
Ora pro nobis deũ vt indicet no-
bis ꝟbum qð faciemus: et q̃cquid
dixerit nobis p os tuũ faciemus.
Poſt dies ſeptẽ factũ eſt verbum
dñi ad hieremiã: ꝛ cõuocatus vni-
uerſum populum ait. Hec dr dñs.
Si manſeritis in terra hac: planta
bo vos ꝛ nõ euellam. Iã ei placa-
tus ſum ſup malum qð feci vobis
Nolite timere a facie regis baby-
lonis, quia ego vobiſcum ſum.
Si autẽ deſcenderitis in egyptũ
vt ibi habitetis: gladius nabucho
donoſor quẽ formidatꝭ ibi cõpre-
hendet vos: ꝛ pꝛibitis gladio fame
ꝛ peſte. ¶ Et nõ audierũt hiere- A Ihe. xliij.
miam ſed dixerũt: mẽtiris. nõ mi-
ſit te dñs ſed baruch incitat te ad-
uerſus nos vt tradat nos in ma-
nus chaldeorũ. Et deſcenderunt
omnes cũ mulieribus ꝛ paruulis
ꝛ omni ſubſtãtia ſua in egyptum.
ꝛ duxerũt ſecum hieremiam ꝛ ba-
ruch: ꝛ deſolata eſt terra. ꝛ ſabba-
tizauit multis ãnis ſicut pꝛdixerat
hieremias. Nõ
enĩ trãſtulit in
eam rex babylo
nis colonos: ſi-
cut fecerat rex aſ
ſyriorũ in terrã
iſrael. ꝛ habita-
uerunt reliquie
iuda i egypto in
magdalo ꝛ i ta-
phnis ꝛ i mem-
phis et in terra
phatures et eſt
nomen regis a q̃
illa pars egypti
ſic denolata eſt
Et factus ẽ ſer-
mo dñi ad hiere
miã in taphnis
dicens. Sume
lapides grãdes:
et abſcõde eos i

Additio.

Triplicit deſtru
cta eſt: ꝛ tribus
vicibus hieruſa
lem. Primo per
trãſmigrationẽ
ioachim et eorũ
qui ſecũ tranſmi
grauerãt. Scdo
per captiuitatẽ
ſedechie et tem-
pli deſtructionẽ
Tertio per deſo
lationem quan-
do ſolitaria reli
cto eſt: reliquijs
in egyptũ deſcẽ
dentib⁹. Quar-
ta fuit vaſtatio
terre q̃ tria pmiſ
ſa precedebat.

erypta que eſt ſub muro latericeo
in porta domus pharaonis: ⁊ di-
ces ad iudeos. Hec dẽ dñs. Ecce
ego aſſumam ſeruũ meum nabu-
chodonoſor: ⁊ ponam thronuꝫ eiꝰ
ſuper lapides iſtos: ⁊ ꝑcutiet ter-
ram egypti ⁊ ꝑibitis vos cum egy
E ptys. Porro mulieres hebreorũ
Jhe. xliiij. ſacrificabant dijs alienis: ⁊ regi-
ne celi: lune ſcꝫ vel iunoni vel bere
cincie offerebant placentas ⁊ liba
mina. Cumqꝫ argueret eas hiere-
mias dixerũt. Nunquid ſine viris
noſtris hec fecimus. Cumqꝫ ad vi
ros durius loqueretur dixerunt.
Quando fecimus hec in vrbibus
iuda ſaturati ſumus panibꝰ. ⁊ be
ne erat nobis. Ex quo autẽ ceſſaui
mus indigemus omnibus: ⁊ gla-
dio ⁊ fame ꝯſumpti ſumus. Et rñ
F dit hieremias. Hec dicit dominꝰ.
Jhe. xliiij. Ego iuraui ĩ nomine meo magno
quia oẽs viri iuda qui ſunt ĩ terra
egypti gladio ⁊ fame ꝑibũt donec
penitus ꝯſumãtur. Et inſurrexit
populus aduerſus hieremiã: ⁊ la-
pidauerũt eum lapidibꝰ quos ab-
ſcõderat ſub muro latericeo. Egi
ptij vero honorauerunt ꝓphetã ſe
pelĩẽtes eum iuxta tumulũ regũ:
memores beneficiorum que preſti
terat egypto. Oratione enĩ ſua fu
gauerat aſpides ⁊ beſtias aquaꝝ
quas greci cocodrillos vocant: q-
bus prius egyptus infeſtabatur.
¶ Tradũt etiam quidã ꝙ adhuc
de puluere eiuſdem loci aſpidum
ꝑcuſſura ſanatur: ⁊ fugantur coco
Epipha- drilli. De eodem ait epiphanius.
nius. Audiuimus a viris ſenioribus q
ex ſeniorum antigoni ⁊ ptolomei
ſtirpe deſcẽderant ꝙ alxander ma
cedo veniens ad ſepulcrum ꝓphe-
te: ⁊ cognoſcens loci myſteriũ trã
ſtulit ipm̃ in alexandriã: ⁊ ſepeli-
uit glorioſe. ⁊ extũc a terra illa ꝓ-
hibiti ſunt cocodrilli ⁊ aſpides pe
nitus. Nam ⁊ idem alexãder prius
introduxerat illuc ſerpentes quoſ
dam qui vice marſorũ aſpides fu-
gabant: ſed nõ poterant eas peni-
tus extirpare. quos qꝛ ab argis pe
lopony aduexerat: argones nomi
Nota nauit. ¶ Hic eſt hieremias q̃ re-
gibus egypti ſignum dedit: ꝙ eo-
rum idola euerti oporteret cũ ꝟgo
pareret. Unde ⁊ ſacerdotes eorũ ĩ
ſecreto templi loco imaginem vir-
ginis et pueri ſtatuentes adora-
bant. Dum vero ptolomeus rex
interrogaret eos qua hec facerent
ratione: dixerunt paterne traditio
nis eſſe myſterium qđ a ſancto ꝓ-
pheta acceperãt maiores: ⁊ crede
bant in rebus ita fore venturum.
¶ Hic eſt hieremias qui templũ
euertendum ꝑnoſcens: arcam te-
ſtamenti cũ his que in ea erant tu
lit: ⁊ p̃cibus ſuis eam abſorberi fe
cit in petra. petram vero digito de
ſignans: nomen dei tetragramma
tõ impreſſit. Et factum eſt ſigillũ
in ſimilitudinem ſculpture q̃ ferro
cauatur: ⁊ ipm̃ dñi nomen nubis
opertimento ita celatũ eſt: vt extũc
nec locum quis recognoſcere q̃at:
nec ipm̃ nomen legere vſqꝫ in hũc
diem ⁊ vſqꝫ in finem. Et priſtine
figure inſtar illic ſepe nubes. vt
ignis fit nocturno tempore: eo ꝙ
gloria dei ab eius lege nõ deſinat.
Eſt autem petra illa in heremi ter
ra inter duos mõtes in quibus ia-
cent moyſes ⁊ aaron. Dixitqꝫ hie
remias preſentibus. Dominus ex
ſyon receſſit ad celos: inde rurſus
in virtute venturus. ⁊ erit ſignum
p̃ñtie eius quando vniuerſe gẽtes
adorauerunt lignum. Dixitqꝫ ꝙ
hanc arcã nemo p̃ter aaron ꝓdu-
cere poterit. ⁊ tabulas que in eis
ſunt nullus aperiet ſacerdotum.
nulluſqꝫ ꝓphetaꝝ niſi electus dei
moyſes. ⁊ in p̃ma reſurrectione in
futuro qñ mortui reſurgent: p̃ma
reſurget hec arca: ⁊ exibit d̃ petra
⁊ ponet̃ in monte ſion. ⁊ omnes ſã
cti congregabũtur ad eam regreſ
ſum domini ſuſtinẽtes: ⁊ aduerſa
rium q̃ eos queſiturus eſt interi-

mere fugientes.

De captiuitate reliquiarum iude. Cap.iiij.

Ex diuerſis

Factum ē poſt mortē hieremie anno q̄nto euerſioni hierl'm ipſe ē viceſimuſtertius regni nabuchodonoſor: deſcendit nabuchodonoſor in ſyriā inferiorem: et obtinuit eam. Moabitas quoq; et amonitas ſubiugauit ſibi Et tandem intrauit in egyptum: eāq; ſubuertit. et regē q̄ tunc erat in ea occidit: aliūq; in ea conſtituens, denuo iudeos captiuos duxit in babylonem. Et ab hac vltima captiuitate reliquiarum iude quidam numerant. lxx. annos vſq; ad ſecūdū annū darij filij ithaſpis

Eze.xxiij.

Hanc etiā captiuitatē reliquiarum p̄dixerat ezechiel in chaldea: de quo modo proſequentes altius ordinemur.

Sequitur hiſtoria ezechielis.

Hiſtoria d' ezechiele ꝓpheta. ca.j.

De eleuatione et viſione ezechielis. cap.ij.

De cōmemoratiōe hierl'm. ca.iij

De cōſolatiōe hieruſalem. ca.iiij.

De reſurrectiōe mortuoꝝ. cap.v.

Et facta eſt man⁹ domini ſuper ezechielem. cap.vj.

Hiſtoria de ezechiele propheta. Capitulum.j.

Ezechiel ꝓpheta d' terra cyſare filius buſi de genere ſacerdotum. Hic i babylonē duct⁹ eſt cū ioachim matre eius: cum daniele et trib⁹ pueris. Hic habitabat iuxta fluuium chobar. Factum eſt autem in. xxx. anno: nō ſolum etatis ipſius. ſed a. xviij. anno ioſie quan

A Eze.j.

do inuentus eſt deuteronomius i templo in quinto anno trāſmigrationis: in quarto menſe. in quinta die menſis exorſus eſt prophetare ezechiel ad cōcaptiuos ꝓpter cauſas hmōi. Legerāt in epiſtola hieremie p. lxx. annos duraturam captiuitatē: et flebant ꝓ exilij ꝓlongatione. Preterea murmurabant aduerſus dn̄m: q' fraudulēter eos eieciſſet. Dixerat enim per os hieremie remanentes in hieruſalē perituros: eis vero qui ſe traderent ſeruo ſuo nabuchodonoſor bona pollicebatur. Nunc aūt in cōtrarium res elapſa erat. Florebant eni qui remanſerant: et ipſi iugo ſeruitutis p̄mebantur. Erāt quoq; inter eos qui dicerent q' dum ſeruierāt militie celi oibus bonis abundabant. ex quo vero ceſſauerant pierant gladio fame et peſte. Ad hec ꝓphetabat ezechiel euerſionem vrbis. et templi incendiū imminere: et eos qui remanſerant in vrbe fame perituros: et extra vrbem gladio. Eos autē qui viui traherent graue paſſuros ſeruitutem. ipſos aūt in pace et quaſi libera ſeruitute manſuros. Vt aūt auctoritatē p̄beret ei deus: p̄oſtēdit ei quaſdam viſiones. ſimilitudinem. ſ. hominis. leonis. et vituli. et aq̄le. non ſolum ad prefigurandum euangeliſtas: ſed vt oſtenderet deuz iſrael dn̄m eſſe totius creature: per hec digniora omnē intelligens creaturam. Homo enim p̄eſt ceteris animātib⁹. aq̄la rex eſt auiū. leo ferarū. bos iumētorum. Sub animalibus vero vidit rotam in medio rote vt oſtēderet circūuolutionē omniū elementorum in dn̄i eſſe ꝑtāte. et ſup hec vidit firmamentū coloris ſapphyrini. et ſuper firmamentū erat ſimilitudo throni. et ſup thronū ſimilitudo quaſi aſpectus hois. Et ait dn̄s ad eū. Fili hominis mitto te ad filios iſrael: q2 dom⁹ exaſperās eſt. ſi forte audiāt et quieſcant

C Eze.ij.

et ſciant: quia propheta fuerit in medio eo
rum. Et ecce manus miſſa ad eum
in qua erat liber ſcriptus intus et
A D foris. et ſcripta erant in eo lamenta
Eze.iii. tiones et carmen et ve. ¶ Et ait do
minus. Comede volumen iſtud:
quia dedi verba mea in ore tuo. Et
iuit propheta ad transmigrationem
iuxta fluuium chobar ad aceruum
nouarum frugum: et ſedens in me-
dio eorum poſuit coram eis laterem: et
deſcripſit in eo ciuitatem hieruſalem
et obſidionem aduerſus eam et mu
nitiones et aggerem et caſtra et arie-
tes in giro. et antepoſuit ſartaginem
ferream oculis ſuis ne videret eos:
et ait. Sic offirmauit dominus faciem ſuam
ad hieruſalem ne videat eam et ob-
ſidebit eam. Signum eſt domui iſra
el. Et quia in hieruſalem erant multi
de decem tribubus qui ad eos con-
C fugerant: etiam de eis locutus eſt
Eze.iiii. dominus ad eum. Fili hominis ſume ti
bi frumentum et hordeum. et fabam. et
lentem. et milium. et viciam: et facies
tibi panem de eis ſubcinericeum in
pondere. xx. ſtaterarum et operies illum
in oculis eorum ad coquendum ſter
core humano. Cumque hec abhorre
ret propheta conceſſit ei fimum boum
pro ſtercore humano. et dices ad eos.
Sic comedent filii iſrael panem ſu-
um pollutum inter gentes ad quas
A eiiciam eos. Dixitque iterum domi
Eze.v. nus ad eum. Sume tibi gladium
radentem pilos. i. nouaculam. et
duces illum per caput tuum et bar
bam. et tertiam partem pilorum com-
bures igni in medio eorum. et ter-
tiam partem concides gladio in cir
cuitu. et tertiam partem diſperdes
in ventum. Hec enim dicit dominus
ad hieruſalem. Tertia pars tui fa
me morietur. et peſte in medio tui.
et tertia pars tui gladio cadet in cir
cuitu tuo. tertiam vero partem in
omnem ventum diſpergam.

¶ De eleuatione et viſione ezechie
lis. Cap. y.

A Eze.viii. Factum eſt au
tem in anno ſexto. in
vi. menſe. in quinta die
menſis leuauit ſpiritus prophetam inter
celum et terram et adduxit eum in
C D hieruſalem in viſione dei. Et vidit
Ibidem. ab aquilone in introitu porte ido-
lum baal. et ingreſſus vidit vniuer
ſa idola domus iſrael depicta in
circuitu per totum. et. lxx. viri de ſe-
nioribus ſtabant et iechonias ſa-
cerdos cum eis. et vnuſquiſque habe
bat thuribulum in manu ſua. et va
por nebule de thure conſurgebat.
Et ingreſſus per oſtium porte ad
aquilonem vidit mulieres plangen-
tes thamur mortuum. i. adonidem et
laudantes rediuiuum. et vidit inter
veſtibulum et altare. xxv. viros ha
bentes dorſa ad
templum et ado
rantes ad ortum
ſolis. Et dixit
dominus ad eum
Vidiſti fili ho-
minis que faci-
unt. numquid leue
eſt hoc. Ecce fa
ciam eis in furo
re: nec parcet eis
oculus meus.
¶ Et ecce ſex
viri veniebant

Additio.
Hoc erat contra
morem eorum cum
introitus eſſet
ad orientem ver-
ſus ad ſancta ſan
ctorum. ipſi verſus
occidentem ora-
bant. Nos autem
verſus hieruſa-
lem oramus vel
verſus orientem.

habentes vaſa interitus in mani-
bus ſuis. et erat vir in medio eorum ve
ſtitus lineis. et attramentarium ſcripto-
ris ad renes eius. Et dixit dominus ad
eum Tranſi per mediam ciuitatem et ſigna
thau ſuper frontes virorum gementium et
dolentium de abominationibus que iſti
faciunt. Et dixit dominus ſex viris. Tran
ſite per ciuitatem ſequentes eum. et percu
tite omnem ſuper quem non videritis
thau. Nemini parcet oculus veſter et
a ſanctuario meo incipite. Cumque
pertranſirent: clamauit propheta. Heu. heu
heu domine deus. quid ne diſperdes omnes reli
quias iſrael. ¶ Et dixit dominus ad eum qui in-
dutus erat lineis. imple manum tuam pru

A Eze.ix.

A Eze.x.

nis ⁊ effundes ſup ciuitatẽ: ⁊ hoc
A faciens cõbuſſit eã. Spũs aũt dñi
Eze.xi. leuauit ezechielẽ ⁊ reduxit eum in
⁊ infra. chaldeam. Et locut⁹ eſt ad trãſmi
grationẽ quecũq; oñderat ei dñs.

¶ De comminatione hieruſalem.
Capitulum.iij.

A.B. Poſt hec eze/
Eze.xij. chiel in ꝯſpectu eoꝝ ꝑ
dies cepit trãſportare
vaſa dom⁹ ſue: q̃ſi trãſ
migrans ad aliũ locũ. Veſpe autẽ
ꝑfodit parietem. et ꝑ ruinã pietis
aſportaueſt eũ i hũeris ſui ei⁹: ve
lata facie nihil videntẽ. Et dixeſt
ad eum dom⁹ iſrl'. Quid tu facis.
Qui rñdit. Sup regẽ q eſt i hieru
ſalẽ on⁹ iſtd eſt. Parietẽ ꝑfodient
vt educãt eũ. i caligine noct; egre-
dief. capief i ſa-
gena adducef i
babylonẽ ⁊ eã
non videbit: ibi-
q; morietur.

Additio.
Quia ſicut piſcis
ꝑ ſagenam. ſic
ſedechias fuit ca
pt⁹ i cãpo ſolitu
dinis hierichon
tine.

¶ Poſtea locu
A tus ẽ ad domũ
Eze.xvij. iſrl' in enigmate
dicẽs. Hec dicit
dñs. Aq̃la grãdis magnaꝝ alarũ
lõgo mẽbroꝝ ductu. plena plumis
⁊ varietate. h⁹ ẽ. nabucho. vẽit ad
libanũ. i. ad tẽplũ. ⁊ tulit medullã
cedri. i. vaſa dñi. ⁊ ſummitatẽ frõ
diũ trãſportauit. i. ioachim. ⁊ tulit
d ſemine tre. i. mathaniã. et poſuit
illd in tra ⁊ creuit i vineã. i. fec eũ
regẽ. ⁊ accepit ab eo iuſiurandũ.
Et facta eſt aq̃la altera grãdis. i.
pharao. Et ecce vinea iſta extẽdit
palmites ſuos ad illã vt irrigaret
eã. Nunqd ꝓſperabif q fecit hec.
Et q diſſoluit pactũ: nunqd effu-
giet Viuo ego dt dñs: i medio ba
bylõis morief. ¶ Et factũ ẽ ꝟbũ
A.B.D. dñi ad ezechielẽ in anno nono. in
Eze.xxiiij. mẽ ſe. x. decima die mẽſis dicens.
Fili hois ſcribe tibi nomẽ diei hu
ius in q̃ ꝯfirmat⁹ eſt rex babylõis
aduerſus hierlm hodie. Ecce ego
tollã hodie a te deſiderabile oculo
ruʒ tuoꝝ ⁊ ingemiſces tacẽs. non
plorabis nõ plãges. luctũ mortui
faciẽs. nõ velabis ora amictu. nec
cibos lugentiũ comedes. ſʒ calcia-
menta erũt i pedib⁹ tuis tanq̃ ad
eundũ. Et mortua eſt vxor ſua ve-
ſpe ⁊ nõ plãxit: ſʒ erat q̃ſi iturus ⁊
dixeſt ad euʒ: qd portenderet hoc.
Qui rñdit. Hec d. dñs. Ecce ego
polluã ſanctuariũ meuʒ deſidera-
bile oculoꝝ vroꝝ. ⁊ ꝓ nimia anxie
tate nõ plãget;. q: q̃ſq; de nece ſua
ſollicitus erit. ¶ Poſtea in ꝯſola
tionẽ gẽtis ſue ꝓdixit ꝓpheta ca- A.xxv.ca-
lamitates circumſtantiũ nationũ pitulo vſq;
q̃ vel iuuerãt hoſtes ꝯtra hieruſa- ad.xxxvj.
lẽ. vel inſultauerant captiuis. id ẽ
filioꝝ amon. ⁊ moab ⁊ edom. phi-
liſtym. tyri. ⁊ ſidonis egypti. et e-
thiopie.

¶ De cõſolatiõe hierlm. Ca.iiij.

Et factũ ẽ i xii
anno trãſmigratiõis.
xi. menſe. v. die menſis
venit ad ezechielẽ q̃dã
q fugerat d hierlm di. Vaſtata eſt
ciuitas. In ꝓcedenti tñ veſpa eze-
chiel ꝓdixerat d nũcio futuro. Et
audiẽs ois trãſmigratio excidiũ
vrbis ⁊ incẽdiũ tẽpli: leuaueſt vo-
cẽ ſuã ⁊ dixerũt. Perijt ſpes nra:
abſciſi ſumus. Et exclamauit eze-
chiel. Hec d. d. Cũ ſctificat⁹ fue- F
ro i vob; tollaʒ vos d gẽtib⁹ ⁊ ad- Eze.xxxvj.
ducã vos in terrã vram. ⁊ effundã
ſup vos aquã mũdã. ⁊ mũdabimi
ni ab oibus inq̃namẽtis veſtris.

¶ De reſurrectione mortuorum.
Capitulum.v.

Et facta eſt ſu/
per ꝓphãm man⁹ dñi: A
⁊ eduxit eũ in ſpũ i cã- Eze.xxxvij.
puʒ q plenus erat oſſi-
bus ſiccis vehe-
menter. ⁊ ait ad
eum. Fili homi-
nis putas ne vi-

Additio.
Quidam iudei
dicũt q campus

uent oſſa iſta et dixit. Domine tu ſcis. Et dixit Dic ad ea. Oſſa arida hec dicit dñs. Ecce dabo ſuper vos ner- uos ꝛ ſuccreſcere faciā carnes. ꝛ ſuperextendā vo

iſte fuerit in deſerto vbi tot iudeorū pꝰ adorationē vituli interierūt in quo ēt deſerto. xl. ānis poſtea errauerūt vbi omēs ꝓſtrati ſunt inſepulti

bis cutē. dabo vobis ſpm̄ et viuetis. Et adhuc eo loq̄nte factꝰ eſt ſonus ꝛ commotio: ꝛ acceſſerūt oſſa ad oſſa vnū quodqꝫ ad iuncturā ſuam. ꝛ ecce ſup ea nerui ꝛ carnes et cutis: ſed ſpm̄ nō habebant. Et dixit dñs ad ꝓphā. Clama ad ſpm̄ et dices. Hec d. dñs. A quattuor vētis veni ſpūs ꝛ inſuffla ſup interfectos iſtos ꝛ reuiuiſcāt. Et ſic factuꝫ eſt. ꝛ viuētes ſteterūt ſup pedes ſuos exercitus grandis nimis valde. Et dixit dñs. Oſſa hec vniuerſa domꝰ iſrl' eſt. ꝛ reſtituit ſpiritus ꝓphaꝫ i medio trāſmigratiōis ꝛ locutꝰ eſt ad eos q̄ mōſtrauerat ei dñs in ſignū duoꝝ. ſ. reuocationis eoꝝ a captiuitate ꝛ reſurrectionis corpm̄ i fine. Et tulit ezechiel lignū vnū ꝛ ſcpſit ſup illud. lignū iude ꝛ ſociorum eiꝰ. ꝛ ſup alterū lignū ſcripſit. lignū effrai et ſociorū eiꝰ: ꝛ ꝯiūxit ea. et tenuit ea in vna manu ſſl. et dixerūt ei. Quid tibi vis i his. Qui rn̄dit.

Additio. x.

Decē tribꝰ dicebātur eſſe regnū effraim. ꝓpter ieroboā q̄ regnauit pͥmꝰ ſuper illas. ꝛ fuit de tribu effraim.

Hec dicit dñs. Ecce ego ꝯgregabo regnū iuda ꝛ regnū effraim. et faciā eos in genteꝫ vnā ꝛ regnum vnū. ꝛ ſeruus meus dauid pͥnceps erit eorū in ꝑpetuū. ¶ Et locutꝰ eſt dominꝰ ad ezechieleꝫ. Fili hominis vaticinare aduerſus gog: ꝛ terrā magog dicēs. Hec dicit dominꝰ. Ecce ego ſup te gog pͥcepꝰ moſoch ꝛ tubal ſeducam te: aſcendere te faciā de laterībꝰ aquilonis ꝛ adducam te ſuper mōtes iſrael: ꝛ cades ibi tu ꝛ oīs agmina tua. et dicā volucribꝰ celi ꝛ beſtijs terre. Properate ꝛ currite vndiqꝫ ad victimā quā immolo vobis ſup mōtes iſrael vt comedatiſ carnes fortium: ꝛ ſanguinē pͥncipū terre bibatis. Et oſſibus corroſis dabo ſepulcrum noiatū. ꝛ mittā ignem in terrā magog. ꝛ in his q̄ habitāt in inſulis confidenter. Hoc fabulantur hebrei futuruꝫ poſt regnum mille annorū: ꝛ ꝙ tātus erit exercitꝰ gog ꝛ hebrei per ſepē annos vſum lignorum habebūt. nō de ſiluis ſed de armis. et colligenꝭ oſſa ſeptē annis: ꝛ ſepeliētur in valle que ob hoc dicetur poliandrū. quaſi multorum virorum ſepultura.

eze. xxxviij. ꝛ. xxxix.

Additio.

Non ꝙ ſit fabula de gog ꝛ magog. imo hiſtoria. ſed qꝛ ſic ab hebreis appellatur.

Additio.

Apol qḋ ē multū: ꝛ andros qḋ ē vir. vl' apol qḋ eſt pluralitas. et ādros qḋ ē vir. i de poliādrū q̄ſi viroꝝ multoruꝫ ſepultura.

¶ Quꝫ facta eſt manus domini ſuper ezechielem. Capitulum. vi.

IN viceſimo quīto āno trāſmigrationis ipſe eſt annus xxxiij. regni nabuchodonoſor. pͥmo menſe. x. die mēſis. xiiij. anno poſtq̄ꝫ ꝑcuſſa eſt ciuitas in hac ipſa die facta eſt manus dn̄i ſup ezechielē. et adduxit eū in ſpū in terrā iſrael: ſup montē excelſū. ꝛ oſtēdit ei deſcriptioneꝫ ciuitatꝭ ꝛ tēpli ſup quā ad lr̄am nr̄i ſlueꝛt autores. ¶ Porro ezechiel i chaldea inter concaptiuos indicauit trāſgreſſores legis. ꝛ p̄cipue quoſdam de tribu dan et gad ꝙ in dominuꝫ committerent impia: legis A Eze. xl.

perſequēdo cuſtodes. Et fecit vt
Epiphan⁹ dicit epiphanius ↄtra eos ꝓdigiū magnū. q꞉ filij eorū ⁊ vniuerſa pecora a ſerpentib⁹ perierunt: ⁊ ꝑdixit ꝙ trib⁹ ille nō reuerterent ad propria: ſed i medie regionib⁹ remanerent. ꝓpter qđ exacerbati in eū diſtraxerūt cū equis ꝑ crepidines ſaxorum ⁊ excerebrauerūt eū. ⁊ ſepelierunt eum in agro. mauliin in ſepulcro ſem et arfaxat,: in ſpelunca duplici. In cuius ſimilitudinem abraā in hebron ſepulcrū ſare cōpoſuit. Duplex āt dicit eo ꝙ camerata ſit. ⁊ auerſa a ſupficie terre ſūmitas ei⁹ a pte vna. verū ex pte alia in petra ſuſpenſa ſit ſup terraȝ. Iſte ꝓpha pplo dedit ſignū in fluuio chobar: vt quādo deficeret ſuſtinerēt deſolationē terre ſue. tūc ſperarēt regreſſū ad hierl'm quando inūdaret. Ad eū quādoqꝫ cōuenerat plima multitudo cōcaptiuorū ad fluuiuȝ chobar ⁊ chaldei rebellionem verti irruerūt ſup eos. Ipſe ꝓ ꝑcibus ſuis ſiſtēs aquas fluminis ſup aquas ambulās cuȝ omni multitudine: ad alterā ripaȝ ſe recepit. ⁊ quotqt hoſtiū ꝑſumpſerāt eos ſeq̄ ſummerſi ſūt. et per orationē ſubito largā piſciū copiā pplo ꝯſtituit ad veſcēdū. Sepe qꝫ multis deficiētibus vitā reſtituit.

D Geñ. xxiij.

¶ Explicit hiſtoria ezechiel ꝓphe

¶ Incipit hiſtoria danielis.

¶ De daniele.	ca. j.
Viſio prima	ca. ij.
Viſio ſecunda.	ca. iij.
Viſio tertia.	ca. iiij.
Catalogus regū babylonis.	ca. v.
Viſio quarta	capi. vj.
Viſio. v. dañ.	cap. vij.
Viſio ſexta.	cap. viij.
Viſio ſeptima.	ca. ix.
Viſio octaua.	capi. x.
Viſio nona.	ca. xj.
Viſio decima.	ca. xij.

¶ Incipit hiſtoria danielis. Capitulum. j.

Prefatio.

PRophetauit etiā in chaldea daniel q ſm ioſephū ⁊ epiphaniū d ſemine regio iude fuit. ſꝫ lxx. ꝓo de tribu leui q in titulo fabule belis ita poſuit. Hō qdam erat ſacerdos nomine daniel fili⁹ abdo ↄuiua regis babylōis natus fuit in betehoroth ſuperiore. Et fuit adō caſtus ꝙ a cōtribulib⁹ ſuis ſpado putaret. Librū ei⁹ trāſtulit hiero. ad petitionē paule ⁊ euſtochij cum magna difficultate. Script⁹ eniȝ erat hebraic; litteris: ſꝫ chaldaico ſermone. nec legebat ab eccleſia ſm. lxx. quia multū a veritate diſcordabat eoruȝ editio. ſꝫ ſm theodotionē qui apd hebreos nec ſuſanne hꝫ hiſtoriam nec hymnū trium puerorum. nec belis draconiſqꝫ fabulā de quo altius ordinemur. hoc ꝑmittentes ꝙ alij ꝓphetarū lōge an captiuitatem duarū tribuū de ea ꝓphetaſt. vt eſaias ⁊ oſee. Alij ea iminente: ⁊ dum fieret. vt eſaias et ezechiel. Alij infra eā. vt daniel ⁊ abacuch Alij p⁹ eā. vt agge⁹ et zacharias.

Additio. Scriptū de bele hebrei fabulam dicunt nō qn de veritate cōſtet. ſꝫ ipſi danielem hec ſcripſiſſe negant.

Additio. Sicut videmus gallicū ſcptū latinis lr̄is. nec tñ oi cognoſcenti lr̄as hoc patet.

A Dañ. j.

¶ Factū eſt aūt cū nabuchodonoſor duxiſſet i babylonē nobiliores pueros iudeoꝝ. ⁊ quoſdā de ſemine regio. pulcriores inter eos ⁊ doctiores q ſtare poſſent i palatio regis: vt ait ioſeph⁹. caſtrauit qđ ēt alijs gentib⁹ quas vaſtauerat feciſſe dinoſcitur. Et tradidit eos ꝑ

poſito eunuchoꝝ: ⁊ fecit eos erudi
ri ꝓuincialibꝰ lr̃is p̄iter ⁊ chalde-
is. Eſt aũt chaldea lingua eadẽ q̄
⁊ ſyra ꝓpinqua hebꝛee. ⁊ iuſſit eis
miniſtrari cibos d̾ mẽſa ſua. Fue-
runt autẽ inter eos quattuoꝛ opti
mi de filijs iuda. daniel. ananias.
miſahel. et azarias. et mutauit eis
rex noĩa. ⁊ dicti ſunt balthaſar. ſy-
drach. miſach. ⁊ abdenago. Bal-
thaſar ãt erat nomẽ regij generis:
qḋ ĩpoſuit danieli vt dr̃ epiphani-
us: eo ꝙ iam cogitaret de eiꝰ ado-
ptione. Iſtis quattuoꝛ p̄poſitus
eunuchoꝛũ ſpecialẽ poſuit ꝓcura
torẽ malazar. Hi ꝓpoſuerũt nõ cõ
taminari cibis gentiliũ. Sꝫ cũ co-
geret eos malazar edere de cibis:
ne viderent̃ corã rege ceteris exili
oꝛes: dixerũt ad eũ. Tenta nos ob-
ſecro diebꝰ decem. et da nobis le-
gumina ⁊ aquã ⁊ poſt hec ꝯtẽpla
re vultus nr̃os. ⁊ reliquoꝝ q̄ veſcũ
tur cibo regio. ⁊ ſicut videris ſic fa-
cias nobiſcũ. Poꝛro malazar tol-
lebat cibaria ⁊ vinũ eoꝛũ: ⁊ dabãt
eis legumina. Propt̃ hoc aĩe eoꝛũ
erãt limpide. nõ hebetes ꝓpt̃ mul-
titudinẽ ciboꝝ. nec cõfuſe ꝑ varie
tate ⁊ coꝛpoꝛa eoꝛum laboꝛibꝰ ap-
tioꝛa. ⁊ ſubito facti ſunt eruditi. qꝛ
dedit eis dominꝰ ſciam ⁊ diſcipli-
nam: ⁊ p̄cipue danieli ĩtelligẽtiã
viſionũ ⁊ ſomni
oꝛũ. Et exactis
tribꝰ ãnis ſtatu
ti ſũt in ꝯſpectu
nabuchodono-
ſoꝛ. et de oĩbꝰ q̄
ſciſcitatus ẽ rex
ab eis: inuenit ĩ
eis decuplũ ſuꝑ cunctos ariolos ⁊
magnos q̄ erãt in regno eius. Et
fuit daniel in ho
noꝛe ĩ chaldea:
etiã vſqꝫ ad da-
riũ ⁊ cyrũ. Hic
terminatur pri-
ma daniel peri-
copa. Sequun-
tur aũt. ix. vel. x.
q̄ viſiones danie
lis dicunt̃ eo ꝙ
in eis vel ip̄e ali
q̄d viderit. vel vi
ſũ ab alio expla-
nauerit

Additio.
Nota qꝛ multi-
tudo ciboꝛũ he-
betat. varietas
confundit inge-
nium.

Additio.
Qui regñbãt ſu-
ꝑ medos ⁊ ꝑſas
q̄ ⁊ deiecerũt re
gnũ babylonis.

Additio.
Prima diſtin-
ctio que nõ dr̃ vi
ſio. Hiero. enim
ꝑ. x. diſtinctiões
diuiſit. nõ dico
libꝛos.

❡ Prima viſio danielis.
Capitulum. ii.

Anno in anno A Dañ. ij.
ſecundo regni ſui vidit
nabuchodonoſoꝛ ſom-
niũ et cõterritꝰ ẽ ſpiri
tus eiꝰ: et effugit ab eo ſomnium.
Nec eſt intelligẽdus ſecũdus an-
nus regni ab oꝛigine: ſed a cõſum
matiõe. Cõſummatũ aũt eius re-
gnuꝫ dicit̃. poſtq̄ ſubiugatis ſibi
nationibꝰ reliquias iſrael duxit ab
egypto. Conuocauit ergo rex cõ-
tectoꝛes chaldeoꝛũ: ⁊ dixit ad eos
Uidi ſõniũ: ſed ignoꝛo quid viderĩ
Qui reſponde-
rũt ſyriace. Di-
cat rex ſomniuꝫ
ſeruis ſuis. ⁊ in-
terp̄tationeꝫ eiꝰ
indicabimus.
Et ait rex. Niſi
ſomnium ⁊ eius
coniecturam in-
dicaueritis mi-
hi peribitis: et domus veſtre pu-
blicabuntur. Et dixerunt. Non
eſt homo ſuper terram qui ſermo-
nem tuum poſſit implere exceptis
dijs: quoꝛum conuerſatio non eſt
cum hominibus. Tunc precepit
rex in ira magna vt interficeren-
tur omnes ſapientes babylonis.
Et querebatur daniel et ſocij eius
vt perirent. Quod cum acce-
piſſet daniel: ingreſſus rogauit
regem vt daret ei tempus ad ſo-
lutionem per vnam noctem tãtũ.

Additio.
Hucuſqꝫ ſcp̄tꝰ ẽ
liber hic hebꝛai-
ce. deinde chal-
daice vſqꝫ ad vi-
ſioneꝫ quam vi-
dit in ſuis ſub
balthaſar.

vt dicit ioſeph⁹. Et ingreſſus da
niel ad domū cum ſocijs ſuis ora=
uit deum. ⁊ per viſionez noctis re
uelatum eſt ei myſterium. ⁊ bene=
dicens deum: ingreſſus eſt ad re=
gem. Et ait ad eum rex. Poteris
ne mihi ſomnium indicare ⁊ inter
pretationem eius. Qui reſpondit
Non poteſt hoc homo: ſed eſt de=
us in celo reuelans myſteria: qui
indicauit tibi que ventura ſunt in
nouiſſimis temporibus. Viſiones
capitis tui. id eſt cordis tui he ſūt
In corde eni eſt ſapientia ſm euā
gelium: non in capite ſcd'm phm.
Tu cogitabas in ſtratu tuo quis
poſt te mundi teneret principatū:
⁊ oſtendit tibi deus regnaturos.
Videbas coram te ſtatuam gran=
dem ⁊ terribilē: cuius caput ⁊ col
lum erat ex auro. collum ⁊ brachi
um de argento. venter ⁊ femora ex
ere. tibie aūt ferree. pedum quedā
pars ferrea. quedam fictilis. Et
abſciſus eſt lapis de mōte ſine ma
nibus: ⁊ percuſſit ſtatuam in pedi
bus ⁊ contriuit eam. ⁊ redacta eſt
in fauillā que rapitur vento: ⁊ nō
eſt inuētus locus eius. Lapis aūt
factus eſt mons magnus ⁊ imple=
uit vniuerſam terram. Nunc audi
rex interpretationē ei⁹. Tu es ca=
put aureū cū his qui ſuccedēt tibi
Et poſt hoc conſurget regnū aliud
minus te. qd intelligendum eſt de
regno medoꝝ ⁊ perſarū tanꝗ per
duo brachia per que deiectum eſt
regnum babylonis. Et regnū ter
tium aliud eneū: qd imperabit vni
uerſe terre qd intelligendum eſt d
regno grecoꝝ. qd vocalius. i. nola
tius fuit ceteris. vel ꝓpter eloquē
tiam grecorum. vel propter famā
alexandri. Et quartum regnū erit
quaſi ferreum. quia ſicut ferrū do
mat oīa metalla: ſic illud conteret
omnia hec. qd intelligendū eſt de
imperio romanorum. Porro q2 vi
diſti partem pedū teſteā: ptē ferre
am: ſicut ferrum non poteſt miſce
ri teſte: ſic erūt in eo ciuiles diſco
die: ⁊ pars ſolidabitur. pars alte=
ra contereretur. Tunc ſuſcitabit de⁹
regnum celi quod comminuet vni
uerſa regna hec: ⁊ ſtabit in eternū
Super hoc dicit ioſephus Signi
ficauit ⁊ daniel regi de lapide. qd
michi non placuit indicare. Hoc
autem referunt hebrei ad regnum
ſuum quod expectant. Tunc rex
cecidit ī faciē ſuam ⁊ adorauit da
nielem dicens. Vere deus veſter
deus deorum eſt. Et dedit dani=
li principatum ſuper omnes pro=
uincias babylonis ⁊ ſuper cūctos
ſapientes. Obtinuit autem dani=
el a rege vt tres ſocij eius pricipa
¶ De ſecunda vocatione diſcipulorum. Cap.xlj.

A Luce.v.

CUm autẽ turbe irruerent in eũ.vidit duas naues ſtãtes ſecus ſtagnũ: ꝛ aſcendens in vnã que erat ſimonis. puſillum reductꝰ a terra docebat de nauicula turbas. Ut autẽ ceſſauit loqui ait ad ſimonẽ. Duc in altum ꝛ laxate retia in capturã. Quo facto ꝯcluſerunt multitudinẽ piſciũ tantam ꝙ fere rumpebatur rete. et innuerũt ſimon ꝛ andreas filijs zebedei qui erant in alia naui: vt venirent ꝛ iuuarent eos. ꝛ impleuerunt ambas naues: ita vt fere mergerẽtur. Quod vidẽs ſimõ petrꝰ ꝓcidit ad genua ieſu ꝛ ait. Exi a me domine qꝛ peccator ſum. Cui dñs Noli timere:qꝛ ex hoc eris homines capiens: ꝛ ſubductis ad terram nauibꝰ.i.locatis aĩo redeundi ad eas: ſecuti ſunt eũ aliquãtulũ: ꝛ iterũ redierũt ad ſua.

C Mar.j.

¶ De eo ꝙ dñs legit in nazareth. Cap.xlij.

B Luce.iiij.

IEſus autẽ venit in nazareth ꝛ die ſabbati quando plures conueniebant intrauit in ſynagogã vt plures doceret. Et cum legiſſet in eſaia. Spũs domini ſuper me ꝛc̃. dixit.qꝛ hodie completa eſt ſcriptura hec in auribus veſtris.q.d. Ego ſũ de quo ſcriptũ eſt hoc. ꝛ oẽs intendebant in eum.

A Yſa.lxj.

¶ Qꝫ diſcipuli baptizabant et Joannes. Cap.xliij.

A Johan.iiij.

POſt hec venit ieſus ꝛ diſcipuli eius ĩ iudeã.terram ꝗ ſcꝫ ſpecialiter a ſorte iude vĩ a regno duarũ tribuũ ſpecificato vocabulo iudea dicebat. ꝛ morabat ibi cũ diſcipulis ꝛ baptizabat.i.ꝫ nõ ipſe ſꝫ diſcipli eius baptizarẽt. Sed vtrũ baptiſmo ioannis vel xpi incertũ eſt. Erat aũt ioãnes baptizãs in ennõ iuxta ſalim: qꝛ aq̃ multe erãt ibi. Nondũ eñ miſſus fue

rat i carcerē ioannes. Salim ꝓo ē oppidū vltra iordanē ſitū vbi oliꝫ melchiſedech regnauit. Mittebat ēt ioānes multos venientes ad ſe ad ieſuꝫ. Inde turbati diſcipli ioānis dixerūt. Rabbi: q̄ erat tecuꝫ trans iordanē cui teſtimoniū ꝑhibuiſti: ecce hic baptizat ⁊ oēs veniūt ad eū. Quoꝝ retundēs inuidiā ioannes ait. Dixi vob̄: qꝛ non ſū ego chřs. ſed qꝛ miſſus ſum añ illū. q̄ de surſum venit ſuper oēs ē. Me ꝙ opoꝛtet minui: illū aūt creſcere. Ut aūt cognouit ieſus inuidiā illoꝝ aſcendit ad diē feſtū paſce: de q̄ ſupra dictū eſt. Sꝫ ⁊ ibidē: qꝛ ꝑſenſit oꝛtaꝫ in ſe phariſeoꝝ inuidiā maxime cū audiſſet ioannē traditū in carcerē: reliqt iudeā ⁊ iterū abijt i galileā.

D Joh.iij.

¶ Cur Ioānes incarceratus eſt. Capitulum.xliiij.

C Marci.vj. D Luce.iij.

ARguebat eniꝫ herodē ioānes ꝓpᵗ herodiadeꝫ qꝛ ſm̄ legem quā receperat: non licet ffem hr̄e vxorē fratris eo viuente. Sup mattheū legiᵗ ꝙ herodias filia erat regis arethe: quā auferens philippo oꝛtis inter eos qbuſdā ſimultatib⁹ in odiū philippi dederat fratri herodi. qꝛ ⁊ ffes inuicem erāt inimici. Ioſephus tradit herodiadē fuiſſe filiā ariſtoboli quē occiderat cū fratre ei⁹ alexandro. pater eoꝝ herodes. ⁊ ita ſoroꝛ erat herodis agrippe quā auus ſu⁹ herodes dederat herodi filio ſuo vxorem. Dicit eñ aliū fuiſſe herodē ꝑter tetrarcham: quē pater ſuſceperat de filia ſimonis ſacerdotis. Philippū ꝓo iā mortuū cū gaius regnare cepiſſet. Forte ⁊ hic herodes noïabatur philippus. qꝛ binomius. ⁊ ita virū eius queꝫ ioſeph⁹ vocat herodē: euāgeliū vocat philippum. Uel foꝛte ꝑus nupta herodi: poſt nupta philippo. Herodes vero tetrarcha vxorem habebat filiam arethe regis damaſcenorū. Qui rhomā iter faciēs tranſiens ꝑ fratreꝫ ſuū. ſecreto pepigit cum vxore fratris ꝙ in reditu ſuo repudiata vxore ſua duceret eam i vxoreꝫ. Quod tamē nō latuit vxorem ipſi⁹ herodis q̄ non expectās reditum viri ſui feſtinauit ad patrem. Herodes autē rediēs abſtulit herodiadem fratri ſuo. ⁊ factus eſt inimic⁹ arethe ⁊ philippi. Super quo cū argueret eum ioannes. ſuggeſtione herodiadis miſit eum in carcerē. ¶ Quod cū audiſſet ieſus venit ⁊ habitauit i capharnaū in finibus zabulon ⁊ neptalim.

herodias ariſtoboli filia

B Math.iiij. E Luce.iiij.

¶ De tertia vocatione diſcipulorum. Capitulum.xlv.

C Math.iiij. B Marci.j.

AMbulans aūt iterū ieſus iuxta mare galilee vidit duos fratres ſimonē ⁊ andreaꝫ fratrē ei⁹ mittētes retia in mare ⁊ ait illis. Uenite poſt me faciā vos fieri piſcatores hoīm. At illi cōtinuo relictis retib⁹ ⁊ naui ſecuti ſūt eum oīno. Et ꝓcedens inde vidit duos alios fratres iacobum et ioannem reficientes retia ſua cum zebedeo patre eoꝝ: ⁊ vocauit eos Illi autem relictis retibus ⁊ patre ſecuti ſūt eū omnino. ¶ Et cū trāſiſſet inde ieſus vidit mattheum q̄ ⁊ leui dictus eſt filiuꝫ alphei: ſedētem ad teloneum ⁊ ait illi. Sequere me. Qui relictis omnibus ſecutus eſt eum. Telos grece latine vectigal. Iſte ergo erat publicanus. id ē publica negotia amminiſtrās que ſine peccato aut vix aut nunq̄ amminiſtrantur. Et nota a quib⁹ et qualibus oꝛta eſt eccleſia ne ſi a ſublimibus oꝛta eſſet. ꝟtus fidei ſciētie eoꝝ. ⁊ potentie aſcriberetur De vocatione reliquoꝝ determinatum non habemus.

B Math.ix. F Luce.v. C Marci.ij.

¶ De aperta predicatione et miraculis domini.

Capitulum.xlvj.

B Math.iiij. A Luce.xxiij. A ysa.ix.

ET aperte exinde predicabat dicens. Pñiaz agite: appropĩquabit eñ regnũ celoruz. Vñ ⁊ post dixerũt sacerdotes ad pilatũ. Cõmouit vniuersaz iudeã incipiẽs a galilea vsq3 huc. et sic impletũ est illud esaie. Prĩo tẽpore alleuiata ẽ terra zabulõ ⁊ t̃ra neptalim. Vñ et pmitius cõuersi a dño: q2 fuerũt de finib⁹ illis: dicti sũt pncipes zabulon ⁊ pncipes neptalim. Esaias siqdẽ ꝓphauit ꝺ captiuitate decẽ tribuũ q̃ in tribub⁹ illis inchoata ẽ. Nihilomin⁹ tñ et de alleuiatiõe ab onere pcti futura in ptib⁹ ill' ad pdicatiõez chri pdixit.

D Math.iiij.

¶ Et circũibat iesus totã galileã docẽs i synagogis eorũ. ⁊ sanãs oẽm languorẽ in pplo: ⁊ abijt opinio ei⁹ in totã syriã. Est aũt syria omis regio ab eufrate vsq3 ad mare magnũ. a cappadocia vsq3 in egyptũ: cõtinẽs inter alias puincias palestinã in qua iudei habitabãt. Vñ ⁊ sup psalmos. thabor et hermon dicunt mõtes syrie. Qñq2 vo sic legit syria q nullũ includit partẽ iudee. Et secuti sunt euz turbe multe diuersarũ regionum. Quas cum vidisset iesus ascendit in montem.

¶ De electione duodecim apostolorum. Capitulum. xlvij.

A Math.x. B Marci.iij. C Luce.vj.

ET cũ sedisset vocauit ad se q̃s voluit ipse: ⁊ fec vt essent cũ illo. xij. q̃s ⁊ aplos. i. missos noĩauit. Simonẽ quẽ agnoĩauerat petrũ: ⁊ ãdreã fratrẽ ei⁹. iacobũ zebedei ⁊ ioãnem fratrẽ ei⁹. Et iposuit his duob⁹ noĩa boanerges id ẽ filios tonitrui. q2 vn⁹ eoꝝ itonuit dicẽs In principio erat verbum. Et ambo sepe terrificã vocem patris audire meruerunt. Philippuz ⁊ bartholomeum. thomam ⁊ matheum publicanum. iacobum alphei. ⁊ tadeuz fratrẽ ei⁹: qui ⁊ iudas cognoiat⁹ est. quẽ lucas iudã iacobi vocat: qui tertio nomine dictus est lebeus. simonẽ cananeum ⁊ iudem scariothem. In ho catalogo nomina aplorũ cõbinata quasi parium ponũtur nõ satis nota cã.

¶ Quare vero iacobus alphei posterior numeretur iacobo zebedei et minor dicat ⁊ ille maior cũ pogatiua sctitatis sue fact⁹ sit ab apostolis postea archieps hierrosolymorũ: et senior illo fuerit: merito queritur.

¶ Ad qd melius videndũ dicim⁹ q anna mortuo ioachim. de quo susceperat mariã virginem data est in vxorez ioseph genero suo cleophe frt ipsius ioseph ꝺ quo post susceptã filiaz vocatamq3 mariam dedit in vxorem alpheo ꝺ qua nati sunt alpheo quattuor consobrini domini. iacobus. simon. et iudas apostoli. ⁊ ioseph qui ⁊ barsabas. qui pro iuda post cum mathia electus fuit. Et hi quattuor p ceteris cõsanguineis dicti sunt fratres domini: quia nõ solum cognati: sed ⁊ agnati eius putabantur tã q̃ ex duobus fratribus ioseph et cleopha descẽdentes. Inter quos tamen quasi antonomatice iacob⁹

Additio.

Ante electionẽ apostoloꝝ qdaz ponũt de sanatiõe demõiaci i synagoga apud marcũ ⁊ ꝺ socru petri: ⁊ de sanatione multoꝝ in vespera. ⁊ ꝺ scriba q accessit in via. ⁊ de dormitiõe christi i naui. ⁊ de demõiacis gerazenis. ⁊ ꝺ paralytico demisso per tectũ. et de vocatione matthei. ⁊ ꝺ cõuiuio leui. ⁊ ꝺ filia iairi. ⁊ emorroissa. et duob⁹ cecis. ⁊ demõiaco muto. de quĩbus solus mattheus.

Additio:

Non fuit anna nazarea. sed de sephori. circiter duo miliaria a nazareth.

dictus eſt frater dñi. qꝛ ꝙ̄ſimillim⁹ fuit ei in facie. Item mortuo cleopha anna nupſit viro tertio. ſcꝫ ſalome. ſusceptâqꝫ ex eo filiã ſicut et alias prius vocauit mariã. Et hãc duxit zebedeus. Habuitqꝫ ex ea filios iacobuꝫ maiorẽ ⁊ ioannem. q licet poſterior natu: maior tamẽ dictus eſt qꝛ ꝑus vocatus eſt a domino: et ꝑus adheſit ei. Nõ romana ſeruat eccleſia vt ſinguli in ordinibus ſuis ꝑores ſint prius ordinati. ita dicit Hieronymus. Alij ꝟo videntes mulieres agnomiari ſolere a nominibus virorũ. vt marcia cathonis: dixerũt priorib⁹ viriſ mortuis: has duas marias nupſiſſe cleophe ⁊ ſalome. vl' ꝑores viros fuiſſe binomios. ⁊ dictũ zebedeũ cleopham. alpheum ſalomam.

¶ De ſermone domini in monte. Capitulum. xlviij.

Ec eleuatis ocu lis .i. diſcipulos docebat eos dicẽs. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſoruꝫ eſt regnũ celorũ ⁊c. Hunc ſmõeꝫ matthe⁹ ⁊ lucas varie narrant. Ob hoc quidam tradunt dominũ prius eũ feciſſe diſcipulis in ſupcilio montis ſedendo. poſt i latere montis cõiter diſcipulis ⁊ turbis ſtando. Alij ꝟo tradũt non niſi vnũ ſermonẽ factũ cõiter diſcipulis et turbis. Quod autẽ horũ verũ ſit: non multum intereſt nos ſcire. ſicut nec ſcire intereſt. an mõs in quo hec facta ſũt fuerit thabor: an alius mons i galilea. Sermonem quidem hunc a domino ad diſcipulos factum legimus in mattheo. luca tantum. A Math. v. C Luce. vj.

Additio.
Sꝫ dr̃ ꝙ ſecũdo miliario a capharnauꝫ eſt deſcenſus montis vbi factus ẽ ſermo domini ⁊ leproſus mũdat⁹.

¶ De oratione dominica. Capitulum. xlix.

Huic ſermoni interſeruit dominus orationem dominicã: que octo ptea habet. Pria eſt captatio beniuolentie: quam ſequuntur ſeptem petitiones ⁊ diriguntur ad deum patrem. a quo petimus nobis dari panem noſtrum ſuperſubſtantialem. id eſt filium. Nam ⁊ chriſt⁹ docuit nos ad petẽdum a patre in nomie ſuo. Tres ꝑme petitiones ſpectant ad vitaꝫ futuram. Sicut ſanctificetur. id ẽ firmetur in nobis nomẽ tuũ. In hac vita quaſi mobile eſt nomẽ patris ad filios. quia et iudas quandoqꝫ fuit dei filius quãdoqꝫ non ꝓ qua etiam poſſibilitate mouenda dixit apoſtol⁹. Ne forte cum alijs predicauerim ipſe reprobus inueniar. In patria enim apparebunt filij: et immutabiliter erit deus pater eorũ. Adueniat. id eſt ad te videndum veniat regnum tuum: vt ſit regnuꝫ in regno. Fiat voluntas tua ſicut in celo. ⁊ in terra. quaſi ſicut celeſtis eccleſia nihil poteſt velle niſi quod ſcit te velle. ita ⁊ illa que adhuc militat in terra addicatur voluntati tue. Quattuor que ſequuntur: ad militiam huius vite ſpectãt. ſcꝫ panem noſtruꝫ ſuperſubſtantialem da nobis hodie id eſt chriſtum qui eſt ſuperſubſtantialis. id eſt ſuper omnes ſubſtantias. ⁊ eſt panis noſter in altari. Vel ſunt due dictiones. ſuper ſubſtantialem. ⁊ eſt ſenſus. Da nobis hodie. id eſt in preſenti tempore panem noſtrum. id eſt chriſtuꝫ. qui ꝓprius eſt fidelium et hoc ſup panem. id eſt preter panem ſubſtãtialem. id eſt neceſſarium ad ſuſtẽtationem. quaſi da nobis vtrunqꝫ panem anime et corporis. Lucas poſuit quotidianum. quod de viatico tantũ exponitur. Grecus habet epiuſion. Hebreus vero ſogolla. id eſt ꝑcipuum vel egregiũ vel peculiareꝫ. Ob hoc forte lucas vi- B Math. vj A Luce. xj. D j. cori. ix.

dens mattheum dixiſſe ſogo lla. qđ ſonat peculiarē dixit quotidianū. Grecus vero interpres matthei. qꝛ vidit cū dixiſſe ſogolla. qđ ſonat egregium. dixit epiuſion. Treſq̄ ſequunt̄ patēt: Amē. Hebreus in fine ponit vnū ex his tribus. amē. ſela. ſalem. que ſonant vere. ſemper pacem.

¶ Qꝫ diſcipuli miſſi ſunt cum poteſtate curādi. Capitulum. l.

A Math. x. B Marci. iij. A Luce. ix.

Cum cōſumaſſet ieſus ꝑ ba hec ↄuocatꝫ diſcipul. xij. dedit eis ptātē eyciēdi ſpūs immūdos: ꝛ curādi oēm īfirmitatē. ꝛ miſit eos ꝑdicare regnū dei: ꝛ ait. Nihil tuleritis ī via. nemīnē ſalutaueritꝫ .ſ. ſic alij: q̄ non ex ſtudio optādi ſalutē cōſueuerīt tm̄ ſalutare. In viaꝫ gentium ne abieritꝫ nec in ciuitates ſamaritanorum īntraueritis. gratis accepiſt: gratis date. Non portabitis pecuniā: nō panē: nō duas tunicas. i. ſuperfluas. nō calciamenta: nō virgam. Secundum marcū vero ſoleis vl ſandalijs vti iuſſi ſūt. id eſt peronibus et virgam ferre: que ꝑ poteſtate accipiendi neceſſaria ponitur. Ecce mitto vos ſicut oues in medio luporum. qui vos

Additio. Inde eſt ꝙ dracꝰ ſeqtur. iij. die rogationum. Hic primo deſtruit̄ poteſtas diaboli: cuꝫ homini daꝛ poteſtas ſuper eum.

Additio. Inde eſt ꝙ diaconꝰ ſumpto codice ď altari ſub ſilentio trāſit īclinās donec in ambone ſalutat populum quaſi intrās domum cui offert paceꝫ Nec portat puluinar. id eſt ſolacia vite: ſed aliꝰ fert ei. Nec obeſt ꝙ puluinar ſignificat onus euangelij leue. Forte ideo eſt ꝙ diaconus nō dicit Dominꝰ vobiſcum niſi cum legit euangeliū:

recipit me recipit. niſi raro. Raro dicitur ꝑpter diaconos cardinales. vel benedictionem cerei.

¶ De curatione leproſi. Capitulum. lj.

A Math. viij. B Marci. i. C Luce. v.

Cum autem deſcēdiſſet ieſus de mōte tetigit leproſum quaſi iam ſolutꝰ figuras: ꝛ ſanauit eum dicens. Volo. Mūdare. Et addidit. Vide nemini dixeris. quaſi dicat. Vide q̄ manifeſte et plene mundatus es. Nemini dixeris. id eſt nemini neceſſe habes dicere adeo res euidēs eſt. ſed oſtende te ſacerdoti: ad cuius arbitrium reuocandus es. Ecce alios nondum docet ſoluere legem ſanatus tamen vbiq̄ꝫ predicauit.

¶ De ſeruo cēturiōis. Capꝫ. lij.

A Math. viij. A Luce. vij.

Cum autem intraſſet capharnaum rogauit eum centurio per interuentum ſeniorum iudeorū vt ſanaret puerum eius paralyticuꝫ. Et ait iheſus. Veniam et curabo eum. Venit autem potentia ſanandi non corpore. ꝛ ait centurio. non ſum dignus vt intres ſub tectum meum ſed tantum dic verbo ꝛ ſanabitur puer meus. quia et ego ſolo verbo per miniſtros meos operor. Forte idola habebat in domo et immunda iudeis. Et ſequentibus ſe ieſus dixit. Non inueni tantam fidem in iſrael. ſubaudi. huiꝰ temporis. Nec includuntur in nomine iſrael ſeq̄ntes eū: qꝛ ad eos loq̄bať: quātā in hoc gentili. Et ſanatꝰ eſt puer in illa hora. ¶ Et ingreſſus ſynagogam ſabbato docebat eos ꝛ ibi eiecit ab homine ſpm̄ immundū clamantem. Quid nobis ꝛ tibi ieſu nazarene? Veniſti perdere nos ſcio ꝙ ſis ſanctus dei.

C Marci. j. F Luce. iiij.

¶ De ſocru Petri.

Capitulum. liiij.

B Math.viij C Marci.j. F Luce.iiij.

ET cum veniſſet ieſus i domū petri quā forte habebat i caphar naum ꝑ vxorē ipſe enim erat de be thſaida: ad petitionem diſcipuloꝝ ſanauit ſocrū petri febricitantem.

¶ De filio vidue. Cap.liiij.

B Luce.vij. CUm autē iret in ciuitatē naym que eſt i galilea: ſuſcitauit ante portaz filiū vidue tangendo feretrū ⁊ dicendo. Tibi dico ſurge. ¶ Veſpere facto obtu lerunt ei energuminos ⁊ male ha bentes ⁊ ſanauit omnes: ⁊ voluit ire trās fretum. ¶ Et dixit ei vnꝰ ſcriba. Rabi: ſequar te quocunqꝫ ieris Volebat ſequi dn̄m vt diſce ret ſigna facere ad lucrū. ⁊ ideo nō auditur a dn̄o. Dixit autem domi nꝰ alteri Sequere me. Qui reſpō dit. Dn̄e ꝑmitte me primum ſepeli re patrē meū. Cui ieſus. Dimitte mortuos i peccatis. ſ. ſepelire mor tuos ſuos. Tu vade annuncia re gnum dei. Non prohibuiſſet dn̄s ieſus hunc a ſepultura ſi nō eſſent alij qui ſepelirent. ¶ Et ait alter. Sequar te dn̄e: ſed primū ꝑmitte me renunciare his qui domi ſunt. Cui ieſus. Nemo mittēs manum ad aratrū ⁊ reſpiciens retro aptꝰ eſt regno dei.

B Math.viij

B Luce.vj.

B Luce.ix.

¶ Qꝫ excitatus imperauit vētis ⁊ mari. Cap.lv.

D Math.viij B Marci.iiij. D Luce.viij.

TUnc aſcendit ieſus in nauiculā cum diſcipulis ſuis ⁊ dor miuit in puppi ſuper ceruical ⁊ orta tempeſtate excitatꝰ a diſcipulis impauit vento ⁊ mari dicēs. tace ⁊ obmuteſce. ⁊ ceſſauit tempeſtas. Non per errorem here ticorum imperauit eis tāqꝫ animā tibꝰ; q occaſione hmōi verboꝝ ꝙ oīa legunt obedire deo. dogmati zauerūt oīa alata eē. Sꝫ dicuntur ei obedire inanimata. qꝛ ſolo ꝟbo facit d his que vult. ſm quē loquē di modū ſolet dici: materia lāguo ris obediēs vel iobediēs medicīe.

¶ De duobꝰ obſeſſis a legione.

Capitulum.lvj.

CUm autem ve niſſet trans fretuz i re gionem geraſenorum q eſt ꝯ galileā occurre runt ei duo arreptitij ſeui nimis: quoꝝ vnꝰ adorauit ⁊ dixit Quid nobis ⁊ tibi ieſu fili dei. Veniſti an̄ tp̄s torquere nos. Neſciebant demones eū dei filiū: ſed ſuſpica bant ꝑ miraculis ⁊ teſtimonio pa tris Torqueri autē ſe dicebāt: qꝛ cogebant exire ⁊ ceſſare a leſione. Dicebat ei illi ieſus. Exi ſpūs im mūde. Sciebāt aūt i iudicio ſe tor quēdos in abyſſū. Cūqꝫ dn̄o q̄ren ti nomen ſuū: dixiſſet. ſe vocari le gionē. non ꝙ ſic vocaret. ſed. q. d. Fruſtra queris nomē. qꝛ plures ſu mus. rogabāt eū vt mitteret eos i gregē porcoꝝ q iuxta paſcebant. Et intrātes porcos ꝑcipitauerūt eos i mare Indigene aūt rogaue rūt eū vt trāſiret a finibꝰ eoꝝ Cū qꝫ aſcēderet nauim ſanatū lꝫ roga ret noluit ſecū ducere Et redijt ca pharnaū: quā mattheus vocat ciui tatē ſuā nō origine: ſꝫ gēte. qꝛ q̄li bet ciuitas galilee pōt dici ciuitas galileoꝝ. ¶ De paralytico de miſſo per tectum. Cap.lvij

A Marci.v. E Luce.viij.

A Math.ix.

A Math.ix. A Marci.ij. D Luce.v.

ET ſanauit para lyticū an̄ ſe demiſſum ꝑ tegulas. ꝑmo remittēs pctā eiꝰ que fuerāt cauſa morbi. qꝛ qd ob cām fit: ceſſāte cā ceſſare de bet effectus. Et ꝓpter ſcribas et phariſeos q putabāt eum blaſphe maſſe dixit paralytico vt ſurgeret ⁊ tolleret lectum ſuū: ⁊ ſurrexit et tulit ⁊ abijt. Quia ergo conſtat ꝙ pro peccatis q̄nqꝫ egrotat homo. medicus viſitans egrū ꝑmo dꝫ eū

moneſ ad pñiaz ⁊ ꝯfeſſionē: ne peccato manēte tāq̄ ferro in vulnere fruſtra ſit malagma apponere.

¶ De puteo ſamaritane. Ca.lviij.

A Johā.iiij. Cum aūt aſcēdiſſet i iudeā ⁊ iteꝫ rediret i galileā oportebat eū trāſire p ſamariā id eſt p regionē cuiꝰ caput fuerat ſamaria. Ciuitas ꝗ nomē antiquū amiſerat: ⁊ dicebaſ ſebaſte. ſꝫ regio nomē illꝰ retinuerat. Veniens aūt iuxta ſicheꝫ q̄ corrupte ſichar diceba tur. ⁊ erat puteꝰ in predio quod emit iacob a rege emor. qḋ ⁊ dedit filio ſuo Joſeph. Et fatigatus ex itinere ſedit ſup puteum iacob: q actenus ſic vocatꝰ fuerat ex euentu q ſequiſ: pꝰ agnoiatꝰ eſt puteꝰ ſamaritane.

Additio.
Sichem mō dſ neapolꝰ q̄rto miliario a ſebaſte diſtans. In ea iuxta fonteꝫ fecit ieroboam vitulos quos poſuit in bethel et in dan: qḋ ē vno miliario a ſichē

Sūt q dicūt locū illū eſſe vmbilicū terre nſe habitabilis. qꝛ ſinglis ānis q̄dā die eſtatis meridiana hora ſol deſcēdit in aquā putei nuſq̄ faciens vmbraꝫ. qḋ phi apḋ ſienem fieri tradiderūt. Ideo eſt dictum putant in deuteronomio. Cōſtituit eū ſup excelſā

D Deu.xxxij. terram. Fuerunt aūt diſcipuli i vrbē vt cibos emerēt: venitq̄ mulier haurire aquā. q̄ dño petenti potuꝫ quaſi notans euꝫ: dixit iudeos nō couti ſamaritanis. cognoſcens ex fimbriis pallij dominum iudeum eſſe. Tranſlatis decem tribubus: rex aſſyriorum miſit perſas ⁊ aſſyrios ad incolendam ſibi terram. Qui ob metum feraꝝ libros moyſi receperant et legitima terre: nec tamē ceſſabant ad idolatria. Qui primo cuthei vocati ſunt a fluuio perſarum. tunc autem ſamaritani dicebanſ quaſi medij inter iudeos ⁊ gentes. Quandoq̄ tamen iudei vocauerunt eos iacobitas. id ē ſupplantatores. quia terram fratrum ſuorum que eos ꝯtingebat eis ſupplantauerant. Horum cibis ⁊ vaſculis non vtebantur iudei. Cumq̄ colloquendo cum ieſu: accepiſſꝫ ab eo ꝙ quinq̄ viros habuerat: et ſexti erat concubina: ait. Video qꝛ ꝓpheta es tu. ⁊ ſtatim queſiuit determinationem queſtionis que inter ipſos ⁊ iud[...] [v]erſabatur. Dicebant enim iudei proprium locuꝫ adorandi eſſe hieruſalem ⁊ tēplū. Samaritani vero montem gazarī in quo antiqui patres adorauerūt. Jeſus autem dixit tempus veniſſe in quo nec in hieruſalem nec in mōte illo adorarent homies. quaſi dicat. Non prefero locuꝫ loco in adorando. Vbiq̄ enim adoretur deus tantum in ſpiritu et veritate. id eſt ex dilectione que eſt a ſpiritu. ⁊ ꝓ his qui vere ſunt. id eſt pro eternis Cui mulier. Scio ꝙ meſſias venit id eſt in proximo eſt vt veniat. Forte ⁊ ſamaritani ſigna aduentus domini notauerant. Meſſias hebraice. chriſtus grece. vnctus latine. Punice quoq̄ meſſe: dicitur vnge. Lingua enim punica ⁊ ſyra affines ſunt hebree. Dicit ei ieſus. Ego ſum qui loquor tecum. Reliquit mulier hydriam ⁊ abijt in ciuitatem monēs ciues egredi ad videndum hominem qui dixerat ei q̄cunq̄ fecerat: ⁊ dicebat. Nunquid hic eſt chriſtus. Timuit aſſerere qḋ audierat ⁊ credebat ne viri idignarentur a muliere doceri. Ciuibus vero egredientibus vocauit diſcipulos ieſus: et ait. Segetes paratas ad meſſem. id ē paratos ad credendum: cum tamen adhuc ſupereſſent quattuor menſes ad meſſeꝫ. Unde perpēditur hyemis tempore hoc factum. Jeſus autem ad petitionem eorum intrauit vrbem et manſit ibi aliquot dies ⁊ multi crediderunt in eum.

De filio reguli. Capitulũ.lix.

F Johã.iiij.

Venit autẽ iterum in Cana galilee a iudea i quaz aſcẽderat Et erat ibi qdã regulus. id eſt de potẽtiorib⁹ terre ſub rege: cui⁹ filius infirmabat non in Cana ſed in capharnauz. Et rogabat dñm vt deſcenderet et curaret filium ſuum. Qui redargut⁹ eſt a dño. qꝛ non credebat eũ poſſe ſanare niſi corpali pñtia et tactu. Et iõ dũ inſtaret ille: ait ei. Uade filius tuus viuit. ꝛ ſic abſens ꝟbo ſanauit eũ. Deſcẽdẽs qꝫ pater cũ cognouiſſet filiũ ſanatũ in hora verbi domini: credidit ipſe et dom⁹ eius tota. Creditur iſte fuiſſe iudeus: qꝛ dixit ei dñs. Niſi ſigna ꝛ prodigia videritis non creditis. Judei enim ſigna querunt.

De cõuiuio leui. Capitulũ.lx.

F Luce.v.

Et fecit ei leui cõuiuiũ in domo ſua. Et diſcumbebãt cum eo publicani q̃ fuerãt ſocij leui. quẽ cũ arguerẽt phariſei ꝙ cuz talibus edebat ait. Nõ veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pe-
B Math.ix nitentiã. Excuſauitqꝫ diſcipulos de eo ꝙ non ieiunabãt. Tũ qꝛ
C Marci.ij. rudes erãt nec difficilia ſuſtinerẽt. tum quia corpaliter cũ eis erat qꝛ
B Math.ix. cuz auferetur ab eis plurimũ ieiunarent. Ex hoc qdam dicũt ꝙ abla-
G Luce.v. to chriſto i aſcenſione: ieiunauerũt diſcipuli vſqꝫ ad miſſionẽ ſpũſſcti. Et ob hoc ieiunant ab aſcenſione vſqꝫ in pentecoſtẽ. Nec etiã tunc celebrant nuptias quaſi iam inchoãtes tres hebdomadas ante feſtum ſancti ioannis. Sed non eſt autenticum. nec in actibus apoſtolorum legitur tunc de ieiunio eorum. ſed
D Math.xij. de oratione tantum. Querentibus autem phariſeis ſignum de ce-
D Luce.xj. lo negauit eis tanqꝫ indignis. quia deteriores erant niniuitis et regina auſtri qui nec legem dei nec prophetas habuerãt. Et nota ꝙ in antiquioribus codicibus inniuite legitur.

De filia archiſynagogi ꝛ emorroiſſa. Capitulum.lxj.

C Marci.v. F Luce.viij.

Et ecce princeps ſynagoge iair⁹ adorauit eum dicens. Filia mea modo defuncta ẽ. id eſt morti proxima vt marcus ꝛ lucas dicunt. Ueni pone manum ſuper eam ꝛ viuet. Et duz iret: mulier emorroiſſa ab annis.xij. retro veniens tetigit fimbriam veſtimenti eius ꝛ ſanata eſt. Ambroſius i ſermone de ſaluatore dicit hãc fuiſſe marthaz. Enumerans ei beneficia chriſti circa genus humanum: poſt aliq̃ pmiſſa ſubdit. Dum lãguidum ſanguinis fluxuz ſiccat i martha. dũ demões expellit de maria. dũ corp⁹ redituui ſpũs calore conſtringit i lazaro. Ueniẽs aũt i domũ iairi induxit tm̃ ſecũ petrũ iacobũ ꝛ ioannẽ fratrẽ eius qui quaſi ſecretarij eius erant. ꝛ patrem et matrem puelle. Et eiectis irridentibus eum. qꝛ dicebat puella dormit. tenens manum puelle ait. Tabita cumi. qđ ſonat puella tibi dico ſurge. Tamen tibi dico nõ eſt de iterpͣtatiõe et iuſſit

Additio.
In eccleſiaſtica hiſtoria legitur ꝙ quidam fecit ſtatuam ereaz i honore ſaluatoris. ꝛ poſt ſtatuam marthe vbi ſanata eſt. ꝛ quedam herba naſcebatur ibi: que quãdoqꝫ creſcebat ita ꝙ tangebat fimbriã veſtimenti. ꝛ erat tante fortitudinis ꝙ quicunqꝫ ſumeret ex ea ab omni langore ſanabatur.

Additio.
Quidã dicunt hoc factuz eẽ in medio ierusalem ſub regia ſalomonia.

illi dari mãducare. Hoc em̃ ẽ verũ experimentũ vere reſurrectõis. Magi em̃ mortuos ſuſcitãt qbuſdam characterib⁹ alligat; ſub vtraq; aſcella: ⁊ loq̃ eos ⁊ icedere faciũt ſed comedere nequaq̃ poſſunt.

¶ De duobus cecis ⁊ de ſurdo et muto. Capitulum.lxij.

G Math.ix. D Marci.vij. B Luce.xj.

Et trãſeunte iñde ieſu ſecuti ſunt eum duo ceci clamãtes. Fili dauid miſerere noſtri. Cũq; veniſſet domũ.i.ad domũ ſuaz nazareth: tetigit oculos eoꝝ ⁊ apti ſũt. Cũq; dixiſſet eis. Uidete nequis ſciat.tñ diffamauerũt eũ i tota terra illa. Egreſſis illis obtulerũt ei mutũ demoniũ hñtem. ⁊ eiecto demone locut⁹ ẽ mutus. In greco tñ meli⁹ ſonat ſurdũ q̃ mutum.

¶ De beelzebub. Capitulũ.lxiij.

B Math.xij. E Mar.iij. B Luce.xj.

Umq; laudaret eũ turba: phariſei dicebãt In beelzebub pncipe demonioꝝ eiecit demões. A belo pmo nomẽ idoli: varie gẽtes ſm idiomata lingue ſue cognominabant idola ſua. Babyloni⁹ dixit bel. moabita beel paleſtini baal. Aliq; aliqd ſupaddebãt. vt beelphegor.i.de⁹ tentiginis. q̃ eſt priapus. Aliq; baalim q̃ eſt de⁹ ſidonioꝝ. ⁊ ſonat vir meus .i.robur meũ ⁊ caput. Beelzebub tñ nulli⁹ idoli nomen erat. ſz iudei irriſorie vicinũ ſibi idolum acharonitaꝝ ſic vocabãt. Et ſonat vir muſcaꝝ: ob ſordes imolaticij ſanguinis quẽ ſequunt̃ muſce. Nec eſt finalis lr̃a d. vel l. vel v. ſed b. Quibus ait ieſus. Filij aũt veſtri i quo eijciũt. q.d. ſi in filijs vr̃is hãc expulſionẽ do datis: cur nõ i me idẽ facit;. Erãt ei d iudeis exorciſte q̃ p exorciſmos ſalomonis demones eijciebãt maxime ſi radix cuiuſdaz herbe poneret̃ in naribus obſeſſi. Ait em̃ ioſeph⁹ ſe vidiſſe quendaz exorciſtã captũ ⁊ adductum ad veſpaſianũ dũ obſideret hieruſalẽ. q̃ annulũ ſub cui⁹ gẽma radix erat: poſuit in narib⁹ cuiuſdã obſeſſi. et adiurauit demonẽ: ⁊ egreſſus e ſt demõ. Ut aũt pbaret eiectũ dem oñẽ poſuit peluim aq̃ plenã in medio ⁊ adiurauit demonẽ vt ſubuerteret peluim. ⁊ ſubuertit eam. Alij aũt in ãnulis quidã includũt ſpiritu; immũdũ: p quẽ imperant alijs demonibus nõ credit̃ eſſe ſalomonis inuentum. De cipriano mago martyre dicit auguſtin⁹ q; in pyxide q̃dã eburnea dũ adhuc magus eſſet tres habebat demones incluſos p q̃s qd volebat opabat̃. emittẽdo illos ad qd volebat ⁊ poſtea redibãt. Sed puellã cui⁹ amore tenebat̃ nũq; potuit adducere. q: illis ſẽp ſignaculũ crucis oppoſuit. Quo pcepto: ciprian⁹ ad fidẽ conuerſus eſt. ⁊ poſtea martyr factus cum iuſtina virgine.

¶ De maria magdalena.

Capitulum.lxiiij.

Ic quidam dicũt dñm vocatuz i nazareth a quodaz phariſeo i domũ ſuã. ⁊ ibi magdalene dimiſſa pctã: q̃ et ſecuta eſt euz. plres dicũt in bethania factũ: ſz neq; loc⁹ nec tpus q̃ factũ ẽ ex euãgelio certificari poteſt. F Luce.vij.

Additio. Magdalũ oppiduz eſt.ij. miliario a tyberiade. q̃ prius chennereth dicta ẽ.

¶ De miniſterio marthe. Ca.lxv.

Factum eſt autem dũ aſcẽderet i iudeã ieſus in q̃ddã caſtellũ intrauit: ⁊ martha excepit illum i domũ ſuaz ⁊ miniſtrabat ei. Seſſio autem ſororis illius audiẽtis dominuz prelata eſt a domino miniſterio marthe: non q; maioris meriti ſz quia nõ auferetur ab ea. G Luce.x.

¶ De queſtione ioānis. Ca.lxvi.

A Math.xi. C Luce.vij. Joannes autē cum audiſſet in vinculis opera chriſti miſit ad eum duos de diſcipulis ſuis dicens. Tu es qui venturus es an alium expectamus. Non dubitabat ioannes qui dixerat ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Sz cum adhuc diſcipuli eius dubitarent. miſit eos ad ieſum.q.d. Jte ad eum ⁊ ab ipſo querite. vtrum ipſe ſit chriſtus: an adhuc venturus ſit. Tamē gregorius ſuper ezechielem videt͛ velle ꝙ ioannes neſciebat vtrum per ſe vel per alium ſpoliaret infernum q.d. Prope eſt vt deſcendā ad populum meum. Quia ergo te nunciaui ſuperis. vis vt inferis te nunciem. Jeſus autem amouit dubitationē eorum: oſtēdēdo certa ſigna ſui aduentus. Jllis autē abeuntibus cōmendauit ioannem turbis dicens. Jnter natos mulierū non ſurrexit maior ioanne baptiſta. et eſt hic mulier non ſolum ſexus nomen: ſed ⁊ nomen fracture. Utrū autē ſanctior eo poſt aliqs fuerit vel futurus ſit: indiſcuſſum ē. Nec ob hanc laudem credendum eſt hereticis qui dixerunt ioannem eſſe angelum humanatum. quia etiam
A Mala.iij. dominus predixerat de eo fuiſſe dictum. Ecce ego mitto angelū meum ⁊c. Addiditq3 dominus ꝙ omnis lex ⁊ prophete vſq3 ad ioannem ꝓphetauerūt. Ubi intelligendum eſt ex maxima parte. q2 poſt ꝓphetauit agabus. ⁊ quattuor filie phi
C Mathe.xi. lippi. ¶ Tunc exprobrauit ciuitatibus galilee in quibus plurimas fecerat virtutes. ⁊ ꝓpoſuit illis ty
C Mathe.x. rum ⁊ ſydonē. ¶ Redeuntes aūt
D Marci.vj. quidam apoſtolorum ad eū: nunciabant ei que docuerāt ⁊ fecerāt. Et duxit eos in deſertū locū vt requieſcerent puſillum. nec eñ edendi ſpacium habebant pre turbis.

¶ De ſeptuaginta duobus diſcipulis. Capitulum.lxvij.

A Luce.x. Poſt hec deſignauit dominus ⁊ alios.lxxij. diſcipulos. et mittebat eos binos an faciem ſuam Reuerſi ſunt autē et hi cum gaudio dicentes. Dñe etiā demonia ſubijciūtur nobis. Exultauit ergo ieſus ⁊ dixit Confite
C Luce.x. D Math.xi. or tibi domine pater celi et terre qui abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudētib᷑ ⁊ reuelaſti ea paruulis et nemo nouit patrem niſi filius: neq3 filium niſi pater. Erubeſcat eunomi᷑ dicēs ſe plenam habere noticiā de patre ⁊ filio. nec excluditur vtriuſq3 connexio. Ob hoc eñ arrius ſpiritū creaturam eſſe putauit. et non equalē illis. q2 non ſciebat quid illi.

Additio.
Jn coronis eccleſiarum ſunt. xij. maiores turres. q̄ſi. xij. apoſtoli ⁊ duodecim minores. quaſi. xij. prophete. ⁊ lxxij. cādelabra ꝓ his diſcipulis deſignandis et angeli quaſi cuſtodes eccleſie intelligūtur.

¶ De ſolutione ſabbati ⁊ cōfricatione granorum. Cap.lxviij.

A Math.xij. D Marci.ij. A Luce.vj. Et factum eſt in ſabbato ſecūdo primo cum ieſus ⁊ diſcipuli eius tranſirent ꝑ ſata: grana confricata manib᷑ edebant diſcipuli. Hoc exponit͛ ſic. Jn ſabbato ſecundo primo aduerbialiter cū ieſus intraret ꝑ ſata, ⁊c. Uel in ſabato ſecundo a primo. de quo preceſſit ſermo. Uel eſt vna dictio quā dixit lucas deuteron ꝓterō. nos ſecundo primū. Hoc autē ſabbatum quod diſcipuli non obſeruabant ideo ſic vocauit vt ſignificaret ſpirituale ſabbatū iam inchoari ⁊ legalia ceſſatura. Eſt eñ

ſabbatū ſpirituale ſecūdo primū. i.ſuperius īferiore ſcʒ legali.quaſi factum de ſecūdo primuʒ. Quod enim prius fuerat tēpore:factū eſt ſecundo munere gratie. quaſi caput verſum eſt in caudā. Unde ⁊ ſi quis chriſtum velit appellare adā ſecundo primum non errabit Uel ſunt due dictiones.⁊ dicitur ſecundum ⁊ primū tempore.qꝛ ⁊ ante legem ſancti patres ſabbatiʒauerūt ⁊ poſt legali ſabbato medio interpoſito. Cum aūt phariſei dicerēt. quid facitis quod non licet ſabbatis excuſabat eos dn̄s multis modis Tum qꝛ neceſſitas excuſabat eos.ſicut excuſauit dauid ⁊ pueros eius quādo comedit panes ſacerdotales. Nec peccant ſacerdotes circuncidentes ⁊ ſacrificātes in ſabbato. Tum qꝛ pn̄te auctore domino ſabbati faciebant hoc. qꝛ etiam non peccauit ioſue dum circūiuit hiericho ſeptē diebus. Nec etiam hodie eger ſi ſoluit ieiunium reus eſt. Dixerunt autem phariſei hoc non licere ſabbatis.quia alia die licebat ſecundum legem edere grana ſegetis ꝓpinquoruʒ: ſed non metere falce. Nota ꝑmos apoſtolos ſoluiſſe ſabbatuʒ quos tamen recipiunt hebionite cū repudient paulum quaſi legis tranſgreſſorem.

¶ De manco. Cap.lxix.

A Math.xij. A Marci.iij. B Luce.vj.

FActum eſt autem in alio ſabbato intrauit ieſus ſynagogā ⁊ erat ibi homo manū aridā habens ⁊ obſeruabant eum phariſei ſi ſabbato curaret. Cumqꝫ queſiſſet ab eis:ſi licet ſabbato curare.nec reſpondiſſent:curauit languidum cōfutans ſuperſtitioſos. qui ſabbatis pec⁹ lapſum a fouea extraherēt Ipſi aūt colloquebantur quidnā facerēt ieſu. Ieſus autem ſciens receſſit inde.⁊ ſecuti ſunt eū multi ⁊ curauit eos.

¶ De quattuor parabolis ad turbas in naui. Cap.lxx.

B Luce.vj. A Math.xij.

FActum eſt in dieb⁹ illis exijt ieſus in montē orare ⁊ erat pnoctans ibi in oratione Et cū dies factus eſſet vocauit diſcipulos ſuos forte adhuc dormiētes ⁊ ſedebat ſecus mare. Cumqꝫ congregarentur turbe aſcendens nauiculā docebat de ea turbas ſtantes in litore:i parabolis loquēs eis. Propoſuitqꝫ eis parabolam ſeminātis in terram tripliciter malā nec ferētem fructum:⁊ in vnam bonam faciētem fructuʒ cētuplum. Secundo ꝓpoſuit parabolā ſeminātis bonum ſemen cui inimic⁹ homo ſupſeminauit ʒiʒaniam in qua illud qꝺ dicitur. Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem: videt paulo cōtrarium qui ait Auferte maluʒ de medio veſtri. Sed inter triticum anteqꝫ veniat ad ſpicam et lolium:grandis eſt ſimilitudo.⁊ vix diſtigui poſſūt. Hoc igitur dictum eſt ꝺ ambiguis.illꝺ pauli de manifeſtis Tertiam ꝓpoſuit parabolam ꝺ grano ſinapis Quartam propoſuit de fermēto.quod mulier abſcondit in farine ſatis trib⁹

A Math.xiij. B Marci.iiij. A Luce.viij.

Additio.

Et nota qꝺ ſup hunc locum habetur i antiqua gloſa. Nō ē credendum valētiniano heretico qui ex hoc loco trahēs fomētū erroris.dicit terras eſſe in hoīe. ⁊ ſm eas eē tres creatores Aiaʒ cuius deus creator. Corp⁹ cui⁹ creator diabol⁹ Animalitatem ſiue ſpiritū quēdam vitalem cōmunē nobis cū brutis cui⁹creatores āgeli. Sʒ hic non tantum tres. ſed ⁊ quartaʒ addidit. nec de his terris intelligitur. Nec facit vir catholicus niſi duas i homine. animā ſcʒ ⁊ carnem. Animalitatem autem vel ſpiri-

tum vitalem vel ſenſualitatē quicquid illis ſit cōmune cum brutꝭ nobis animalibus ſub carne comprehendit. ⁊ ſic tenet vir catholicus.

Satum eſt genus menſure in paleſtina modium ⁊ dimidiuꝫ capiens. Seorſum aūt diſcipulis diſſerebat omnia. Tūc dimiſſis turbꝭ: venit i domum: et dixerunt ei diſcipuli. Ediſſere nobis parabolam zizaniorꝫ. Primā enim eis expoſuerat in naui.

¶ De tribꝰ parabolis i, domo ad diſcipulos. Cap. lxxi.

Umqꝫ expoſuiſſet quod queſierant i parabolꝭ. etiaꝫ locutꝰ eſt eis. Et ꝓpoſuit parabolā de theſauro abſcondito in agro ꝓ quo emendo vendidit inuētor omnia que habuit. Aliā quoqꝫ propoſuit de inuenta ⁊ empta bona margarita. Tertiā quoqꝫ de ſagena miſſa in mare in qua dicitur. ꝙ in gehenna erit fletus ⁊ ſtridor dentium. in quo innuitur reſurrectio corporꝫ futura. Hoc autē nomen gehenna euangelicum eſt tātum: ⁊ credit a domino inuentuꝫ. ob ignem inextinguibilem: q̄ erat ſcrutatus idolis in valle iuxta hieruſalem que dicebatur tophet. Ut etiam gehennon quaſi terra filiorum ennon. i. hominis ſic vocati: ꝑ quem idolatre trayciebāt puulos ſuos. ſicut nos traijcimꝰ eos per aquā baptiſmi. Ignis quoqꝫ dicebatur tophet: non ſatis nota cauſa Uel forte q2 quodam artificio de viſceribus terre per lapides ſpongioſos quos tophos dicimꝰ iugit erūpebat. ¶ De ſaltu dñi. ca. lxxij

D Math. viij

Et veniens in patriā ſuā docebat in ſynagoga eorūꝫ ita vt mirarentur ⁊ dicerēt. Unde huic ſapientia hec. Nonne hic eſt filius fabri. nōne maria mater eius. ⁊ fratres ⁊ ſorores eiꝰ ſūt apud nos. Quod nō eſt intelligēdum ſcḋm eluidium. qui virginē pepeperiſſe domino fratres de ioſeph dogmatizabat. Uel ioſeph de alia vxore liberos ſuſcepiſſe. Sed conſobrini eius: fratres ſui dicti ſunt. ſicut abraam dixit ad loth. fratres ſumus. Marcus ait dominum dictū ab eis fabrum. Credebant enī fabrū quia ioſeph fabri filium dicebant. Et paucos ibi curauit ꝓpter incredulitatem eorūꝫ dicens Nemo ꝓpheta acceptus eſt in patria ſua. et repleti ſunt omnes ira Et eijcientes eum extra ciuitatem duxerunt eum vſqꝫ ad ſupciliū mōtis vt p̄cipitarent eum Ille autēꝫ tranſiens ꝑ medium illorum ibat. Adhuc oſtenditur ibi locus q̄ dicitur ſaltus domini. per quē dominus deſcendens impreſſit ſe rupi. ⁊ cedens ei rupes fecit ei locum quaſi latibuli: in quo adhuc veſtigia rugarum veſtimentorum eius impreſſa olim notantur.

D B Math. xiij. A Mar. vj. D Luce. iiij. F Johan. iiij.

¶ De decollatione ioannis. Capitulum. lxxiij.

In illo tempore herodes tetrarcha diem natalꝭ ſui celebrauit coram principibus ſuis ⁊ p̄mis galilee. Ubi puelle ſaltanti datū eſt ꝓ munere caput ioannis baptiſte in diſco. Eſt autēꝫ diſcus vas rotundum deſuper valde extentum. vnde ⁊ dapifer diſcoferus dicitur. Quāqꝫ menſa ſuperior diſcus dicitur. Aliquando mappa que menſale dicitur: diſcus appellatur. vñ ⁊ an lalia dicūt apparuiſſe petro in diſco quē alibi liber actuū apſorꝫ linteum vocat. Credibile eſt ꝙ herodes cuꝫ vxore de nece ioannis ſub tali occaſione faciēda prius ſecreto tractauerit. Diſcipuli vero ioannis tulerunt corpus eius de carcere ⁊ ſepelierunt illud.

A Math. xiiij B Marci. vj.

Incidens. ❡ Chronica. z. xj. liber hiſtorie ec
cleſiaſtice tradunt ioannē in caſtel
lo arabie trans iordaneȝ dicto ma
cherōta vinctū ⁊ trūcatū. Corp⁹
vero in ſebaſte vrbe paleſtine iter
heliſeum ⁊ abdiā ſepultuȝ Caput
aūt hieruſalē humatū eſt iuxta he
rodis habitaculū Oſſa eius tpe iu
liani apoſtate gentiles ſparſerūt:
inuidentes miraculis que fiebant
ad eius monumentū Que rurſus
collecta ab eiſdem cremata ſunt. ⁊
puluis ventilatus. Quod quaſi ſe
cundum martyriū in iam mortuo
quidā repreſentant neſcientes: dū
in natiuitate eius oſſa collecta vn-
decūq; cremant. Cum aūt collige
rentur oſſa quidā monachi a hiero
ſolymis mixti latenter colligenti-
bus: magnā eorum partem tulerūt.
inter que etiam digitus quo dn̄m
monſtrauit fuiſſe phibetur quem
poſt beata. Tecla inter alpes attu
lit. ⁊ dicit eſſe i eccleſia maurian̄e-
ſi. Tulerūtq; oſſa ad philippū hie
roſolymitanū epm̄ nonū qui miſit
ea ꝑ iulianū diaconum athanaſio
alexādrie epo. Que poſt theophi
lus eiuſdem vrbis eps̄ repoſuit in
templo ſerapis a ſordibus purga-
to: baſilicāq; in honore ioannis cō
ſecrauit quādo ſcȝ theodoſio iubē
te phana gentium deſtructa ſunt.
Tēpore vero marciani pncipis duo
bus monachis orientalib⁹ qui ob
orationem venerant hieroſolymā
ioannes reuelauit caput ſuuȝ. Sȝ
nō multū poſt incuria ꝑditū: pla-
tum eſt ab alijs i ediſſam: alſ emiſ
ſam vrbē phenicie. ⁊ in quodā ſpe
cu in vrna ſub terra nō ꝑuo tēpo-
re ignobiliter recōditū. donec de-
nuo idē ioānes caput ſuū oſtēdit
marcello religioſo abbati ⁊ pſby-
tero dū in eodem ſpecu habitaret.
Qd cū ille iuliano vbi alij hñt iu-
liorāmo: eiuſdē vrbis epo indicaſ
ſet eleuatum eſt. Ex quo tpe cepit
in eadē vrbe decollatio ioannis ce
lebrari ipſa die vt arbitramur qua
caput inuentū eſt ſiue reuelatū. qd
poſt conſtantinopolim trāſlatum
eſt. ⁊ inde ad gallias Alij tradunt
non eſſe feſtum decollationis ſȝ de
collatione oſſium ei⁹ pus facta et
cōbuſta. Joſephus aliā tradit cau
ſam necis baptiſte dicens cū pdi-
caſſe hominib⁹ iuſticiā. ⁊ obtentu
baptiſmi multos ꝯgregaſſe i vnū.
Timenſq; herodes diſpendiū po-
puli ſui ſequētis ioannem occidit
eū. Et refert ioſephus iudeos tra
didiſſe herodē ob hoc miſerabilit
in ꝓximo victū ab exercitu arethe
regis. ❡ De quinq; panibus
⁊ duobus piſcibus. Cap. lxxiiij.

Audiuit autē he
rodes famā ieſu ⁊ ait. A Math. xiiij
Joannē ego decollaui
Quis autē iſte eſt de
quo audio talia. ⁊ querebat eū vide
re Qd cū audiſſet ieſus aſcendens
in nauiculā receſſit in locum deſer
tum ſeorſum. ⁊ ſecuti ſūt eū turbe
pedeſtres de ciuitatib⁹: ⁊ curauit
eos. Erat aūt ꝓximus dies feſt⁹
qui dicitur paſca. ❡ Veſpere aūt B
facto. xij. diſcipuli dixerunt ei. Di Math. xiiij
mitte turbas vt euntes inueniant C
ſibi eſcas. Et ait ieſus. Date illis Marci. vj.
māducare: ⁊ facite eos diſcumbeſ A
ſuper viride fenum ꝑ ꝯtubernia. id Johan. vi.
eſt ꝑ diuerſas ſocietates hominuȝ B
q̄ de viculis venerant Et acceptis Luce. ix.
quinq; panibus hordeaceis ⁊ duo-
bus piſcib⁹ a puero quodā q̄ vnus
de diſcipulis fuiſſe credit: ꝑ aplos
dedit eos populo quaſi quinq; mi
lib⁹ viroꝝ exceptꝫ mulierib⁹ ⁊ par
uulis. ⁊ d̄ fragmētꝫ ipleti ſt cophi
ni. xij. ❡ Et ſtati coegit diſcipu-
los aſcēder i nauiculā ⁊ pcedeſ eū C
trās fretū ſm marcū. ad bethſaidā Math. xiiij
donec dimitteret turbas. Qꝫ ſꝫ lu F
cas dt h⁹ fcm̄ i locꝫ bethſaide: i tel- Mar. vj
ligēdū ē. n̄ q̄ eēt i finib⁹ ei⁹: ſȝ iux Ubi ſupra.
ta tyberiadē vt dt ioānes. ⁊ q̄ ad
eā ꝑtinebāt. Qꝫ aūt ioānes dt eos
trāſfretaſſe ad capharnaū itelligē

dum eſt per bethſaidã tranſiſſe ca
B pharnaũ. ¶ Jeſus aũt cũ cogno-
Joh.vi. uiſſet q hoies illi volebant euʒ ra
pere ⁊ facere regẽ. q2ſub tali rege
videbatur eis non poſſe egere: fu-
git ⁊ aſcẽdit in mõtem ſol⁹ orare.
Hic eſt mons in q̃ ſermonẽ fecit. a
q̃ p miliare diſtat locus refectiõis
huius q̃ hodie dr menſa. infra quã
eſt loc⁹ ille in q̃ poſt reſurrectionẽ
comedit partẽ piſcis aſſi. ſupra ve-
ro eſt pars illa maris ſupra quam
dominus ambulauit. quam alia vi
ce excitatus ſedauit.

¶ Qꝫ domin⁹ ambulauit ſupra
mare. Capitulum. lxxv.

C.D. Nauicula vero
Math.xiiij in qua erãt diſcipli ia-
G ctabatur fluctibus vi-
Mar.vi. dẽs autẽ eos ieſus la-
C borãtes quarta vigilia noctis ve-
Johã.vi. nit ad eos ambulans ſupra mare.
Quattuor vigilias noctis faciunt
excubãtes in caſtris. Prima dicit
conticiniũ in qua omnes ſimul vi-
gilant. Scda itẽpeſtũ in qua adole
ſcẽtes. Tertia gallicinũ in qua vi-
ri. Quarta antelucanũ in q̃ ſenes.
Has dñs aliis nolb⁹ vocauit ſero.
an media nocte. an gallicantu. an
mane. Cũqꝫ putarẽt diſcipli eũ eẽ
phãtaſma ⁊ clamarẽt ait. Ego ſũ:
nolite timere. Nõ dixit qs eſſet. qꝛ
ex nota voce poterãt eũ agnoſcere
Uel vt itelligerẽt ipʒ eẽ eũ q̃ moy
ſi dixerat. qui eſt miſit me ad vos.
Poſt petr⁹ iuit ad eũ ſup aq̃s quẽ
dũ mergeret erexit dñs. Qui cuʒ
aſcẽdiſſʒ nauiculã ceſſauit ventus.
⁊ ſtatim fuit ducta nauis ad terrã
ad quam ibant.

¶ De verbis dñi ꝓ quib⁹ quidaʒ
abierunt retro. Capitulum. lxxvi.

C
Joh.vi. Altera die tur
be q̃s pauerat. Jeſ⁹ i-
trauerũt naues ſupue
niẽtes a tyberiade ⁊ ve
nerũt capharnaũ iueniẽtes ieſũ mi
rabant quõ illuc veniſſet cũ ſolã vi
diſſent nauiculã quã nõ itrauerat.
Cũqꝫ ꝯmẽdarẽt cibũ quẽ eis fece-
rat: tñ ꝓferebãt et mãna dicentes.
Patres nři mãducauerũt i deſer-
to mãna. panẽ d celo dedit eis dñs
Tũc dixit eis ieſus. Ego ſum pa-
nis vite q̃ de celo deſcẽdi. Murmu
rabãt aũt iudi dicẽtes. Nõne hic ẽ
fili⁹ ioſeph cui⁹ nouimus patrẽ et
matrẽ. Et ait ieſus. Panis quem
ego dabo: caro mea eſt ꝓ mũdi vi
ta. Litigabãt ḡ iudei ad inuicẽ di-
centes. Quõ põt hnobꝫ carnẽ ſuã
dare ad manducãdũ. Tũc addidit
dñs. Niſi mãducaueritis carnem
meã: ⁊ biberitis ſãguinẽ meũ non
habebitis vitã i vobꝫ. Hoc aũt mlt
ti ex diſcipulis audiẽtes dixerunt.
Dur⁹ ẽ hic ſmo: qs põt eũ audire.
Et abierunt retro: et iam cum illo
non ambulabant.

¶ De traditionibus phariſeoruʒ
contra mãdata domini. Ca. lxxvii.

Rogauit autẽ E
qdã phariſe⁹. ieſuʒ vt Luce.xi.
prãderet apud eũ Cũ C
qꝫ vidiſſet eũ nõ bapti Math.xxiij
ſatis manib⁹ prãdere: murmura-
bat itra ſe. Cui dñs ait. Uos pha-
riſei qd de foris eſt calicis ⁊ catini
mũdatis. ⁊ nõ qd int⁹. q. d. Corpa
mũdatis ⁊ nõ aĩas. Stulti. nonne
de⁹ vtrunqꝫ fecit. Hoc ꝯtra mani-
cheos q̃ aĩas tm̃ a deo creatas di-
cũt: carnẽ ṽo a diabolo. ¶ Et ad- F
didit. Date elemoſynã: ⁊ ecce oĩa Luce.xi.
mũda ſũt vobꝫ. ¶ Quidã qꝫ ſcri A
be ⁊ phariſei veniẽtes a hieroſoly Math.xv.
mis videtes diſcipulos eius ꝯmu- B
nib⁹ manib⁹ manducare dicebant Marci.vii.
Quare diſcipuli tui trãſgrediunt
traditiões ſeniorꝝ. Et rñdit ieſus.
Quare vos trãſgredimini mãda-
ta dñi ꝓpt traditionẽ veſtrã. Nam
de⁹ dixit. Honora patrẽ tuũ ⁊ ma
trẽ tuã. Qd nõ tm̃ ꝓ reuerẽtia di
ctũ ẽ. verũ etiã ꝓ neceſſariis obſe-
qis exhibẽdis. Ibi phariſei ipietã-

tē ſub nomine pietatis docebāt. dicentes filios melius facere ſi deo vero patri vouerent que parentibus offerēda erant inſtruētes eos quid parentib⁹ egenis rñderent. O pater: corban quod eſt ex me tibi ꝓderit. Corban eſt munus votiuum. q. d. Quod voui deo: vis tibi ꝓdeſſe. abſit. Et conuocatis ad ſe turbis: ait illis. Nō quod itrat in os coinquat hominem. intellige apud deum. ſed qđ ꝓcedit ex ore Primū intellige de ore carnis ſecundū de ore cordis. Nam ꝛ vomitus inquat hominē. Vñ ꝛ quidaꝫ libri habent. ſꝫ qđ ꝓcedit ex corde Quare ergo idolothitis ꝛ his q̄ furtiua ſūt ꝛ rapta nō veſcimur ꝓ ſcādalo vitādo. Cib⁹ eñ i ſe mundus eſt. Et dixerunt ei diſcipuli. Scis qꝛ phariſei audito hoc verbo ſcandalizantur. ſcalon vel ſcandalon offendiculum pedis. vel ipam ruinā dicimus. Et rñdit. Sinite illos: ceci ſunt ꝛ duces cecorū. Nō enim a veritate ꝓ ſcandalo recedēdum eſt.

¶ Q꜡ cibus non tranſit in virtutem nature. Cap. lxxviij.

B Math. xv. C Marci. vij. Unꝗꝫ itraſſet ieſus domū ait petrus Ediſſere nobis parabolam iſtā. Et reſpōdit. Nō intelligitis ꝙ oē qđ i os itrat vadit in vētrē: ꝛ in ſeceſſum emittitur. Nihil enim de cibis trāſit in virtutem nature q̄ reſurget. ſed cibis adiuta in ſe tātum creſcit ꝛ manet. Et ſubiūxit De corde aūt exeūt furta ꝛc̄. Plato ꝑncipale aīe putauit eſſe i cerebro. i. rationem irā in felle. deſideria in iecore. ſed iuxta xp̄m ꝑncipalē anime ē in corde Marcus ꝓ coinquat ponit cōicat iuxta hebreum idioma. q̄ cōmune immūdū dicebant. qꝛ cibos ꝯmunes vocabant ꝓhibitos in lege quos imūdos iudicabāt. qꝛ alie gentes ꝯmuniter illis veſcebantur.

Additio. Dicunt heretici dn̄m idiotā fuiſſe et phyſicam ignoraſſe. quia plures cibi per artus ꝛ venas ꝛ medullas ꝛ neruos fundūtur. qđ ꝓbaꝉ ꝑ eoſdē iugē vomitum hn̄t ſūpto cibo ꝛ tñ corpulenti ſunt: ſꝫ q̄libꝫ humorū purgatio ſeceſſio dici pōt

¶ De muliere chananea. C. lxxix.

C Math. xv. Surgēs inde ieſus abijt in fines tyri ꝛ ſidonis. Et rogabat eū mulier gentilis chananea ſyrophenilla genere ꝓ filia ſua q̄ male a demonio vexabaꝉ

Additio. Chananei quōdā iudeam incoluerant ſed poſt diſperſi ſūt. Ex hac diſperſione erat mulier iſta ex ſyris ꝛ phenicibus orta. Quidam tñ dicunt tirophenilſa. qꝛ ſic phenilſa erat qđ tyria ſicut ꝛ dido fuit. hoc noīe indicantes regionē mulieris ꝛ patriā. Tyrus originē tumulatū celat. Ante tyrū fuit lapis marmoreus grandis. ſup quē ſedit ieſus. illeſus tempore gētiū: ſꝫ poſtea a francis ꝛ venetianis mutilat⁹ ſupra cuius reſiduuꝫ in honore ſaluatoris eccleſia cōſtructa ē.

Ieſus aūt non reſpondit ei verbū ne ſibi ꝯtrari⁹ videretur q̄ dixerat. In viā gentiū ne abieritis. pro qua cū intercederent diſcipuli rñdit. Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ pierunt domus iſrael. At illa venit ꝛ adorauit: et ait. Dñe adiuua me. Cui domin⁹ Non eſt bonum ſumere panem filiorum ꝛ dare canibus ad manducandum Hebreorū more gentiles canes dixit. quia edebant ſanguinem vt canes. Et eſt ſenſus. Veni curare iſrael primogenitum ꝛ nondum gētes. Cui illa Etiam domine. Nam ꝛ catelli edunt de micis q̄ A Math. x.

cadunt de mēſa dominorum ſuoꝝ q.d. Uerum eſt quod dicis. Facergo mihi quod fit canibus.i.modicum panis tui impartire mihi. Et ieſus cōmendans fidem mulieris ait. Fiat tibi ſicut vis. ⁊ ſtatim ſanata eſt filia eius.

¶ De ſurdo ⁊ muto. Cap.lxxx.

D Marci.vij. Iterū exiit de finibus tyri ⁊ venit ad mare galilee inter medios fines decapoleos.i.peruenit ad illum locū maris: cui eregione cōtra poſita erat decapolis.i. regio decem vrbium circa pellā ⁊ gadarā contra galileam. Et adducunt ei ſurdum ⁊ mutum. Et poſuit digitos in auriculam eiꝰ ⁊ ait Effeta. quod eſt adaperire. Et ad eius imperium adaperte ſunt aures eius ⁊ ſoluta eſt lingua illius.

¶ De probatica piſcina. Ca.lxxxj.

A Johan.v. Poſt hoc erat feſtus dies iudeorum. Nō determinatur q̄s ſꝫ pōt itelligi feſtū nouorū.id eſt pētecoſtes q: predictū eſt iam de paſca quo decollatꝰ eſt ioannes. Sequitur vero de ſcenophegia poſt de encenijs. Aſcendit autem ieſus ad diem feſtum Erat autem hieroſolymis ꝓbatica piſcina cognominata hebraice bethſaida: quinqꝫ porticus habens. in q̄bus iacebat multitudo languentium expectantium aque motum. Angelus enim deſcēdebat in eam quandoqꝫ ⁊ mouebatur aqua. et q̄ primus poſt aque motum deſcēdebat in eam: ſanus fiebat a quacūqꝫ detineretur infirmitate Probatō grece latine ouis. Sic ergo dicta erat. quia in ea nathinei hoſtias lauabāt. Solet autem collecta aqua piſces nō habens piſcina dici quaſi ꝑ cōtrarium. De hac motione incertū eſt qū̄ cepe rit. Qꝫ aūt incertum eēt qū̄ moueri debebat inde ꝑpenditur ꝙ languidi ſemꝑ erant ibi. q̄ ad certam horā conuenirent tantum ſi ſciret.

Additio. Nathinei erant aque baiuli in templo. q̄d officium ſubdiacones aquā ſacerdoti miniſtrantes habent.

Traditur a quibuſdam ꝙ regina ſaba vidit in ipū in domo ſaltus q̄ nethota dicebat. lignū dn̄ice crucis. ⁊ nunciauit ſalomoni cū iam receſſiſſet ab eo ꝙ in eo moreretur quidam: pro quo occiſo perirent iudei ⁊ ꝑderent locum ⁊ gentem. Quod timēs ſalomō defodit illū in terra. vbi poſt facta eſt piſcina. Appropinquante autem tempore paſſionis xp̄i ſupernatauit quaſi ꝑnūcians xp̄m. ⁊ exinde cepit motio predicta. Sed hoc nō eſt autēticum Cum autem ſanaſſet ibi ieſus hominē habentem.xxxviij. annos in infirmitate ſua p̄cepit ei vt tolleret grabatum ſuum. ⁊ ibat ferens illud Grabatum eſt lectꝰ pauperum vbi tantum capiti aliquid ſubſtratum eſt. dictū a graba greco quod eſt caput. Erat autē ſabbatū. Dicebant ergo iudei. Non licet tibi tollere grabatum tuum. Qui rn̄dit. Qui me ſanauit dixit vt irē ⁊ tollerē illud Cūqꝫ q̄ſiſſent quis eſt ille. rn̄dit. Neſcio. Poſt inuenit eum ieſus in templo ⁊ dixit ei. Sanus factus es: iā noli peccare ne deterius tibi contingat. Tūc homo nunciauit iudeis ꝙ ieſus eū ſanauerat.

¶ De zelo iudeoꝝ ꝙ xp̄s filiū dei ſe fecit. Cap.lxxxij.

Um ergo arguerēt eū ꝙ i ſabbato opabat aut illis. Pat C Johan.v.
meꝰ vſqꝫ mō operat ⁊ ego opor. q.d. Non ſex dies tantū operatus eſt pater vt putatis. ſed ſemper operatur deꝰ gubernādo

renouando vt ꝑmaneant condita. cum quo ego operoꝛ. ergo bonum eſt qꝺ ago Conſtat ergo eſſe ſacramentum qꝺ de requie ſabbati legitur. Propterea ergo magis q̃rebant interficere illum. qꝛ patrem ſuum dicebat deū. Ait iterū ieſus Pater diligit filium: filius quos vult viuificat. nec pater iudicat quēq̃: ſed omne iudicium dedit filio qꝛ ⁊ ſolus filius venit in carnē vt iudicaret mundū. i. argueret. et poſt in iudicio ſola filij ꝑſona apparebit iudicans. ⁊ ſiqua ꝓferetur a iudice ſnīa. ꝓferet eam ꝑdictiq̃ eis q̄ alius. i. antichꝛiſtus veniret nō in nomine patris: ſed ſuo. ⁊ eum reciperent.

¶ De refectione quattuoꝛ miliuꝫ de ſeptem panibus. Cap. lxxxiij.

D
Math. xv.
A
Mar. viij.

¶ Cui⁹ ꝗſtionis duplex eſt ſolutio. — Solutio. Aut eñ nō recipimus marcū: omnibus grecie libris pene hoc capitulū in fine nō habentib⁹. Aut vterqȝ verū dixit: Mattheus quando dñs ſurrexit. id ē. Veſpere ſabbati. Marcus qñ vidit eum maria magdalena. i. mane. Ambroſi⁹ in fine expoſitionis. Luce: Nō veſperaſcente die: ſȝ noctis veſpere dñs ſurrexit. Deniqȝ grec⁹ ſermo ꝓveſpe hȝ ſero. Sic ꝗ dñs nō in veſptino tpe diei: ſed ſero. id eſt profunda nocte ſurrexit. Vñ ⁊ ad monumentū mulieres potuerūt accedere cuſtodibus deſcentibus. Et pncipes ſacerdotū dixerūt: qȝ diſcipuli ei⁹ in nocte venerūt. Vt āt ſcias nocte vl mane factum: mulierū alie ſciūt alie neſciūt. Sciunt ꝗ noctib⁹ obſeruāt: neſciunt ꝗ receſſerunt. Vna maria magdalena ſm ioannem neſcit: altera maria magdalena ſȝ mattheū ſcit. Nam eadē ante ſcire ⁊ poſtea neſcire nō potuit: deniqȝ alterā eē cognoſce. Illa admittitur tenere pedes domini: hec prohibet. Illa angelum videre meruit. Hec pmo cum venit neminē vidit. Illa diſcipulis domi

Additio.

Cōmunis opinio ē vnā tantā fuiſſe magdalenā: pōt tñ determinari: qđ dicit Ambro. alterā. id eſt eandem alteram.

n um reſurrexiſſe nunciauit: hec ra
x tu eſſe putauit. Illa gaudet: hec
plorat. Illa xp̄o occurrit: hec mor
Auguſtin⁹ tuum querit. Auguſtin⁹ vt ſupra
diximus: dicit eū diluculo ſurrexiſ
ſe. cui cōſentit auctoritas illa: que
dicit dn̄m. xl. horis fuiſſe mortuū
⁊ totidē diebus poſt mortē i ter
ra ante aſcenſionē: q: horis. iiij. ve
ſpertinis paraſceues. ⁊. xxxvi. dua
rum noctiū: ⁊ vnius diei. Eccleſia
quoq; aſſētire videt: q̄ matutinas
A laudes p xp̄i reſurrectōe celebrat.
Iudi. xvj. ¶ Pro predicta p̄o ſententia am
broſij facit: q ſamſon in typo reſur
rectiōis dn̄i me
dia nocte ſurgēs
tulit portas ga
ze Sic ergo aīa
xp̄i rediit ab in
feris: ⁊ reddita
ē corpori facto
īpaſſibili. Verū
autē aīa chriſti
tunc facta ē im
paſſibilis cum

Additio.
Forte p prima
ſnīa hiero. facit
q apl̄i tradide
rūt ea nocte nō
dimitti populū
ab eccleſia vſq;
ad profundam
noctem.

egreſſa eſt a corpore: an tūc demū
cū reddita eſt corpi: ne ſine corpe
glorificaret: n̄ memini me legiſſe.
¶ De ſanctis quos eduxit de īfer
no: ſi querit vbi fuerint poſt reſur
rectionē: deus nouit. Vel ſicut di
citur de dn̄o fuerunt in extremis
ptibus maris. id eſt ſup ampliſſi
mos fines orbis. ¶ De diuerſita
te aduent⁹ mulierū ad monumētū
q̄ videt i euāgeliſtis eſſe. vn̄ ⁊ por
phyri⁹ irridet eos: ⁊ d̄ appitiōib⁹
⁊ d̄ numero āgelorū. gloſa Augu.
Decem xp̄i ſup mattheū plene diffinit hoc di
appitiones. xiſſe ſufficiat: q: decē appitiones
B xp̄i poſt reſurrectionē leguntur in
.j. cori. xv. euangelijs. Quinq; ipſa die reſur
rectionis: ⁊ quinq; poſtea. In aplo
legitur q viſus ē iacobo: ⁊ qngen
tis fratribus ſimul. ſed nec tēpus
nec modū determinat. Quidā di
cunt q mortuo dn̄o: iacob⁹ vouit
ſe non comeſturū donec xp̄us re
ſurgeret. ⁊ ideo dicunt: q eadē die
reſurrectionis apparuit illi. Fue
runt ⁊ dicerēt ioſeph eadem veſpa
qua ſepeliuit dn̄m a iudeis incar
ceratum: ⁊ nicodemū latuiſſe: ⁊ de
mū factum diſcipulū. ⁊ ideo ante
alios ſtatim apparuit ioſeph i car
cere ad conſolandum.

¶ Q; angeli locuti ſunt mulieri
bus. Cap. clxxxvj.

A
ET factum eſt Luce. xxiiij
cum mēte conſternate
eſſent mulieres de hoc
qd̄ viderāt. Ecce duo
viri. i. angeli in corporib⁹ humanis
ſteterunt ſecus illas. Cumq; decli
narent vultū in terrā: dixerunt an
geli ad illas. Quid queritis viuen
tē cū mortuis. i. in ſepulcro: q̄ loc⁹
eſt mortuorū. Non eſt hic: ſurrexit
ſicut dixit vobis cū eſſet in galilea
Nota q ſancte mulieres non cor Nota
ruerunt: ſed inclinauerunt vultū.
Et ideo mos eccleſiaſticus eſt: vt
exemplo earū ⁊ in memoriā dn̄ice
reſurrectionis: ⁊ in ſpem vite nr̄e
omnib⁹ dn̄icis diebus a paſca vſq;
ad pētecoſten nō flectimus genua
orantes. ¶ Et addiderūt. Ite di B
cite diſcipulis ei⁹ ⁊ petro: q: ſurre Mar. xvj.
xit ⁊ ecce p̄cedet vos in galileam.
Et recordate p̄ bo⁊ dn̄i Ibant.

¶ De curſu Ioānis ⁊ Petri.
Capitulum. clxxxvij.

B
CUcurrit autem Iohan. xx.
maria magdalene ⁊ ve
nit ad petrū ⁊ ioānē: ⁊ ait Tuleſt
dn̄m meū de monumēto: ⁊ neſcio
vbi poſuerūt eū. Hoc agebat i ea
vis amoris: vel conſternatio men
tis: vt non inuētū nō crederet niſi
ſublatū. Cucurrerūt ergo illi duo
ad monumētū: ⁊ nō inuēto corpe:
cumq; vidiſſent ſudariū capitis ⁊
linteamina poſita ſeorſum: ⁊ credi
derunt verum eſſe quod mulier di
xerat: ⁊ redierunt ad ſemetipſos.
id eſt ad hoſpitia ſua.
¶ Q; domin⁹ apparuit magda

lene. Cap.clxxxviij.

C Johan.xx.

Maria autem magdalene que cū eis redierat ad monumentū remanſit foris plorans. Cūq; introſpexiſſet: vidit ꝓfatos angelos ſedentes iuxta loculū corꝑis: vnū ad pedes: ⁊ vnū ad caput. Qui dicunt illi. Mulier quid ploras. Que ait. Quia tulerūt dn̄m meū: ⁊ neſcio vbi poſuerit eum. Et ꝯuerſa vidit ieſum ſtantē ⁊ neſciebat quia ieſus eſt. Dicit ei ieſus. Mulier quid ploras. Quē queris. Illa exiſtimās hortulanū eſſe ait. Dn̄e ſi tu ſuſtuliſti eum: dicito mihi vbi poſuiſti eum: vt ego eū tollā. Dicit ei ieſus. Maria. et ſtatim cognouit eū: ⁊ ait. Rabboni: qḋ eſt idē qḋ rabbi: ⁊ ꝓcidens voluit tangere pedes eius vt ꝯſueuerat. Et ait ieſus. Noli me tāgere. Nōdū eñ aſcēdi ad patrē meū ſupple in corde tuo. q.d. Quē tm̄ mortuū queris: viuentē tāgere nō mereris. Quē ſcȝ putas cadauer ſublatū nō filiū equalē pr̄i. ſȝ vade ⁊ dic fratrib⁹ meis. Aſcēdo ad patrē meū ⁊ patrē veſtrū: deū meū ⁊ deū veſtrum. hoc eſt: in ꝓximo eſt vt me videat aſcendentem.

¶ De mādato cuſtodū. c.clxxxix.

Ex euangelio nicodemi ⁊ math.

Cum autē hec fierēt: cuſtodes redierunt: ⁊ nunciātes ꝓncipib⁹ ſacerdotū q̄ facta fuerāt. At illi pecunia copioſa corrupti: dixerunt Nobis dormiētibus furati ſunt diſcipuli corpus ieſu. Et manſit hoc verbū apud iudeos vſq; in hodiernū diē. ¶ Qz dn̄s apparuit mulierib⁹ ī via. c.cxc

Venit autē maria magdalena ī meredēs: ⁊ inuentis aliis q̄ cū illa ꝓus fuerāt: ibāt ſimul ad diſcipulos: iam certe de reſurrectione. Et ecce occurrit eis ieſus dicens. Auete. Ille autē acceſſerunt ⁊ tenuerunt pedes eius: adorātes. Dixit eis ieſus. Ite nunciate fratribus meis: vt eant ī galileā: ibi me videbūt. ¶ Hāc viſionē fui ī galilea p̄ ceterꝭ dn̄s mēorat: q2 ī ea credim⁹ oēs diſcipulos affuiſſe Exprobrādo q̄buſdā duriciā cordꝭ eoꝝ: eos plen⁹ de certificaſſe. Abierunt āt mulieres: ⁊ nūciauerunt oīa. xi. lugētibus: ⁊ his qui cū eis erant. ⁊ viſa ſunt añ eos ſicut deliramentū verba hec. Petrus autē ſurgens cucurrit ad monumentū vt lucas dicit. Et tūc veriſimile eſt q̄ dn̄s apparuerit ei in via: ⁊ ſi nō legat in euangelio. De quo dr̄: Apparuit ⁊ petro Quindes ꝑma die reſurrectiōis appuit

C Ma.xxviij

B Luce.xxiiij

B .i.cori.xv.

¶ De duobus euntib⁹ in emaus. Capitulum.cxci.

C Luce.xxiiij

Eadem die viſus eſt duob⁹ diſcipulis euntibus ī emaus: quoꝝ vnus dicebat cleophas tacito noīe alterius Putatur ſe lucas inuiſſe more ſcriptorū ſacre ſcripture. Sȝ Ambro. in lucā dicit illū vocatū amon. Poſt vaſtationem iudee ſub marco aureliano: reſtaurata eſt emaus. ⁊ dicta eſt nicopolis: hec erat a hieruſalē in ſpacio. lx. ſtadioꝝ. ¶ Tradunt greci ſcriptores herculē gigātē vno anhelitu. cxxv. paſſus cucurriſſe ⁊ ſtetiſſe. ⁊ a ſtando ſpaciū hmōi vocāt ſtadium. Cūq; octo ſtadia faciāt miliare in ſūma. lx. faciunt. vii. milia paſſuū: ⁊ quingentos. id eſt. vii. miliaria. ⁊ quattuor ſtadia. i. leucas tres: ⁊ tres ptes quarte. Ibat autem ieſus cū illꝭ: et oculi eoꝝ tenebant ne eū agnoſcerent vñ videt aliud in oculis eoꝝ fuiſſe: ne eū agnoſcerent. Et alibi legit q̄ apparuit eis ī alia effigie ergo aliud ēt erat ī eo: ne eū agnoſcerēt. Potuit etiā eē vt mutatio

eiuſdē corpis mortalis in imortale nō poſſit fieri ſine quadā alteratione ꝑ qua ſubito viſus nō agnoſceretur: vt ſi qs quē videret puerū ſi paulo p⁹ occurrētē ſibi iuuenē videret: non mox eum cognoſceret. Et cū cognouiſſent eum in fractione panis: et euanuiſſʒ ab eis eadem hora regreſſi ſunt i hieruſalē: ⁊ inuenerunt ꝯgregatoſ xj. ⁊ eos q cum eis erant dicentes: quia ſurrexit dominꝰ vere ⁊ apparuit ſimoni: ⁊ illi narrabāt que geſta erāt invia. ⁊ quō cognouerunt eum in fractione panis.

Additio. Fregit ⁊ porrigebat ill' Ideo tres fiūt parteſ hoſtie: vna q̄ſi ē dn̄i. due porrigūtur vna ſacerdoti: altera miniſtro vel reſeruatur īfirmo.

¶ Q; dominꝰ apparuit alijs abſente thoma. Cap.cxcij.

E F Joh.xx.

Quidam autez ex eis nō crediderunt: ex quibus vnus erat thomas. Quo egreſſo cū adhuc alij colloquerenꝭ de his q̄ audierāt. ⁊ ſero iā eēt ⁊ fores eēnt clauſe ꝓpter metū iudeorū: ſtetit ieſus in medio eorum ⁊ ait. Pax vobis: ego ſum nolite timere. Ipſi autē ꝯturbati putabāt ſe ſpiritū videre. Nondum enim credebant vl' tertia die potuiſſe verā carnem reſurgeꝭ. vl' ſuſcitatā clauſis ianuis poſſe itrare. Et ait illis. Videte manus meas et pedes meos. palpate ⁊ videte: q2 ſpūs carnem ⁊ oſſa nō habet: ſicut me videtis habere.

F Luce.xxiiij

Additio. Inde eſt ꝙ in mittendo partē hoſtie in calicez vbi ſignatur reſurrectio ſubditur. Pax d.ſ.ſ. vo. Et epūs cū primo couertit ſe ad populū in miſſa dixit pax vobis. Oſculū vero lōge poſt introductuz eſt ꝓ cauſa ſupradicta.

Oſtēdit eis cicatrices manuū. pedum. ⁊ lateris. ¶ Tribus de cauſis ꝑcipue reſeruauit dn̄s cicatrices in corpe lʒ incorruptibili. Ad corroborandā fidem apoſtolorū: q2 ſurrexerat. Et vt ſēper repreſentet patri: quale genus mortis tulit ꝓ nobis: qđ eſt quidam modꝰ interuemendi ꝓ nobis. Et vt in iudicio videant ꝑfidi: in quē pupugerunt. Et vt oſtendat omni carni ſigna victorie ſue. Verbi gr̄a Miles fortiter egit: ⁊ multis vulneribus ꝑfoſſus ē. Ait illi medicus Vis ſanari ſine omni cicatrice: vel cū cicatricibus ſine omni deformitate. Puto ꝙ in ſignum glie ſue ⁊ pro exemplo alios animādi ad idē reſeruaret cicatrices. ¶ Et nota ꝙ duo mira ſm humanā rōnē ⁊ ſibi ꝯtraria dn̄s oſtendit eis. Corpus ſcʒ incorruptibile ⁊ palpabile Nā palpari non poteſt quod nō corrūpit: ⁊ corrūpi neceſſe eſt qđ palpatur. Dicit tn̄ Beda ꝙ corpus dn̄i ⁊ ſubtile erat per effectum ſpūalis potentie. ⁊ palpabile ꝑ veritatem nature. i. palpabile oſtenſum: vt veritatē carnis ꝓbaret Vel pōt dici corpus dn̄i vere viſibile ⁊ palpabile alijs incorruptibilibus. A corruptibilibus ꝓo videri ⁊ palpari nō poteſt: niſi miraculoſe.

Nota

Nota

¶ Q; poſtq̄ comedit cum eis inſufflans dedit ſpiritūſanctum.

Capitulum.cxciij.

F G Luce.xxiiij

Adhuc illis n̄ credētibus: ait ieſus. Habetis hic aliqđ qđ māducetur. Et obtulerūt ei ptē piſcis aſſi: ⁊ fauū mellis Et māducans reliqs dedit illis. Sʒ ſciendum eſt cibos a dn̄o ſumptos poſt reſurrectionem nō ſolū ſumptos ſʒ etiā abſumptos. ſicut aqua miſſa in ignē abſumiꝭ. Ante mortem vero ſumptos in alimoniam. Aliter eīn abſorbet aquā terra

ſitiens: aliter radi⁹ ſolis candens. Et ait illis. Hec ſunt ṽba q̄ locutus ſum cũ adhuc vobiſcũ eſſem .i. ſilis vob; paſſibilis. Tunc aperuit eis ſenſũ: vt intelligerẽt ſcripturas: ⁊ dixit eis. Vos eritis mihi teſtes hoꝝ in om̄s gẽtes incipientes a hieruſalem.

F
Joh.xx.
¶ Gauiſi ſunt ḡ diſcipuli viſo domino .i. agnito. Dixit ḡ eis iteruꝫ. Pax vobis: ſupple ſit vł eſt. Tñ cum vicari⁹ chꝛi pontifex ſcꝫ dicit populo. Pax vobis: tm̄ ſubintelligitur: ſit. Qui vt oſtẽdat ſe chꝛi vicariũ. Qñqꝫ dt Pax vobis. tunc ſcꝫ cũ pꝛimo vertit̃ ad pplm̄ in miſſa: q2 hec fuit pꝛima vox chꝛi ad diſcipłos p⁹ reſurrectionẽ. Inſtar vero alioꝝ ſacerdotum dicit poſtea Dñs vobiſcum: vt ſe vnũ ex nobis eẽ oſtẽdat.

F
Joh.xx.
¶ Hec cuꝫ dixiſſet inſufflauit: ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritũ ſanctuꝫ. quorum remiſeritis peccata remittũtur eis: ⁊ quoꝝ retinueritis retẽta erũt. Huic ſẽtentie qdã adherent dicẽtes. Neminẽ poſſe ſoluere vł ligare niſi habeat ſpiritũ ſanctũ: quo auctoꝛe h⁹ faciat. Sꝫ attẽdere debent: q2 etiaꝫ ante reſurrectionem dedit eis ieſus eandẽ poteſtatem ſine inſufflatione: nec tamen legit̃ ibi dediſſe ſpm̄ ſanctum eis. Que duo ꝓdixit moyſes ibi:

B
Deut.xxxij.
ſurrexerunt mel de petra. id eſt potentiam ligandi ⁊ ſoluendi: ⁊ miraculorum a chꝛiſto immuni a peccato cuiuis moꝛtali: et poſtea oleum de ſaxo duriſſimo, id eſt eandẽ potentiam cum ſpiritu ſancto de chꝛiſto impaſſibili.

Additio.
Inde ẽ q᷑ audita ꝓnũciatione euangelij vertimur ad oriẽtẽ q̄ſi ad hierłm gratias agentes: q2 inde venit ad nos euangelium.

Additio.
Apłi dicunt̃ accepiſſe ſpiritũ ſanctũ ter. Pꝛimo ad gratiã curationum. Sc̄do ad remittenduꝫ peccata. Tertio ad loquẽduꝫ varijs linguis.

¶ Qꝫ appꝛuit thome. Ca. cxciiij. F G Joh.xx.

Cunqꝫ euanuiſſet ab eis: rediit thomas. Dixerunt qꝫ alij ad euꝫ. Vidim⁹ dominum. Qui dixit ſe nõ crediturũ: niſi videret ⁊ tãgeret cicatrices vulnerũ. Poſt dies autẽ octo cum eſſent diſcipuli intus: ⁊ thomas cuꝫ eis: ſtetit ieſus ĩ medio ianuis clauſis: ⁊ ait thome. Infer digitũ tuũ huc: ⁊ vide manus ⁊ latus ⁊ noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpondit thomas. Dñs me⁹ ⁊ deus me⁹ .ſ. es tu. Et ait ieſus. Quia vidiſti me thoma credidiſti. beati qui nõ viderunt ⁊ crediderunt. ¶ Tamẽ quidam dicũt thomam tantũ vidiſſe: nec auſum tangere: quia chꝛiſt⁹ tantũ dixit: q2 vidiſti me. Sed quia viſus ꝓ quolibet ſenſu poni ſolet: põt dici vidiſti .i. tetigiſti. ꝑſertim q2 domin⁹ dixerat. Infer digitum tuuꝫ huc ⁊ vide. Hec ⁊ alia fecit ieſus ad robur fidei noſtre: ⁊ multa que non leguntur in euangelio.

¶ De apparitione ad mare tyberiadis. Capitulum. cxcv.

A
Joh.xxi.
POſt hec autẽ manifeſtauit ſe ieſus ad mare tyberiadis. Piſcabantur autẽ diſcipuli .vij. nocte quadam: vt haberent cibos. Et cũ nichil pꝛendidiſſent: mane ſtetit ieſus in litoꝛe. Cũqꝫ ad ꝓceptum ei⁹ in dextera nauigij rete miſiſſent impleuerũt illud .cliij. magnis piſcib⁹. Et ait ioannes. Domin⁹ eſt. Tunc petrus miſit ſe ĩ mare. Alij nauigio venerũt: ⁊ inuenerunt pꝛunas in litoꝛe: ⁊ piſcem ſuppoſitũ: ⁊ paneꝫ iuxta poſitũ: ⁊ aſſãtes ſimul de piſcib⁹ quos pꝛẽdiderant: manducauerũt cũ ieſu: ſcientes q2 dñs eſt. Et fuit hec tertie diei manifeſtatio, ſꝫ poſt q̄ſ

E Ioh.xxi.

dies ab octaua die reſurrectionis
non eſt determinatū. ¶ Tunc di-
xit ieſus petro Simon ioānis dili
gis me pluſhis. Interrogabat do
min⁹ qđ ſciebat. Sȝ innuit vt ꝛ cor-
de credamus: ꝛ oꝛe ꝯfiteamur. Et
ait petr⁹. Etiā dñe tu ſcis: qꝛ amo
te. Nō ē ſic diſtinguēdū etiaȝ dñe
vt ſcȝ dixiſſet ſe diligere plus alijs
Hoc eñ neſciebat: ſȝ abundāt etiā
idiomate hebꝛeo. Tacēs ğ qđ igno
rabat rńdit qđ ſciebat. Vł ita dñe
amo te. ꝛ etiā tu ſcis qꝛ amo te. q.d.
Teipm̄ teſtem inuoco: qꝛ amo te.
Dicit ei ieſus. Paſce agnos meos
q.d. Exhibitio opꝛis ſit ꝓbatio di-
lectionis. Cū dixiſſet idipm̄ ſcđo et
idē reſpōdiſſet petr⁹. Iterū ſubdi
dit. Paſce agnos m. Poſt tertiaȝ
ꝑo rńſionē ſubdidit. paſce oues me
as. q.d. Paſce docēdo. paſce opan
do: paſce moriendo. Tunc dixit ei
ieſus. Cum eſſes iunioꝛ cingebas
te: ꝛ ambulabas vbi volebas. Cuȝ
aūt ſenueris extēdes man⁹ tuas et
alius te ciget: ꝛ ducet q̄ tu nō vis:
ſignificās. qꝛ crucifigeret nolēs ſȝ
ſenſum carnis. Et addidit. Seq̄re
me. i. ſeq̄ris me in genere mortis.

¶ Opiniones de morte Ioannis euangeliſte. Capitulum. cxcvi.

G Ioh.xxi.

TUnc cepit ie-
ſus abire: ꝛ cepit petr⁹
eum ſeq: putās h⁹ ſibi
a dño mandatū. Seq̄-
bať etiā eū ioānes. Cōuerſus pe-
trus vidit illū ſequentē: ꝛ ait ad ie
ſum. Dñe: hic aūt qđ ſupple patie-
tur. Poſtq̄ eñ audierat ſe crucifi
gendum voluit etiā fratris exituȝ
cognoſcere. Reſpondit ieſus. Sic
eū volo manere donec veniā. Pu-
tauerūt ergo diſcipuli ioannē non
moriturū: donec chꝛs veniret ad iu
diciū. Sȝ nō erat magnū dare di-
lecto non moꝛi: cū diſſolui ꝛ eē cuȝ
chꝛo meli⁹ ſit. Dixit ğ dñs q̄ in pa
ce ſeniū finiret. Tñ fuerť q̄ dicerēt:
ſic eū adhuc viuere: qꝛ cū i deſſoſſū
ſibi tumulū poſt celebratā miſſam
deſcēdiſſet lux magna ꝑ aliquot ho
ras fulſit: ꝛ circūſtātes q̄ aderāt ce
ciderūt. Cunq̄ʒ poſt lucē ſurgētes
acceſſiſſent ad tumulū ei⁹: vacuū i
ueneř: ꝛ ī terra leuis ſcaturiebat i
fūdo: ſic i fontib⁹ ſolet arena bulli
re: ꝛ adhuc q̄nq̄ȝ eadem ſcaturigo
bullire ibi videť. Vñ multi putaue
rūt eū viuere ſub terra: ꝛ anhelitu
eius ſcaturiginem fieri. Alij aūt iā
tranſlatum ad celū putant. De hu
iuſmodi vero melius eſt pie dubi-
tare q̄ȝ temere diffinire.

¶ De apparitiōe dñi i galilea vbi mādatū ē diſcipulis vt docerēt gētes ꝛ baptizarēt. Capitulū. cxcvij.

D math.xxviij.

VNdecim autē
diſcipuli abierūt i ga-
lileā ad mōteȝ vbi cō-
ſtituerat illꝭ ieſus. Et
vidētes eū: adoꝛauerūt. qdā autē
dubitauerūt. ¶ Et exꝓꝛobꝛauit il
lis duriciā coꝛdis eoꝝ. ¶ Et ait.

D Marci.xvi Math. vbi ſupꝛa.

Data ē mihi oīs ꝑtās i celo ꝛ i ter
ra. i. nūc apparet oīpotentia mea.
Vel ita. dixerā vob: in viam gen-
tiū ne abieritis. ſȝ qꝛ iudei abiece-
rūt me: ꝗ ſi dederūt michi ꝑtātem
mittendi vbiq̄ȝ terrarum ſub celo.

Marcus.

¶ Vñ igiť ſubdidit. Ite i oꝛbem
vniuerſum: ꝛ ꝑdicate euāgeliū oi
creature. i. homini ꝓ q̄ facta ē oīs
creatura. Vel q̄ hȝ ꝑticipationem
cū oi creatura. Vñ et hō microco-
ſmus. i. minoꝛ
mūdus dicitur.

Mat. vbi ſupꝛa.

¶ Et addidit.
Docete oēs gē-
tes. i. oīa gene-
ra gentium ſer-
uare que dixi vo
bis baptizātes
eos i nomie pa-
tris ꝛ filij ꝛ ſpi-
ritusſancti. In i-
choatione ope-
rū noſtroꝝ eā
dem ꝓonimus

Additio.
Quaſi diceret:
qđ in aure audi
ſtis ꝑdicate ſup
tectuȝ. Inde eſt
q̄ euangeliū le-
giť in edito tan
q̄ vbiq̄ȝ: ꝛ ab oi
bus audienduȝ
ꝛ coꝛā omnib⁹.
Pꝛo fit ſignuȝ
crucis ſuper li-
bꝛū. q.d. Hic eſt

formã ꝑboꝝ. ſʒ inuocando orã-tes: vt ad hono-rẽ trinitatis fiat opus qđ inchoa-mus: ꝛ vt trini-tas nobiscoopeꝛ. In baptiſmo au-tẽ đr affirmando: ꝛ eſt. Baptizo te in noĩe patris ꝛ filij ꝛ ſpũſſancti. i. miſteriũ baptiſmi ago. ſed autori-

Marcus vbi ſupra:

tas penes trinitatem eſt. ¶ Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: ſal-uus erit. qui nõ crediderit cõdem-nabiꝛ. Non ait. nec baptizat⁹ fue-rit. Sine baptiſmo em̃ ſaluaꝛ ho-mo cuʒ eum excludit articulus ne-ceſſitatis: nõ ꝯtemptus religionis Vñ. qđ dictũ eſt. niſi quis renatus

A Joh. iij.

fuerit ꝛc̃. ſic intelligitur. Qui con-tempſerit renaſci. Ordini verborũ dñi adherent heretici hui⁹ tp̃is di-centes. Nõ oportere baptizari niſi credentẽ. ꝛ ideo nõ recipiũt ba-ptiſmũ puulo ꝝ. Sed nõ intelligũt tp̃s quo hoc dictum eſt. Primo ei qꝛ p̃dicabaꝛ adultiſ: baptizãdi erãt adulti: ꝗꝝ fides exigiꝛ i baptiſmo Poſtmodũ puuli eoꝝ: ꝗ ꝑ adul-tis põt intelligi h⁹ eſſe dictũ. Uel ſi pro oĩbus ſic expone. Qui cre-diderit et bap. fue. hoc eſt qui i fide baptizabi-tur. Oportet ei baptizandũ: vel ꝑ ſe: vel ꝑ alium credere.

D Marci. xvj

¶ Signa aũt eos qui crediderint: hec ſequenꝛ. In nomĩe meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis ſerpẽtes tollent ꝛc̃. ꝛ hoc quoqꝫ ꝑ tempore dictum eſt. Tunc enim ſi-gna fiebãt ꝑ ĩfidelib⁹ ꝯuertẽdis. Nꝛ ꝗ ſigna nõ ſũt neceſſaria: ſi mõ fiunt ſicut paſſim tũc fiebant. Nos enim cum arbuſta plantamus tan-diu infundimus aquam: quouſqꝫ in terra conualeſcant.

Additio.

Generale enim fuit in p̃mitiua eccl̃ia q̃ illi qui exibãt de fonte ſtatim loquebã-tur linguis.

liber crucifixi: poſt i fronte ꝛ ĩ pectore quaſi in vtroqꝫ ſuperli-minari.

¶ De aſcenſione domini.

Capitulum. cxcviij.

G Luce. xxiiij

Die aũt aſcen-ſionis venit ad eos in hierl̃m: et ait. Sedete in ciuitate quouſqꝫ in-duamini virtute ex alto. Cumqꝫ co-mediſſet cum eis vñ intelligiꝛ ſex-tã horã tranſiſſe: eduxit eos foras in montem oliueti ꝑſus bethaniã.

D Marci. xvj

Et eleuatis manibus bñdixit eis.

B Act. j.

Et vidẽtibus ill̃ eleuat⁹ ẽ in celũ. ꝛ nubes lucida baiulabat eũ mini-ſterio angelorũ. Cũqꝫ iã ſubtract⁹ eẽt ab oculis diſcipuloꝝ: tñ adhuc intuebanꝛ i celũ. Ꝓpterea duo an-

B Act. j.

geli in forma virorũ ſteterũt iuxta illos: et dixerũt. Uiri galilei quid aſpiciatis i celũ. q. d. Recedite nec expectetiſ ieſũ vt modo redeat: tñ i fine temporũ ſic veniet quẽadmo-duʒ vidiſtiſ eum euntem in celuʒ baiulis ſcʒ nubi-bus deſcendet in aera Illi aũt regreſſi ſunt in hierl̃m: et expe-ctabãt ꝓmiſſuʒ ſpũmſanctum.

¶ Quo accep-to tp̃ibus ſuis ꝑ-fecti p̃dicauerũt vbiqꝫ dominio co-opante ꝛ ſermo-neʒ cõfirmante ſeq̃ntib⁹ ſignis.

Et nota dñiaʒ. Trãſlat⁹ enoch eſt. ſubuect⁹ eſt helias aſcẽdit ie-ſus propria ſui virtute.

Additio.

Hanc vltimam ꝓceſſioneʒ poſt ieſum rep̃ſentat eccleſia domini-cis diebus egre-diendo de eccl̃ia et redeundo ad eã: quaſi ꝺ hieru-ſalẽ: exiẽs. ꝛ re-diẽs in hieruſa-lem: ꝛ ſequendo

D Mar. vlti°

crucẽ: vt illi cru-cifixum. Et licʒ illi redierint ſi-ne ieſu: tñ noſtre dim⁹ cuʒ cruce: qꝛ ipſe dixit: vo-biſcũ ſũ vſqꝫ ad cõſummationẽ ſeculi. ¶ Et no-ta qꝛ primitiua eccl̃ia obſerua-uit diem domi-nicam: vt ꝛ modo ꝛ etiã feriaʒ quĩ-tam in memoriã aſcenſionis. ꝛ tũc quĩta feria fiebat ꝓceſſio. Sʒ mul-tiplicatiſ ſolẽnitatib⁹ ſãctoꝝ: ſubla-ta ẽ ſolẽnitas q̃nte ferie: ꝛ ꝓceſſio

trāſlata eſt ad dominicā. Unde dʒ ꝙ q̄nta feria cognata ſit dñice.

¶ Sequuntur tituli capitulorꝫ in hiſtoriā Actuum apoſtolorum.

¶ Quotiēs appuit dñs diſcipulis īfra quadragīta dies. Capl'z.i.
Qʒ apl'i fuerūt baptizati. cap.ii.
Quid reſponderit dominus indiſcrete querentibus. ca.iii.
De ortu ꝛ pceſſu pdicatōis. c.iiii.
Quid fecerint abeunte dño. ca.v.
Quibus ex cauſis āgeli apparuerunt. ca.vi.
In quo imitamur apoſtolos. c.vii
Ubi ꝛ cū qb' ſe collegerūt. ca.viii.
De ſermone petri. cap.ix.
De electione matthie. ca.x.
De miſſione ſpiritusſancti. ca.xi.
De miraculo linguarum. ca.xii
Qʒ petrus conuicit mentiētes auctoritate ꝓphetarum. ca.xiii.
De prodigiis in celo ſurſum impletis. ca.xiiii.
Exponit v̄ba dauid d̄ xp̄o. ca.xv.
De impleta ꝓphetia iohel. ca.xvi.
De paralytico curato a petro. c.xvii.
Qʒ ſibi nihil aſcribebant ſed omnia deo. ca.xviii.
De inuidia ſaduceorꝫ ī apl'os. c.xix.
Qʒ conſtanter reſponderunt ad īterrogata in concilio. ca.xx.
De mutua charitate inter apl'os. Capitulum. xxi.
De morte ananie ꝛ ſaphire. ca.xxii
De ſignis q̄ fiebāt ab apl'is. c.xxiii
De incarceratōe apl'orꝫ. ca.xxiiii.
Quomodo per angelum de carcere ſunt educti. ca.xxv.
Quomodo obſtupuerunt illis eductis. ca.xxvi
De reſponſione eorum. ca.xxvii
De conſilio gamalielis. ca.xxviii.
Aliud exemplum de eodē. c.xxix.
De cauſa murmuris inter chriſtianos. ca.xxx.
De commendatione beati ſtephani. ca.xxxi.
De ſermone eiuſdem. ca.xxxii
Proſecutio narrationis. ca.xxxiii
Quomodo computētur. ccccxxx. anni. ca.xxxiiii.
Opinio bede de eodem. ca.xxxix.
Redit ſtephanus ad ordinem hiſtorie. ca.xl.
Commendat tabernaculum ne videatur damnare locum ſanctum. Capitulum. xli.
Qʒ lapidauerunt ſtephanum. Capitulum. xlii.
De p̄ma pſecutione ſauli. ca.xliii.
De petitōe ſimonis magi. ca.xliiii
De eunucho baptizato a philippo Capitulum. xlv.
De excecatione ſauli. ca.xlvi
Quomō ananias ex mandato domini viſitauit ſaulum. ca.xlvii
De inuidia iudeorꝫ ī paulū. ca.xlviii
De curatione enee. ca.xlix.
De cōuerſione Cornelii. ca.l.
De viſione petri. ca.li.
Qʒ petrus venit ad cornelium vocatus. ca.lii.
Qʒ baptizauit cornelium ꝛ eos q̄ cum eo erant. ca.liii.
Quomodo redargutus eſt petr' a chriſtianis. ca.liiii.
De ꝯtinuatione hiſtorie. ca.lv.
De collecta facta paupib'. ca.lvi.
De morte iacobi maioris. ca.lvii.
Quis fuerit procurator ſubſtitutus mortuo pilato. ca.lviii
De propoſito herodis agrippe. Capitulum. lix.
De cauſa inuidie tyberii ꝛ herodis agrippe. ca.lx.
In quo herodes offendit tyberiū. Capitulum. lxi.
Quomodo liberatus eſt herodes in morte tyberii. ca.lxii.
Qʒ Gaius mandauit ſtatuam ſuā erigi in templo. ca.lxiii.
De morte Gaii īpatoris. ca.lxiiii
De eodem. ca.lxv.
Quomodo occiſo iacobo voluit apprehendere petrum. ca.lxvi
Quomodo liberatus eſt Petrus de manu herodis. ca.lxvii.
De morte herodis. ca.lxviii
De agrippa. cap.lxix.

Reditus hiſtorie ad ordinem ſuū. capitulum. lxx.
Qꝫ paulus ⁊ barnabas conuerterunt ſergium ꝑconſulem. ca. lxxj.
De diſceſſu ioannis ab eis. c. lxxij.
De predicatione Pauli ⁊ Barnabe in ſynagoga. cap. lxxiij.
Adhuc de eodem. ca. lxxiiij.
Quare tranſierūt ad gētes. c. lxxv
De recepta predicatione a gentibus. cap. lxxvj.
De perſecutione quā paſſi ſunt. capitulum. lxxvij.
De queſtione circunciſionis determinata. cap. lxxviij.
De ſermone iacobi fratris domini capitulum. ca. lxxix.
De epiſtola miſſa conuerſis ex gētibus. ca. lxxx.
Quomodo conſolati ſunt conuerſos ex gentibus. ca. lxxxj.
Determinat quando ſederit antiochie: quando rhome. cap. lxxxij.
De cauſa diſſenſionis inter Paulum ⁊ Barnabam. ca. lxxxiij
Qꝫ phibiti ſunt apoſtoli ne irent quo volebāt. ca. lxxxiiij.
De viſione que apparuit paulo nocte. cap. lxxxv.
Qꝫ recepti ſunt a muliere purpuraria. ca. lxxxvj
De ſpiritu phitonico a puella eiecto. ca. lxxxvij
De terremotu vnde aperta ſunt oſtia carceris. ca. lxxxviij.
Quomodo a magiſtratibus ſunt dimiſſi. cap. lxxxix
Qꝫ inuidia iudeoruꝫ iaſon accuſatus eſt. cap. xc.
Quid paul⁹ athenis fecerit. c. xcj
De ara ignoti dei. ca. xcij.
Qꝫ philoſophi athenienſes dixerunt deum nature pati. cap. xciij.
De dionyſio ariopagita. ca. xciiij.
Qꝫ iudei concitauerunt gallionē in paulum. cap. xcv.
Qꝫ diſputabat paulus epheſi cōtra iudeos. cap. xcvj.
Quomodo baptizati ſunt qui baptiſma ioannis acceperāt. c. xcvij.
De poteſtate nomīs ieſu. c. xcviij.
De tumultu excitato per demetrium. cap. xcix.
De mortuo reſuſcitato a paulo. cap. c.
De hoc quod agabus paulo predixit. cap. cj.
De eo quod obtulit de conſilio ſecundum legem. ca. cij.
Qꝫ ligat⁹ eſt paulus a preſide ad clamorem iudeorum ca. ciij
De egyptio qui populū ſeduxerat capitulum. cap. ciiij.
Qꝫ cognitus a populo ꝑmiſſus eſt loqui preſidi ca. cv.
Qꝫ paulus ciuem rhomanum ſe fecit. ca. cvj.
De ſciſmate orto inter iudeos ex induſtria pauli. cap. cvij.
Qꝫ dn̄s confortauit paulū. c. cviij
Quomodo coniuratum eſt ī mortem pauli. cap. cix.
Qꝫ ante p̄ſidem contra tertulliuꝫ oratorem contendit. cap. cx.
Qꝫ Felix voluit pecuniam extorquere a paulo. cap. cxj.
De ſeditione inter iudeos ⁊ gentiles. cap. cxij
De appellatione pauli. cap. cxiij.
De hoc quod rogabat agripa feſtum. cap. cxiiij.
Quomodo perorauit paulus coram Feſto ⁊ agrippa. cap. cxv
Qꝫ paul⁹ miſſus ē romā. ca. cxvj.
Qꝫ incidenter narrat de ſacerdotibus iudeorum. cap. cxvij.
De tempeſtate in mari quā predixit paulus. ca. cxviij
Qꝫ ꝯſtitutos in ꝑiculo paulus cōfortauit. ca. cxix.
De cōſtantia pauli. ca. cxx.
Qꝫ paul⁹ credit⁹ ē eē de⁹. ca. cxxj.
De v͛bo pauli ad cēturionē. c. cxxij
Qꝫ ſanauit p̄ncipis p̄rem ⁊ alios. capitulum. cxxiij.
Qꝫ recept⁹ eſt a fratrib⁹ xp̄ianis. capitulum. cxxiiij.
Quo tpe libere p̄dicauit. ca. cxxv.
Quo neronis īperij anno paſſus fuerit. ca. cxxvj.
In qb⁹ locis puniti fuerit petr⁹ ⁊ paul⁹. ca. cxxvij.

¶ Hiſtorie actuū apoſtolorum.
Capitulum.j.

¶ Quotiens apparuerit dominꝰ diſcipulis infra.xl.dies.

ANno nonodecīo imperij tiberij ceſarꝭ adhuc procuratore iudee pilato preſide ſyrie vitellio: mortuꝰ ē dñs et reſurrexit. Reſurgēs aūt ꝟitatē reſurrectionis multꝭ cōprobauit argumētꝭ: mſtra in corpe ꝓprio oſtēdēs ꝑter naturā corpis īmortalis vt ſic veritatē reſurrectiōis aſtrueret: ⁊ ab aplis ⁊ eoꝝ poſteris oēm oīno cauſā heſitationis amoueret Comedit eīn ⁊ bibit cū eis cū corpus ſpūale ciboꝝ alimōia minimē idigeat. In corpe ꝓprio cicatrices oſdit: cū a natura corpis immortalis penitꝰ aliena ſit oīs deformitas cicatricis. Preter hec argumenta lucas ſcribens hiſtoriā actꝰ aploꝝ ponit alia. Fuit enim argumentuꝫ vere reſurrectionis ꝙ per dies. xl. apparuit eis loquēs de regno dei. Nō eſt aūt intelligendū . ꝙ ſinguloꝝ.xl.dierū tpe apparuit aplis. ſꝫ infra numerū tot dieruꝫ decies apparuit eis: vt ex euangelica hiſtoria colligit.

A
Act.j.

Appitiōes. v. in die paſche.

¶ Ipſa nanqꝫ die reſurrectiōis qnquies apparuiſſe legit. Primo marie magdalene. Secūdo mulieribꝰ redeūtibus de monumēto: qñ tenuerūt pedes eius ⁊ adorauerūt eum. Tertio petro: licet nō expreſſe habeat ī euāgelio. Quarto duobꝰ euntibꝰ in emaus Quito apparuit.x.apoſtol' abſente thoma. Sexto poſt dies octo apparuit eiſdem pñte thoma. Septimo ſeptem diſcipulis apparuit in piſcatiōe ad mare tyberiadis. Octauo in mōte thabor qñ ꝯuenerant in galileā. ⁊ ita ante diem aſcēſionis apparuit octies. Ipſa ꝟo die aſcēſiōis bis apparuit ſemel.xj.aplis cōmedentibus in cenaculo. Oēs qdē apl'i ꝙ alij diſcipuli necnō mulieres habitabant in illa pte hierl'm que dicebat mello ſcꝫ i mōte ſion: vbi dauid ꝯſtruxerat ſibi palatiuꝫ ⁊ ibi erat cenaculū illō grāde ſtratū: in quo precepit dñs ſibi parare paſca. Et in cenaculo illo tūc habitabāt.xj.apl'i. Ceteri autē diſcipuli ⁊ mulieres habitabant circūquaqꝫ per diuerſa hoſpitia.

B
Marci.xiiij

¶ Qꝫ apoſtoli fuerūt baptizati.
Capitulum.ij.

D
Marci vltimo.

ET dum comederent vndecim in cenaculo apparuit eis dñs: ⁊ exprobrauit incredulitatē eorū ⁊ duriciā cordis: ⁊ comedit cum eis. Et cōueſcens precepit eis ab hieroſolimis ne diſcederent. ſed expectarēt promiſſionem pris.i.ab ipo promiſſam: vel a pre p ipm et pris auctoritatē cōplendā dicēs. Ioannes baptizauit aq̄. Vos aūt baptizabimini ſpū ſctō: nō pꝰ mltos hos dies. Ac ſi diceret. Spūſſctūs ſup vos deſcendens vos purificabit ⁊ roborabit. De baptiſmo aūt aploꝝ ſolet dubitari. ¶ Sꝫ ſuper hunc locū dicūt Beda ⁊ Augꝰ.ꝙ fuerint baptizati. Ait eīn Beda. Baptizabimini qd eſt in ſpū ſctō: nō ad illud tempus reſpicit: q̄ apl'i ⁊ ceteri fideles illiꝰ tpis baptizati ſūt aqua in remiſſionē peccatoruꝫ grā ſpūſſancti a dño pcepta. ſꝫ ad illud / quo dño mittente ſpm ſctm plenius acceperunt. Ideo nōdum fuerāt baptizati: nō dico aq̄. ſꝫ ſpū ſancto: quos intelligimꝰ baptizatos baptiſmo Ioānis. Vel qd credibilius eſt baptiſmo xpi. Cōueniens eīn erat eos eē baptizatos q baptizabant alios. de eodē augꝰ. Scriptū eſt qñ baptizatꝰ eſt paulus: qui ab anania baptizatus eſt. Sed ſcriptū eſt qñ baptizati fuerit

A
Act.j.

Beda augꝰ

B
Joh.iiij.

alij apl'i. Sed debem⁹ intelligere
B baptizatos eſſe ꝓpter illā dn̄icam
Joh.iij. ſniam. niſi qs renatus fuerit ex aq̄
⁊ ſpū ſancto non pōt intrare in re-
gnum dei. Sic apte volūt beda et
Augu. ꝙ baptizati fuerint baptiſ
mo chr̄i; ⁊ de quibuſdā ſatis videt̄/
ꝙ baptiſmo Joānis fuerint bapti
zati: vt de ādrea philippo ⁊ petro:
de quibus ꝯſtat ꝙ fuerūt eius di-
B ſcipuli. ¶ Hoc dicto precepit eis
Luce vltio. vt egrederent̄ de ciuitate: ⁊ ſtatim
euanuit ab oculis eorum.

¶ Quid reſpōdit dn̄s indiſcrete querentibus. Capitulum.iij.

Ecce noua ap/
paritio. Et ſtatim poſt
comeſtionem. xj. apl'i ⁊
alij diſcipuli et mulie-
res de ciuitate vnanimiter egreſſi:
iuxta preceptum dn̄i venerūt i mō
tem oliueti: ⁊ ſtatim dn̄s apparuit
eis. Quō autē precepit eis vt egre
derent̄ de ciuitate et euanuerit ab
ocl'is eorum ⁊ quō egreſſi de ciui-
tate venerūt in montem oliueti. et
ibi dn̄s apparuerit eis: in hiſtoria
B ſubijcit̄: q: breuis ē. ¶ Tunc qui
Act.i. ꝯuenerāt ceperūt eū īterrogare di
cētes. Dn̄e ſi in tpe hoc reſtitues re
gnū iſrl': tpale q̄ntū ad quoſdā im-
peritos ⁊ carnaliter ſapientes: q̄ vi-
dentes alienigenā regnare: ⁊ iude
os eſſe ſub preſide: querebant de re
ſtitutiōe regni iſrl' tpalis: putātes
tūc a dn̄o reſtituēdū ſicut ⁊ duo di
ſcipuli dicētes. Nos ſpabamus/ ꝙ
ipe eſſet redempturus iſrl'. Alij ma
gis inſtructi; ſcientes illam reſtitu
tionē nō niſi finaliter futurā. ſcili-
cet circa tpa iudicij: querebant de
reſtitutione regni iſraelis ſpiritalis
ſez de dilatiōe eccl'ie. Acſi dicerēt.
Nūquid in h⁰ tpe facies qd̄ promi
ſiſti eccl'ie. Dn̄s autez nō certifica-
uit eos ſup hoc. Ex quodā tn̄ ꝟbo
in reſponſione eius poſito: ſi ſcioli
eſſent poſſent intelligere reſtitutio
nē illā mlt; tpib⁹ differēdā. Nō ē
inq̄t vr̄m noſſe tpa vl' momēta q̄ pr̄
poſuit in ſua ptāte. i. numerū tpm
⁊ momētorū vſq ad finē ſecli q̄ tm̄
patris patēt ſciētie. Acſi dicerent.
Nichil ad vos q̄rere de ſecretis hu
iuſmōi: nec ad ea pcipiēda eſt; ido
nei. Sz de his q̄ ad vos ſpectāt eſto
te ſolliciti. q: vos reuera accipietis
ꝟtutē ſupuenīētis ſpū'ſſācti: cuius
ꝟtute roborati: eritis michi teſtes
reſurrectiōis mee. pmo in hierl'm.
ſcdo in iudea. poſtea in ſamaria: tā
dē vſq ad vltimū terre. Acſi tacite
diceret. Ante regni illi⁹ reſtitutio
nē nō ſolū hieroſolymā ſed ⁊ oīs
iudee fines ⁊ ſamarie mūdi etiā ter
minos p circūitum fama euāgelij
percurret.

¶ De ortu ⁊ ꝓceſſu predicatiōis. Capitulum.iiij.

Primo ſiquidē
predicatū eſt euāgeliū
in hierl'm: ſed ꝓpter la
pidatiōem ſtephani ⁊
mortē iacobi gladio occiſi: egreſſi
ſūt de hieruſalē predicātes in fini-
bus iudee. Poſtea trāſierūt ad ſa-
maritanos: ⁊ inde proceſſerūt per
vniuerſū orbem. ¶ Et cū hoc di- B
xiſſet ſecundū aliū euāgeliſtaz ele- Act.i.
uatis manib⁹ bn̄dixit eis. Et poſt B
bn̄dictionē illā; videntib⁹ illis ele Luc. vltio.
uatus ē. Et nubes ſuſcepit euz ab
oculis eoꝝ: q: quaſi quodā i globo
baiule nubis aſcēdit. Non tn̄ ideo/
ꝙ ad aſcēdendū egeret miniſterio
nubis. ſz vt p hoc oſtēderet̄: q: oīs
creatura parata ē obſeq̄ ſuo creatori.

¶ Quid fecerint abeūte domio. Capitulum.v.

De loco aſcēſio- Nota dei
nis dicit ſulpici⁹ ep̄us mirabilia.
hieroſolymitan⁹: q: ibi
cū poſtea edificata eēt
eccl'ia: locus ille i quo inſtiterāt ve-
ſtigia xp̄i aſcēdētis: nunq̄ potuit
ſterni paulmēto. immo reſilliebant
marmora i ora collocātiū. Calcati

etiā pulueris a dño: hoc dicit eē documētū: qr veſtigia ipreſſa cernūt̃ & candē adhuc ſpeciē velut preſſis veſtigijs terra cuſtodit. Cū iā dñs raptus eēt a cōſpectu eorū: adhuc tn̄ ſuſpenſis vultib⁹ ſtabāt aſpiciētes in celū: cum poti⁹ reuerti i hieruſalē debuiſſent: qr dictū erat eis

G Luce.xxiiij. Sedete in ciuitate quoaduſq3 induamini ꝟtute ex alto. Et ne diutius ibi morarētur: miſſi ſūt angeli īſtruentes eos. Vn̄ ſequit̃. ¶ Cūq3 intuerent̃ i celū euntē illū.i.illo abeūte: vt accuſatiu⁹ ponat̃ pro ablatiuo abſoluto: ꝓ quo ponit̃ genitiu⁹ in greco Uel cū pri⁹ intuerent̃ eū

B Act.j. tem illū: & adhuc intuerētur in celū: ecce duo viri.i.duo angeli i forma viri: aſtiterūt iuxta illos i veſtibus albis: qui & dixerunt.

¶ Quibus ex cauſis angeli apparuerunt. Capitulum.vj.

B Act.j. Viri galilei qd ſtatis aſpiciētes in celū: quaſi obliti quid facere debeat̃. Hic ieſ⁹ qui aſſūpt⁹ eſt a vobis in celū.i. in eadem carnis ſubſtātia: in q̄ aſſūpt⁹ eſt a vobis i celū: ſic: veniet quēadmodum vidiſtis eū euntē in celuꝫ.id ē ſicut baiulis nubib⁹ vidiſtis eum aſcēdentē in celū. ſic baiulis nubib⁹ videbitis eū in aere ad iudicium venientē. ¶ Duplici de cauſa hi duo angeli apparuerunt. ſcꝫ vt meſtos de abſentia domini ꝯfortarent/ & vt eū vere aſcendiſſe in celū demōſtrarēt. ſcꝫ in regionē

B iiij.Re.ij. angelorū. Nō ſicut helias q̄ rapt⁹ in igneo curru aſcendit vſq3 ad ſub

A Eccl.xlviij. lunarē regionē. nec eam' tranſcendit: ſed tn̄ tranſlatus eſt in paradiſuꝫ terreſtrem: qui adeo eminet/ vt ptingat ad ſublunarē regionē: nec

C Act.j. tn̄ tranſcendit. ¶ Tunc reuerſi ſūt hieroſolymam a monte qui vocat̃ oliueti. propter copiam oliuarum: ſabbati habens iter. id eſt itinere ſabbati diſtās a hierl̄ꝫ.ſ. ſpacio miliarij. qr nō amplioꝛi ſpacio licebat iudeis i ſabbato ꝓgredi de ciuitate vel villa i qua erāt. ſꝫ ꝑ mille paſſus poterāt circa deābulare. Uet⁹ editio hꝫ a mōte triū luminū. Sic autē dict⁹ ē mōs oliueti. qr de nocte ex pte occidēt/ illumiabat̃ igne templi. qr erat ignis iugis i altari: mane ex pte oriēt/ pmo excipiebat radios ſolis anq3 illuſtrarēt ciuitatē. Habebat etiā copiā olei qd ē fomentum luminis.

¶ In q̄ imitamur aplos. Ca.vij. Ex euangelio nichodemi.

Cunq3 regreſſi eſſēt i hierl̄m oēs vnanimiter: aplos vſq3 ad eorū hoſpitia cōduxerūt. deīde ad ꝓpria redierūt. Hāc pceſſionē diſcipulorū q̄ vnanimit̃ de ciuitate ſūt egreſſi. & poſt vnanimiter regreſſi/ repſentat eccl'ia ſingulis dn̄icis dieb⁹ pceſſionē faciens. Vn̄ ſicut illi egreſſi ſūt pcedēte crucifixo. ita & nos ð eccl'ia egredimur crucem preferendo. Et licet non redierit cum eis crucifix⁹: nos tamen redeuntes crucē reportamus. Quia licet non redierit cū eis preſentia corporali rediit tamē cum eis preſentia ſpirituali: iuxta quod dixit. Vobiſcum ſum vſq3 ad conſummationem ſeculi. In eo ergo q egredimur crucē domini preferendo repreſentamus: quia illi egreſſi ſunt preeunte crucifixo. In eo q crucem domini reportamus cum non redierit cum eis preſentia corporali: repreſentamus q ait Vobiſcum ſum vſq3 ad conſummationem ſeculi. In primitiua autē eccleſia huiuſmodi repreſentatio fiebat in eccleſia quinta feria: que tunc temporis eque ſolemnis erat ſicut prima. Quinta pro veneratione aſcenſiōis. Prīa pro reuerētia reſurrectiōis. Unde in vulgare ꝓuerbium verſum eſt. vt dn̄ice diei dicatur cognata dies iouis/ qr āti...

G math.xxviij.

G math.xxviij.

quitus fuit eque ſolemnis. Sed qꝛ ſupuenerunt feſta ſanctorum ⁊ celebrare tot feſta erat quaſi oneroſum: vt in die dñica fieret ꝓceſſio deinceps eſt inſtitutum.

¶ Ubi ⁊ cum quibus ſe collegerunt. Cap. viij.

B Act. j. Tunc aſcenderunt apoſtoli in cenaculum vbi manebant. ſcꝫ petrus ⁊ iacobus. ioannes ⁊ andreas ⁊ alij. Et mutatur hic ſeries catalogi. Solēt eñ apoſtoli in catalogo in hūc modū combinari. Petrus ⁊ andreas Jacob⁹ ⁊ ioānes. Forte ⁊ alibi ita cōbinantur ꝑ carnis affinitate. Hic autem ꝑ meritorū paritate: quia intellexit lucas in ſpū pares eſſe i merito petrum ⁊ ioannē: qꝛ forte pre ceteris dilexerunt. Unde ⁊ pre alijs ſimul ad monumentū cucurrerunt. Et erant omnes vnanimiter pſeuerantes in oratione cū mulieribus ⁊ maria matre ieſu que a mulieribus diſtinguitur: quia nō poteſt ꝓprie dici mulier quaſi mollier. id ē molliciem paſſa. Interdū tamen mulier ꝑ ſexu non ꝑ corruptione ponitur vt ibi. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier. Et fratribus ei⁹: quod de illis debet intelligi: de quibus ante paſſionē dictum ē. Neqꝫ eñ fratres eius credebant in euꝫ: nunc aūt credebant. Nota q̄ dictū eſt: pſeuerantes in oratione: ⁊ nō eſt additum de ieiunio. Quidam tamen a feſto aſcenſionis vſqꝫ ad pētecoſtem ieiunant exemplo apoſtolorum: quos aiunt in ſpacio illo ieiunaſſe: quia in euangelio dictū eſt. Veniēt dies in quibus auferetur ſponſus ab eis: et tunc ieiunabunt ⁊ potuit ita eſſe: hic tamē nō habetur.

¶ De ſermone Petri. Capitulum. ix.

In diebus illis id eſt i illo meditullio tēporis inter aſcenſionem ⁊ ſpūſſācti miſſionem exurgēs petrus in medio fratrum dixit. C Act. j. Conſtat eñ in ſpacio illo factam eſſe matthie electionē: licꝫ non ſit determinatuꝫ qua die. Unde quaſi indefinite dictum eſt. In diebus illis. Et inde quaſi ex forma ſcripti aſſumpſit eccleſia formā legendi. Unde qꝛ in actib⁹ apoſtolorū frequenter inuenimus. In diebus illis. ideo cum legūtur i eccleſia pticule epiſtolarum ꝑmittit̄ In diebus illis. Et qꝛ i euāgelijs ſepe legitur In illo tēpore ideo cū ſingulis diebus leguntur in eccleſia particule euangeliorum ꝑmittitur: In illo tempore Viri fratres oportet impleri ſcripturam quam ꝑdixit ſpiritusſanctus ꝑ os dauid de iuda qui fuit dux eoꝝ q̄ cōprehenderunt ieſum: qui duxit cohortem ⁊ regis miniſtros ad hortum in quo orabat dominus. F Ps. lxviij. ⁊ ps. cviij. D Vel quia oſculo dedit ꝓditionis indicium. ⁊ ita ꝑbuit eis ducatuꝫ: q̄ cōnumeratus eſt in nobis. i. ſortitus ē ſortem miniſterij huius. ſcꝫ ⁊ apoſtolatus: q̄ quaſi ſorte vt dominica electione obtinuit apoſtolatū. Et eleganter dictum eſt cōnumeratus: qꝛ numero non merito inter aplos cōputatus eſt. Vel reſpicit ad hoc quod dixerat: qui fuit dux eorum q̄ cōprehenderunt ieſum: ⁊ ſortit⁹ eſt ſortem miniſterij huius. ſcꝫ ducatus. id eſt habuit hunc ducatuꝫ. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis Quod quidē myſtice exponūt. id eſt ꝑ accepto ꝑcio proditionis poſſedit infernū qui dicit̄ terra morientium: ſicut paradiſus terra viuentium. Alij dicunt iudam ibi ſepultum: ⁊ ita poſſediſſe. ſed non eſt autenticum. Dictum eſt ergo poſſedit. id ē poſſideri fecit. qꝛ de poſſeſſione eius

xpriſa emptus eſt. et ab aliis poſſeſſus: et ſuſpenſus crepuit medius: et diffuſa ſunt viſcera eius: ſed nõ per os eius. vt ſic parceretur ori quo ſaluatorẽ oſculatus fuerat. Non enim tam viliter debuit inquinari: qđ tã glorioſum. ſcz os xpi contigerat. Dignũ enim erat vt viſcera q̃ proditionẽ cõceperant rupta caderent: guttur quoqꝫ quo vox proditionis exierat laqueo artaretur. Sepe enim modum pene exprimit modus culpe. Unde abſciditur homini caput corporis: quia ipſe ſibi abſcidit caput mentis. i. rationẽ: ſicut et iudas mortuus eſt in aere tanq̃ aeris poteſtatibus ſociandus. Cõgruũ enim erat vt ſepararetur ab angelorũ et hoim regione q̃ offenſus fuerat vtriſqꝫ. Et ita modus et locus pene congruit culpe.

¶ De electione Matthie. Cap. x

H Act. i.

Et notum factũ ẽ hoc oibus habitãtibus hierlm: ita vt appellaretur ager ille lingua eorũ acheldemach. Qꝫ ẽ dicũ eorũ. dicunt quidam hec nõ fuiſſe verba petri cũ iudeus eſſet: et ad iudeos loqueretur: ſꝫ luce q̃ grece ſcripſit: et in hebreo nomẽ agri expoſuit alii dicũt q latinus interpres hoc addidit. ſꝫ melius a petro dictum accipitur: et cõtinuatur ei qđ dixerat. Notũ factũ eſt omnibus habitãtibus hierlm: ita vt appellaretur ager ille acheldemach lingua eorum .i. hieroſolymitarũ. quia cũ petrus galileus eſſet: et eadẽ eſſet lingua galileorũ et hieroſolymitarũ: tamen diuerſa erant lingue idiomata. vñ petro dictum ẽ. Uere galileus es: nã et loquella tua manifeſtũ te facit. i. idioma lingue galileorum.

G Mat. xxvi.
G Mar. xiiii.
F Luce. xxii.

Scriptũ ẽ ei in libro pſalmorũ: nõ eſt dictuꝫ in libris. Unde inſultat Aug. Hieronymo. librũ pſalmorũ per quinqꝫ volumina diſtinguenti. Cũc enim dici debuit in quarto libro pſalmorum. Fiat habitatio eorũ deſerta: et nõ ſit q̃ habitet in ea: de ſuis ſcꝫ. et epiſcopatũ eius accipiat alter. id eſt alius: quia de multis diſcipulis. i. lxxii. electus eſt matthias: eiqꝫ ſubſtitutus eſt. Uel idõ dictum eſt: quia matthias fuit lõge alter ab eo: quia vir ſanctus. iudas vero nequã: vel alter duorum quorũ ſortes miſſe ſunt. Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt cõgregati ĩ omni tpe quo ĩtrauit et exiuit dñs ieſus: incipiens a baptiſmate ioãnis vſqꝫ in diem quo aſſumptus ẽ a nobis: teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. q. d. Quia mortuus eſt iudas. et ſic prophetatum eſt: quia epiſcopatuꝫ eius accipiet alter. ergo oportet vt aliquẽ ei ſubſtituamus q̃ teſtetur nobiſcuꝫ reſurrectionẽ eius: quia dictũ eſt nobis. Eritis mihi teſtes ĩ hieruſalem reſurrectionis mee. ſcꝫ et in omni iudea et ſamaria: et vſqꝫ ad vltimũ terre. Et quia teſtis non niſi de his que vidit vel audiuit debet teſtimoniũ ferre: eligendus ẽ de his viris q̃ a baptiſmo ioannis poſtq̃ cepit ieſus facere et docere vſqꝫ ĩ diem aſcenſionis nobiſcũ fuerũt: et dñi miracula viderunt: et doctrinam audierunt. ¶ Et nota q dictum eſt ex his viris nõ de ſexu infirmiori: et ad hoc minus idoneo. Act. i. b. et

¶ Et ſtatuerunt illos duos alios preferentes: ioſeph q̃ vocabatur barſabas: q̃ cognominatus eſt iuſtus. et matthiã: de cuius laude ſubticetur: quia ſufficit ei pro laude q in apoſtolũ eligitur. Joſeph vero cõmẽdatur: ne tanq̃ indignus reſpui videretur. infra. iii. g et. vi. b.

Et habemus hic plane ĩ gloſa: quia iſte ioſeph q̃ vocabatur barſabas fuit barnabas: q̃ poſtea cũ paulo in apoſtolatum electus eſt. Sꝫ nõ eſt huic opinioni adherendũ: quia ex ſequẽtibus euidens fiet hoc nõ cõſtare. Jſte nãqꝫ ioſeph fuit frater triũ apoſtolorũ filiorũ alphei: nec fuit apoſtolus. ¶ Et orantes

A Pſa. cviii

dixerūt. Tu domine qui noſti cor
da omnium oſtende quē elegeris
ex his duobus accipere locum mi
niſterij huiꝰ ꝛ apoſtolatꝰ: de quo
preuaricatus eſt iudas vt abiret ī
locum ſuū. Et dederunt ei ſortes.
Et cecidit ſors ſuper matthiam ꝛ
annumeratus eſt cum.xj. Non eſt
modo vtendum ſortibus vt tradit
Hieronymus ꝓ hac auctoritate:
qꝛ priuilegia paucoꝝ non faciunt
legē cōmunē. Nondum tamē miſ
ſus eſt ſpiritusſanctus necdū figu
re legales penitꝰ ceſſauerāt. Ideo
adhuc poſite ſunt ſortes ſicut ī ve
D teri teſtamento ſepe factum legit
j. Re.x. Nam ſaul ſorte electus eſt: iona
i. pa.xxiiij. thas ꝛ armiger eius ſortes iecerūt
Dauid quoqꝫ ſortes iecit quando.
xxiiij. ſummos ſacerdotes elegit.
Si quis tamē compellitur vti ſor
tibus apl'os imitetur: premiſſa ſcꝫ
oratione ad dn̄m. Facta eſt ergo
electio matthie inter aſcenſionem
ꝛ ſpiritusſancti miſſionem: ſꝫ qua
die incertum eſt.

De miſſione ſpūſſancti. Cap.xj.

A Act.ij. ET cum cōple
rentur dies pētecoſtes
erant oēs diſcipuli pa
riter in eodem loco in
quo facta ē electio matthie. Sed
videtur ꝑperam dictum cum com
plerentur: cum hec fuit prima. vij.
dierum quibꝰ ꝓtelabat feſtū pen
tecoſtes. ¶ Tria eñ erant feſta q̄.
vij. diebus protelabantur. ſcꝫ pa
ſca. pentecoſte. ꝛ ſcenophegia. Vi
detur ergo potius dicendū fuiſſe.
cū inciperent dies pētecoſtes. Sꝫ
pētecoſtes equiuocum eſt ad qn
quagenā: ꝛ ad eam ſolennitatē ſe
ptem diebus protelatā. Pentacō
eñ interpretatur quinquaginta:
inde pentecoſte quod quinquage
nā ſignificat. ꝛ eſt grecum vocabu
lum pentecoſte ſicut paraſceue et
ſcenophegia. Sed de hoc nomine
paſcha queſtio eſt. Habent eñ he
brei multa greca vocabula: qꝛ ſepe
per multas captiuitates ꝑticula
res diſperſi ſunt: ꝛ fuerunt inter
grecos a quibus multa vocabula
retinuerunt. Eſt ergo ſenſus. Et
cum cōplerentur dies pētecoſtes.
id eſt quinquagene. illa enim dies
erat quinquageſima a reſurrectio
ne: ꝛ cum inchoarentur dies pen
tecoſtes. i. illius ſolēnitatis ſeptē
diebus ꝓtelande: erant oēs diſci
puli in cenaculo. Et dū eſſent pa
riter in eodem loco factus eſt repē
te de celo. i. de aere ſonꝰ. qꝛ fragor
quidā inſonuit in aere tanq̄ adue
nientis ſpūs. i. ſoni vehementis: vt
ſit tanq̄ nota ſimilitudinis: ac ſi di
ceret. Venit ſpūſſanctus in ſimili
tudine venti vehementis: vel tanq̄
ſpūſſanctus vehementis. Et erit
tanq̄ expreſſiuū veritatis: qꝛ vere
ſpūſſanctus dicit' vehemēs quaſi
vehens a mente. id eſt a mentis af
fectibus alienās. Vel iuxta qd̄ ait Nota
ille clareuallenſis abbas Benar
dus. Merito dicitur vehemēs: q̄ſi
ve adimens. id eſt eternam dāna
tionem. Poteſt ergo ꝛ ad ſonū ꝛ
ad ſpiritūſanctum referri quod di
ctum eſt. tanq̄ aduenientis ſpūs.
qꝛ ſpūs equiuocum eſt ad vtrūqꝫ:
ſicut ruha in hebreo: pneuma ī gre
co. Et repleuit ſonus ille vel ſpiri
tusſanctus totā domū vbi erant ſe
dentes. i. viros ꝛ mulieres ī domo
ſedentes: implens quod dictum B
erat eis. Sedete ī ciuitate quoad Luce.xxiiij.
uſqꝫ induamini virtute ex alto.
Et apparuerunt illis diſptite lin
gue tanq̄ ignis. i. radioli ignei in
modum linguarū inſidentes capi
tibus ſingulorū. Ipſa aūt ſpecies
creature in qua ſpiritusſanctus de
ſcendit viſibiliter ad quē vſū tunc
deſcenderit in apl'os: expreſſit ſpe
cies ignis oſtēdēs ſpm̄ſanctū tūc
datū eis ad robur: ſpecies lingua
rū ad ſcientiā. Lingua eñ ſciētiā
explicat ignis teſtā roborat. Datꝰ
eſt etiā ſpūſſanctus apl'is aū paſ

ſionem: quando miſſi ſunt ad pre-
dicandũ: ⁊ dictum eſt eis. Egros
D Mar. xvi. ſanate. demones eiicite. mortuos
ſuſcitate. Poſt reſurrectionẽ etiã
F Iohan. xx. datus eſt eis ad aliũ vſum quan
do inſufflauit ⁊ dixit eis Accipite
C Mat. xvi. ſpiritũſanctum. quorũ remiſeritis
peccata: remittunt eis. ⁊ quorum
A Act. ii. retinueritis: retenta ſunt. Ubi for
te claues quas dederat petro: dedit
⁊ aliis. ¶ Et repleti ſunt omnes
ſpũſſancto: ⁊ ceperũt loqui variis
linguis: prout ſpũſſanctus dabat
eloqui illis qui diuidens ſingulis
ꝓut vult vbi vult. quãdo vult. quã
tum vult. quomodo vult. quibus
vult ſpirat. Inde eſt ꝙ apoſtoli vel
vna tantum lingua ſcʒ hebrea loq
bantur: ita ꝙ ab omnibus intelli-
gebantur. Uel quod verius ẽ lin-
guis omnibus loquebant: quibus
inſpirauerat ſpũſſanctus omniũ
B Sap. i. linguarum noticiam: iuxta quod i
ſapientia legitur. Spirit9 domini
repleuit orbem terrarum. ⁊ hoc qđ
continet omnia. id eſt. homo cõue
nientiam habẽs cum omni creatu
ra: vel ꝓpter quẽ facta ẽ oĩs crea
tura ſcientiã habet vocis. id eſt lin
guarũ. acſi diceretur. Spirit9 dñi
repleuit orbem terrarum: ⁊ dedit
diſcipulis ſcientiam linguarum.

¶ De miraculo linguarum.
Capitulum. xii

A Act. ii. Erant autẽ in
hierſm iudei viri reli-
gioſi: ⁊ in iudea habi-
tãtes: ⁊ ꝑter illos alii
multi ſupuenientes fere ex omni
natione que ſub celo eſt: qꝛ multis
captiuitatibus diſperſi fuerant iu
dei ꝑcipue ſub antiocho epiphane
q̃ captiuitas fuerat vicinior huic
facto: ⁊ modo ad diem feſtum oẽs
conuenerant Audito ergo frago-
re qui inſonuerat in aere conuene
runt omnes ad diſcipulos. ⁊ mira
ti ſunt quoniaʒ audiebat vnuſqſqʒ
lingua ſua illos loquentes. Et me
rito dictuʒ eſt ſingulariter: lingua
ſua. quia nõ ſciebant ſolũ linguas
ſed etiam linguarum idiomata.
Alii autem irridebant eos dicen-
tes. Muſto pleni ſunt. id eſt vehe
menter ebrii: quia vehementior eſt
ebrietas de muſto q̃ de vino defe
cato.

¶ Qʒ petrus cõuicit mentientes
auctoritate ꝓphetarum. Cap. xiii B C Act. ii.

Tunc ſurrexit
petrus cum. xi. oſtẽdẽs
eos non eſſe ebrios ſʒ
ſpũ ſancto repletos di
cens. Non ſunt ebrii hi: cum ſit ho
ra diei tertia. q. d. Nondum eſt tẽ
pus comedẽdi: nec ſolẽt inebriari
ieiuni. Et quia ſciebat legem: ⁊ ſci
entibus legẽ loquebatur. oſtendit B
ꝓphetatum eſſe a Ioel ſpiritusſã- Ioelis. ii.
cti aduentuʒ. Et cum non inducat
ꝓphetiam Ioelis: niſi vt oſtẽdat
ꝓphetatum eſſe aduentum ſpiri-
tuſſancti: incidenter annectit đ die
iudicii: qꝛ predixit Ioel iudicii ſi-
gna quedam iam impleta: quedaʒ
adhuc implenda. Erit in nouiſſi-
mis diebus dicit dominus: effun-
dam de ſpiritu meo ſuper omnem
carnem. id eſt ſuper vtrunqʒ ſexũ
non ſuper omnem hominẽ. ⁊ pro-
phetabunt filii veſtri: vt agabus
⁊ ſimon niger: ⁊ filie veſtre vt filie
philippi: ⁊ iuuenes veſtri viſiones
videbũt: vt paulus raptus vſqʒ ad
tertium celum: et ſenes veſtri ſom/
nia ſomniabunt: vt petrus de quo B
legitur. Eſtimabat autem ſe viſuʒ Act. xii.
videre [illegible] vſqʒ de aduentu ſpiri-
tuſſancti.

¶ De prodigiis i celo ſurſum im-
pletis. Cap. xiiii.

Et dabo prodi C
gia in celo ſurſum. Act. ii.
Quod impletuʒ eſt eſt G
ad iudicium dominice Ioelis. ii.
natiuitatis noua ſtella i aere appa
ruit. Et ſecundo in aere in paſſio-

ne: quando ſol obſcuratus eſt. ⁊ ſi-
gna in terra deorſum. Qđ imple-
tum eſt cum chriſto ſpiritū emit-
tente terra cōtremuit: ⁊ petre ſciſſe
ſunt: ⁊ monumēta apta ſunt. San
guinē dñici vulneris vel ſudoris:
quādo factus eſt ſudor eius ſicut
gutte ſanguinis qđ p̄ter naturam
fuit: et ita ſignū fuit. ſic et ſanguis
de latere dñi mortui ꝓfluens pre-
ter naturā ſignū fuit. Et ignē ſpūs
ſancti vehemētis ſuꝑuenientis: et
vaporem fumi. id ē feruorē cōpun
ctiōis de ſpiritusſancti ardore tan
q̄ fumus de igne ꝓcedētis ſol cō-
uertetur in tenebras: ⁊ luna in ſan
guinē. In paſſione ſol in tenebras
verſus eſt. Sed cū tūc plenilunium
eſſet vtrū tūc luna i ſanguinē ver-
ſa ſit: hominib⁹ innoteſcere nō po
terit cū eſſet ſub terra: ⁊ viſib⁹ hu-
manis obiectu terre ſubtracta De
altero itaq; iſtorū cōſtat: q: iaz im
pletū ē. Forte adhuc reliquū eſt i-
plendum. Et hec oīa fient ante-
q̄ veniat dies dñi magnus ſpacio:
q: nox ei nō ſuccedet opere: q: in eo
totus mund⁹ examinabit clarita-
te: q: ſol fulgebit ſeptempliciter.

¶ Exponit verba dauid de chri-
ſto. Capitulum. xv.

C Act. ij. Viri iſraelite q̄
bus ſpecialit locuti ſūt
D Johā. ij. prophete. audite ꝟ ba
hec. id eſt intelligite
iam cōpletum eſſe quod propheta-
uit ioel de ſpiritusſancti miſſione:
quia miſſus eſt ſpiritusſanctus ab
eo quem vos interemiſtis: qui alto
cōſilio paterne diſpenſationis tra
ditus eſt in manus veſtras quem
deus ſuſcitauit ſolutis doloribus
inferni. vel quātum ad ipſū quem
dolores penarū inferni non leſerūt.
vel quātum ad alios qui per eū ab
īferni doloribus abſoluti ſunt: qđ
palaz eſt ex greco vbi dicitur. Sol
uens per ipſum dolores mortis.
Q; autez a deo ſuſcitatus ſit pro-
bat per ꝓphetiam dauid. Et ponit B
plures verſus ꝑ s. Sed ad hoc pro ps. xv.
bandum ſufficit ille ſolus Non de
relinques animā meaz in inferno:
nec dabis ſanctum tuū videre cor-
ruptionem. Sunt eñ verba chri-
ſti ad patrem. q. d. Non patieris o
pater animam meaz ad inferos de
ſcendentem ibi detineri: nec corp⁹
meum ſanctificatum corrumpi vel
incinerari. Poſtea de dauid non
eſſe hoc intelligendum oſtendit: ar
guens iudeos de dauid perperam
interpretātes dicens. Viri fratres
liceat audēter dicere vob; de patri
archa dauid: quoniam defunctus
eſt. ⁊ ſepultus eſt apud nos: ⁊ cor-
pus eius incineratum: ⁊ adhuc ci-
neres eius apud nos ſunt. Unde
patet non de ſe illud dixiſſe. Non
dabis ſanctum tuum videre corru
ptionem. Sed ꝓphetauit de reſur-
rectione chriſti: qui neq; derelict⁹
eſt in inferno: nec caro ei⁹ vidit cor
ruptionez. Quem ſuſcitauit deus
cuius nos teſtes ſumus qui ad dex
teram patris ſedens: miſit in nos
ſpiritū ſanctum qui operatur i no-
bis que videtis. Q; autē exaltat⁹
ſit ad dexteram dei patris: iterum
probat auctoritate dauid ꝓphete
dicentis. Dixit dominus domino ps. cix.
meo ſede a dextris meis. Quod đ
dauid vel alio homine non poteſt
intelligi. Certiſſime ergo ſcitote
hunc ieſum ita eſſe exaltatum ⁊ ſpi
ritumſanctum miſiſſe quem vos
crucifixiſtis.

¶ De impleta prophetia Joel.
Capitulum. xvi.

His auditis cō-
puncti ſunt corde. ⁊ ita F Act. ij.
impleta eſt prophetia
ioelis: quia poſt ignez
ſpiritusſancti ſecutus eſt vapor cō
pūctiōis. Et dixerūt ad petrū ⁊ ad
reliqs aplos. Quid faciemus viri f-
fres. Ad quos petrus. Penitētiā
agite: ⁊ baptizet vnuſqſq; veſtrum

In nomine ieſu xpi: in remiſſionem peccatoꝝ ⁊ accipietis donū ſpūſ ſancti: vt loquamini varijs linguis ſicut ⁊ nos. Et hoc erat ſignū familiare in primitiua eccleſia: quia fere omnes aſcendētes de lauacro loquebātur omnibus linguis. Et nota ꝙ ait petrus. Baptizet vnuſ quiſqꝫ veſtrum in nomine ieſu xpi Formā nāqꝫ traditā a dño qua exprimit trinitas diuin pmitiua eccleſia ſubticuerunt apoſtoli vtētes hac forma verborum. Babptizo te in nomine ieſu xpi: vt ita dilatarent nomen xpi. Alijs verbis pluribus exhortatus eſt eos petrus. Et qui receperunt ſermonem ei⁹ baptizati ſunt. Et appoſite ſūt numero fidelium in die illa: ſcꝫ ipſa die pētecoſtes anime circiter tria milia. Et erant pſeuerātes in doctrina apoſtoloꝝ ⁊ i cōmuniōe fractionis panis ⁊ eucharistie: qꝛ in primitiua eccleſia crebro vnanimiter cōueniebant ad pcipiendā euchariſtiam: vel in cōmunione fractionis panis quotidiani: qui ſingulis quotidie ab aplis frangebatur: nihil enim habebant ꝓprium. Sed ⁊ pdia vendiderāt: ⁊ poſuerūt pcia ante pedes aploꝝ: qui ſingulis diebus mane aſcendebant i tēplum ad oratiōnē. Sed poſtea redeuntes ſingulis diſtribuebāt panem prout cuiqꝫ opus erat.

¶ De paralytico curato a petro.
Capitulum. xvij.

A
Act. iij.

Cum autē quadam die aſcenderēt petrus ⁊ ioannes in templum ad horā orationis nonā. Erat quidam claudus a natiuitate qui in gloſa paralytic⁹ dicitur. iuxta portā templi q̄ dicit ſpecioſa a ſpeciali quodā ornamēto: quod appoſuit ei alexander hircanus. Ibidem etiam poſuit herodes aquilam auream: ⁊ erat porta atrij virorum mundorū. Iſte claudus quotidie portabatur in grabato ſuo ad portam illam vt peteret elemoſynam ab ingredientibus in templum. Et rogabat petrum et ioannem vt elemoſynā acciperet ab eis cum aſcendiſſent in templū ad horam orationis nonā. Fuit eī conſuetudo hebreoꝝ trib⁹ horis orare. Unde daniel dato edicto regis: qualibet de his tribus horis orabat aſcendens feneſtram cubiculi ſui. Et hec conſuetudo confirmata eſt ab eccleſia que eiſdem horis orat. ſcꝫ tertia. ſexta. nona. quia dñs hora tertia flagellatus eſt. ſexta crucem aſcendit. nona aīam poſuit. ¶ Intuentes petrus ⁊ ioannes claudum dixerunt. Reſpice in nos. Ac ſi dicerent. Attende paupertatem noſtram: nō habem⁹ qđ porrigamus tibi. At ille intuebat in eos: ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Ad quē petrus. Argētum ⁊ aurum nō eſt mihi. Nō eñ erat ſuum quod reſeruabat i vſus pauperum qui reliquerant patrimonia ſua pijciētes ad pedes apoſtolorum. Qđ autem habeo hoc tibi do. In nomine ieſu chriſti nazareni ſurge ⁊ ambula in pace. Et apprehenſa manu eius dextera eleuauit eū: ⁊ ꝓtinus cōſolidate ſūt baſes eius ⁊ plāte. Et ſtetit ⁊ ambulabat ⁊ introiuit cum illis i tēplum ambulās ⁊ exiliens. Quod additum eſt a Luca vt oſtenderet illud impletū. Saliet ſicut ceruus claudus. Et vidit oīs ppls claudū ambulantē ⁊ laudantē deum. Et impleti ſunt ſtupore ⁊ extaſi in eo qđ contigerat illi: ſciētes ꝙ a natiuitate claudus fuerat. Et cū viderēt petrū ⁊ ioānē cucurrerūt ad eos ad porticū q̄ appellat ſalomōis. i. in ea pte in qua ſtabat ſalomon dū oraret. Et videns petrus popupulum admirantem ſup hoc miraculo locutus eſt ad eos.

C
Dan. vi.

¶ Q ſibi nil aſcribebant: ſed omnia deo. Cap. xviij.

C Act.iij. Viri iſraelite quid admiramini: aut quid intuemini nos: quaſi virtute nr̄a hoc fecerimus miraculum. q.d. Non virtute noſtra hoc fecimus: ſʒ de⁹ abraam. deus iſaac. deus iacob. deus patrū noſtrorū glorificauit filium ſuum ieſum: quē vos quidem
B Mat.xxvij tradidiſtis ⁊ negaſtis ante faciem
A Mar.xv. pilati iudicante illo dimitti: ⁊ vos poti⁹ iudicaſtis barrabā dimittē
C Luce.xxiij. dum. Nomē eius. id eſt nominis eius inuocatio: ⁊ fides habita de
G Joha.xviij eo: dedit iſti integram ſanitatē in conſpectu omnium veſtrū. Et nūc fratres ſcio: q̄ ꝑ ignorantiam feciſtis ſicut ⁊ ṗncipes veſtri. Sed q̄ ſic p̄dictum erat ab omnibus prophetis: oportebat impleri. Penitemini ergo ⁊ confitemini: vt cum venerint tempora refrigerij a facie dn̄i ſcʒ tempus incarnationis: quod reuera fuit temp⁹ refrigerij: vel diſcretio vniuerſalis iudicij et redemptio iuſtoꝝ: deleant̄ peccata veſtra. Tunc em̄ plene delebūt̄ peccata: cum virtute reſurrectionis mors deſtruetur nouiſſima. et cum miſerit eum qui p̄dicatus eſt vobis ieſum xp̄m quē oportet celum ſuſcipe.i. ad dexteram patris ſedere vſq; in tēpus reſurrectionis omniū noſtrū: q̄ locutus eſt dn̄s a ſeculo ꝑ os omniū ꝓphetarū. id ē vſq; ad communē oīm reſurrectionē. Tunc em̄ reuera oīa complebūtur de xp̄o a ꝓphetis p̄dicta. Et ponit exēpla de his que p̄dixerūt
E Deu.xviij. de xp̄o: ⁊ p̄mittit moyſen.

¶ De inuidia ſaduceorum in apoſtolos. Cap.xix.

A Act.iiij. Loquentibus autem ap̄lis ad populum: ſuꝑuenerūt ſacerdotes ⁊ magiſtrat⁹ tēpli: ⁊ indignati ſunt oēs cōmuniter: q̄ ita magnificabant eum quē ipſi damnauerunt quaſi reum. Et saducei ſpecialiter dolentes: q̄ predicabāt reſurrectionē quā ipſi negabant: ⁊ iniecerunt manus ī eos ⁊ poſuerunt in carcere. quia iā veſpera erat: ⁊ non poterant eos iudicare Multi autem qui audierāt verba eorū crediderunt. Et facti q̄ eadem die ad fidē conuerſi ſunt quinq; milia. Et hoc eſt qđ ſepe legitur: quia tria milia vna die ad fidē ꝯuerſi ſunt: qđ ipſa die pēteco ſtes factū eſt: alia die q̄nq; milia.

¶ Q̄ꝫ conſtanter reſponderūt ad interrogata in concilio. Cap.xx.

Altera die cōgregati ſūt ṗncipes ſacerdotum. id eſt qui ṗncipatum habebant inter xxiiij. ſeniores ſacerdotes q̄ nominatim exprimunt̄ Annas ṗnceps ſacerdotum q̄ omnibus p̄minebat ⁊ caiphas ⁊ alexander ⁊ ioannes: Hi poſt annā erant excellētiores: ⁊ quotquot erant de genere ſacerdotali: ⁊ ſeniores ⁊ phariſei traditionum inuentores ⁊ ſcribe legis expoſitores. legem ſcʒ alijs exponētes. Hoꝝ diſtinctionē frequenter habemus in euangelio. Et ſtatuētes eos in medio cōcilij interrogauerūt eos in qua virtute aut ī quo nomie feciſtis hoc. Tūc petr⁹ ſpiritu ſancto plenus r̄ndit: primo q̄ſtionem eorum temerariam eē oñ dens. Nunquid ꝑ benefacto iudicamur id eſt ad iudiciuʒ trahimur ⁊ tanq̄ rei arguimur. q.d. Stulte nos arguitis. Notum ſit vobis omnibus: quia ī nomine dn̄i noſtri ieſu xp̄i quem vos crucifixiſtis: iſte ſanus aſtat coram vobis quē deus ſuſcitauit a mortuis. Hic eſt enim lapis angularis a vobis edificantibus reprobatus. id eſt a vobis crucifixus: qui poſtea ſuſcitatus a patre factus eſt in caput anguli .i. factus eſt ṗnceps duorum populorū: q̄ in ip̄o tanq̄ in angulari

Margin (right): B Act.iiij. — D Math.xxi. — B Mar.xij. — C Luce.xx.

lapide ſunt vniti: ⁊ nõ eſt i alio ali quo ſalus. Nõ eſt enĩ aliud nomẽ ſub celo datũ hominibus ꝗ̃ nomẽ xpi: in quo oportet nos ſaluari.

¶ Uidentes aũt petri ⁊ ioannis ꝯſtantiã attendentes ꝙ illi eſſent idiote ⁊ illiterati. ammirabantur cognoſcentes eos: q꞉ cum ieſu viderant eos: ⁊ quia p̄ſens erat cum eis quẽ ſanauerat non poterãt cõtradicere. Nota ꝙ aliã hic habem⁹ etymologiam hui⁹ nominis idiota ꝗ̃ ab iſidoro. Nam ſc̄m iſidorũ: idiota dicit̃ q̄ſi diuiſus ab aurib⁹. idi enim diuiſio. ota auris interp̄tatur: vt dicatur: idiota quaſi diuiſus ab intellectu. ſ. fatuus. Sꝫ ſc̄m etymologiã q̃ hic ponit̃ dicit̃ idiota q̄ſi ab idiomate. Dicti ſ̃t ꝗ idiote: quaſi ꝯtẽti ſolo idiomate ligue ſue hebree quã ſatis nouerant: et nihil aliud. ¶ Juſſerunt aũt eos foras extra concilium ſecedere: et conferebant adinuicem dicentes. Quid faciemus hominibus iſtis Manifeſtũ eſt miraculũ qđ fecerunt: negare non poſſumus. ſed ne amplius diuulget̃ ꝯminemur eis ne vltra loquant̃ in nomie hoc vlli hoim. Et vocantes eos denunciauerunt eis ne omnino loquerent̃ vel docerent in nomine dñi ieſu.

¶ Ad quos petr⁹ ⁊ ioannes Uos ipſi iudicate: an potius obediẽdũ ſit deo p̄cipienti: an vobis ꝓhibẽtibus. q. d. Erratis ꝓhibentes q̃ de⁹ p̄cepit: nec eſtis audiẽdi. Ubi ei ſupior p̄cipit ⁊ inferior ꝯtradicit: nõ eſt audiendus inferior. Nõ poſſumus q̃ vidimus ⁊ audiuim⁹ nõ loqui. At illi cõminantes dimiſerunt eos: nõ audentes manus i eos iniJcere ꝑpter populũ. ¶ Dimiſſi autẽ redierunt ad ſuos i ſion ⁊ annunciauerunt quanta eis p̄ncipes ſacerdotũ ⁊ ſeniores dixiſſẽt ⁊ q̃uo eis reſpõderãt. Qui cũ audiſſent vnanimiter leuauerũt vocẽ dicẽtes. Dñe q̃ feciſti celũ ⁊ terrã mare ⁊ oĩa q̃ in eis ſ̃t: q̃ in ſpũ ſancto per os dauid p̄ris nr̄i pueri tui dixiſti. Quare fremuerunt gẽtes: ⁊ populi meditati ſunt inania Aſtiterunt reges terre: ⁊ p̄ncipes cõuenerũt i vnũ aduerſus dñm ⁊ aduerſus xp̄ꝫ eius. Cõuenerũt eñ in ciuitate iſta aduerſus puerũ tuum ieſũ quẽ miſiſti herodes ⁊ pilat⁹ cũ regib⁹ ⁊ pp̄lo iſrael facere q̃ manus tua ⁊ cõſiliũ tuum decreuerũt fieri. Nũc dñe reſpice i minas eorũ: ⁊ da ſeruis tuis cũ omni fiducia loq̄ verbũ tuũ. ¶ Nota q꞉ de hoc verbo ſolet frequẽter opponi: conuenerũt herodes ⁊ pilatus facere q̃ man⁹ dei ⁊ cõſilium decreuerunt fieri. ſꝫ adhere duob⁹ verbis facere fieri: q꞉ reuera ipſi cõuenerũt ad exercendã prauã actionẽ Deus decreuit fieri illã paſſionẽ: q꞉ actio illoꝝ fuit praua paſſio bona. ¶ Cũ autẽ oraſſent motus eſt loc⁹ in quo cõgregati erãt: ⁊ iteꝝ miſſus ẽ ſpũſanctus: ⁊ repleti ſpiritu ſancto loq̄bant̃ ꝟbum dei cũ fiducia. A / Ps. ij.

¶ De mutua charitate inter apoſtolos. Capitulum. xxi.

Et multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ ⁊ aĩa vna. Nec q̄ſq꞉ eoꝝ q̃ poſſidebat̃ aliq̄d ſuũ eẽ dicebãt: ſed erãt illis oĩa cõmunia. ⁊ gratia magna erat in omnibus illis Neq꞉ enĩ quiſq̃ egens erat inter illos. Quotquot autẽ erant poſſeſſores domorum aut agrorum vendebant: ⁊ ponebant precia ante pedes apoſtolorum. Diuidebatur autẽ ſingulis ꝑut cuiq꞉ opus erat. Tunc ioſeph q̃ cognominatus eſt barnabas ab apoſtolis: quod interpretat̃ filius cõſolationis. leuites. cyprius genere: cum haberet agrũ vendidit illum: ⁊ poſuit precium ante pedes apoſtoloꝝ Uñ cũ dixiſſet leuites: ne videretur non habere proprium: quia leuite nõ habebãt heredi- B / Act. iiij.

tatem in terra: additū eſt Cyprius genere: vt oſtenderet natus in diſperſione ⁊ inter gentiles: ⁊ ideo licebat ei ꝓpriū habere. Sʒ ē adherendū ꝟbo Bede ſup hūc locū: et tenendū hunc fuiſſe ſocium pauli. nō illū q̄ cum matthia ſtatutꝰ eſt: quādo cecidit ſors ſup matthiam. ⁊ quidā arbitrant vt dī Beda: minus intuētes. qꝛ hic barnabas appellat .i. filiꝰ ꝯſolatiōis. ille barſabas .i. filiꝰ qetis interp̄tat. Vn̄ Lucas nois interp̄tatōeʒ ſciēter addidit: vt huiꝰ ad illū differētiā īſinuaret.

¶ De morte aname ⁊ ſaphire. Capitulum.xxv.

A Act.v. Vir autem quidā nomie ananias cū ſaphira vxore ſua voluit eē i collegio iuſtoruʒ vt haberet neceſſaria vite ſine labore: et ita lucratiue voluit ſibi adqrere p̄bendā. Et cū vouiſſet totū p̄cium agri venditi ponere ante pedes apoſtoloꝝ: nō ſoluens votuʒ: defraudauit de p̄cio agri conſcia vxore ſua mediam partem ſibi reſeruās: reliquā ad pedes apl'oꝝ ponēs. Qd̄ ſtatī petrus p̄uidens .i. ſpiritu ait. Anania: cur tentauit ſathanas cor tuum mentiri te ſpūiſācto. Cur fraudaſti de precio agri. Nō es mētitꝰ hominibus: ſed deo qui ſcrutat corda: ⁊ perdit omnes qui loquunt mendacium. Audiēs hoc ananias cecidit: et expirauit.

F Math.v. D Luce.vj. Ubi notanduʒ qꝛ licet in euāgelio dn̄s dixerit. Qui te pcuſſerit ī maxillam dexterā: p̄be ei ⁊ aliā. tamē in primitiua eccl'ia qn̄qꝫ exercuit vīdictā. Qn̄ eni p̄mo ꝓmulgant leges: ſolent ad eas ſanciendas graues vindicte exerceri vt rigorē ꝓmulgate leg; ſanciat ſeueritas vindicte. Vn̄ in initio legis naſcētis p collectōe lignorū in ſabbato lapidabatur hō. In initio ſacerdotū

A Leui.x. duo filij aaron igne ꝯſūpti ſūt pro oblato igne alieno. ¶ Sic ananias defraudās de p̄cio agri corruit ⁊ expirauit p terrore aliis incutiēdo: qꝛ tā velox vindicta magnū timorē aliis incuſſit. Factꝰ eſt eni timor magnꝰ in oēs q̄ audierūt. Et eſt anticipatio: qꝛ ſoliꝰ viri morteʒ an̄ vxoris exitū pauci audierunt. Surgētes aūt iuuenes aſportauerūt cadauer: ⁊ ſepelierūt. Et factū eſt q̄ſi horaꝝ triū ſpaciū ⁊ vxor eiꝰ neſciens introiuit. Ad quā petrꝰ. Dic mulier ſi tanti agrū vēdidiſti. Ad quē illa. Etiā tāti. Ad quā petrus. Quid vtiqꝫ cōuenit vobis tētare ſpiritū dn̄i. Ecce pedes eoꝝ q̄ ſepelierūt virū tuū ſtant ad oſtiuʒ ⁊ efferent te. Acſi ꝟbo breui cōcludens diceret: morieris. Qui eſti ſepelit mortuꝰ eſt. ⁊ cōfeſtiʒ corruit an̄ pedes eiꝰ: ⁊ expirauit. qꝛ fuit cōſcia fraudis. Et intrātes iuuenes q̄ ſtabāt ad oſtiū: iuenerūt eā mortuā: ⁊ aſportauerūt ⁊ ſepelierūt ad virum .i. iuxta virū ſuū. Fuit enim hec cōſuetudo hebreorū vxores ſepelire iuxta viros ſuos: vt coniunctionē carnis ſequeret ꝯiūctio pulueris. ⁊ quia mulier formata eſt de coſta viri. C Geñ.ij.

¶ De ſignis que fiebant ab apoſtolis. Capitulum.xxvj.

C Act.v. Per manus autē apl'orū fiebāt ſigna ⁊ ꝓdigia multa in plebe: ⁊ erant omnes vnanimiter in porticu ſalomonis. Nemo autē infidelium audebat ſe ſiccte cōiūgere illis: quia territi erāt exemplo ananie. Et augebat ī domino credentiū multitudo. ⁊ ponebāt in plateis infirmos in lectulis ⁊ grabat;: vt veniēte petro vmbra illiꝰ corporis obumbrati liberarent ab infirmitatibꝰ ſuis. Quia petrꝰ priuilegiatus erat in miraculis: et maiora legitur feciſſe q̄ chriſtꝰ

Additio. Secūm quoſdaʒ ſcribitur grab- Et vide qꝛ grabatum proprie

batum, per duo b.ſicut ſabbatū. ⁊ ſic dicunt debere pferri media correpta: alij dicunt grabatuʒ quaſi grauatum: ⁊ mutatur v.in.b.⁊ ſic debet produci: quod ē verius.

dicit lectiſternium pauperū: in quib⁹ nihil corpori ſubſternit: ſed tantum ſupponit capiti ſub ſtramentum.

¶ De incarceratione apoſtolorū. Capitulum.xxiij.

C.D Act.v. Exurgens autē princeps ſacerdotum: ⁊ ſaducei repleti ſūt zelo: ⁊ iniecerūt man⁹ in aplos ⁊ poſuerūt eos in publicaʒ cuſtodiā.id eſt in carcerē. Nota q cum ſupra dictum ſit pluraliter principes ſacerdotū.hic dicit ſingulariter.quia forte vnus eorum mortuus erat ſcʒ annas. Uide quoqʒ quia ſaducei dicti ſunt: quaſi ſeducei.a ſedech qd interpretat iuſticia . vnde melchiſedech quaſi rex iuſticie. Uſurpabāt eñ ſibi nomen iuſticie cū eſſent iniuſti. Uel dicti ſūt ſaducei a ſadoch ſacerdote: ad quē trāſtulit ſalomō ſacerdotium ab abiathar: qr gloriabatur ſe eſſe de genere eius. Iſti cōſentiebant principibus ſacerdotuʒ in pſecutione apoſtolorum: qr predicabant reſurrectionem quam ipſi negabant.

¶ Quomodo per angeluʒ de carcere ſunt educti. Capitulum xxv.

D Act.v. Angelus aūt domini p noctē apiēs ianuas carceris: ⁊ educēs eos dixit. Ite ⁊ loquimini in templo plebi omīa verba vite hui⁹: ſcʒ vite chriſtiane.qd addere nō fuit neceſſariū: qr iaʒ famoſa erat ſecta chriſtianorum. Nō eſt aūt intelligendum angelum apperuiſſe ianuas carceris. Sʒ qd dictū eſt Aperiens: ſic accipiendum eſt: acſi diceretur. Ita eos educens acſi ianue eſſent apte. Credendū enī eſt iuxta qd tradunt ſancti: clauſis ianuis eductos eſſe de carcere: qd factū eſt ad eorū cōfirmationeʒ ⁊ iudeorū cōfutationē. Nā quō heſitauit thomas chriſtū ī carne ⁊ oſſib⁹ clauſis ianuis ad diſcipulos ītraſſe: cū ſeipm viderat clauſis ianuis de carcere eductū eſſe. Iudei quoqʒ dicētes corp⁹ chri furto ſublatū de monumēto: quo furto dicerent aplos eductos eſſe de carcere clauſo. Iuxta pceptū angeli apli īrauerūt diluculo in tēplū: ⁊ docebāt plebē. qr pceperat angelus vt pdicarent in tēplo: ſcʒ in loco celebriori: ⁊ a ſacerdotib⁹ frequētato.

¶ Quomodo obſtupuerunt illis eductis. Capitulum.xxvj.

Adueniens autem pnceps ſacerdotū ⁊ q cū eo erāt cōuocauerūt cōciliū vt deliberarent quid faciendū eſſet de eis. Ad hoc enī miſſi fuerant in carcerem: vt ad iudicium traherentur. Et miſerūt ad carcerem vt adducerentur. Cunqʒ reuerſi eſſent miniſtri: renunciauerūt eis ſicut inuenerant dicentes . Carcerem quidem clauſum inuenimus cum omni diligentia: ⁊ ſtantes ad ianuaʒ cuſtodes. aperiētes autē neminem int⁹ inuenimus. Ut autem audierunt hos ſermones magiſtratus templi ⁊ principes ſacerdotuʒ. id eſt potētiores ⁊ ſapientiores ambigebant quomodo hoc factū eſſet. Et ecce quidam adueniens dixit eis. Uiri quos poſuiſtis in carcere ſtant in templo ⁊ docent populum. E Act.v.

¶ De reſponſione eorū. Ca.xxvij.

Tunc abiit magiſtratus cū miniſtris. E Act.v. id eſt princeps ſacerdotum. Et eſt magiſtrat⁹ ſingularis numeri. ⁊ eodē mō i pcedēti ſm grecū. Et adduxit eos ſi-

ne vi: nō audēs eis violentiā facere ꝓpter ppl'm qui fauebat eis. Et ſtatuerūt eos in cōcilio: et ait illis ꝑnceps ſacerdotū. Precipiendo ꝑcepim⁹ vob; auctoritate .ſ. pōtificali: ne doceret; āpli⁹ in noie iſto .ſ. in noie ieſu: ⁊ ecce repleſtis hieruſalē doctrina veſtra. Nunqd vultis inducere ſup nos ſanguinem hoīs huius. id eſt ſanguinis vindictam. q.d. Nunqd arguiſtis nos q̄ſi reos ſanguinis innocentis ꝑdicādo eum innocentē quem cōdemnauimus. ¶ Et reſponderūt vnanimiter omnes apoſtoli ex feruore ⁊ zelo nō patientes vnum pro om̄ibus loqui. Obedire oportet deo mag; q̄ȝ hominibus. Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit ieſum quē vos interemiſtis ſuſpēdentes in ligno. ⁊ exaltauit illū ad dexterā ſuam: ⁊ nos teſtes ſumus horum verborū: ⁊ ſpiritusſanctus quem dedit non ſolum nobis ſed om̄ib⁹ obediētib⁹ ſibi. In quo ad penitentiā eos prouocant. Ne eſt dicant. Etiam vobis ſi velitis obedire. Hec audientes diſſecabantur cordibus ſuis.

¶ De cōſilio gamaliel. Ca. xxviij.

F Act. v.

TUnc ſurgēs in cōcilio quidā phariſeus nomīe gamaliel legis doctor honorabil: vniuerſe plebi ꝑcepit vt ad breue homines amouerent. Iſte gamaliel vt dicit clemēs in epiſtola quadam: fuit diſcipulus apoſtolorum ſicut nicodemus: ⁊ erant de concilio apoſtolorum inter iudeos vt ſepe mitigarēt iram eorum aduerſus eos. Locutus eſt ergo gamaliel in cōcilio in hunc modum. Uiri iſraelite attendite vobis qd acturi eſtis ſuper hominibus iſtis. q.d. Nō debetis ſubito iudicare ſed expectare: q: ſi opus eorum eſt opus tm̄ hominū: ꝑ ſe deſtruet. ſi autem eſt opus dei: ſtabit nec poterit deſtrui. Et hoc oſtendit exemplo duorum. ſcȝ theode et iude galilei Theodas magus vt tradit ioſephus dicebat ſe prophetam: ad cuius ꝑſuaſionē multi venditis oīb⁹ ſuis ⁊ ſublat; ex vrbe facultatibus ad ripas iordanis venerunt. ⁊ promiſit ſe facturum poſt triduum vt diuideretur iordanis: ⁊ tranſirent ſicco pede ſicut tranſierant filij iſrael. Et dum expectarent: in triduo illo ſuperueniens procurator preſidis ſyrie cū multitudine equitum: multos ex eis occidit: et caput ipſius theode hieroſolymam reportauit.

¶ Aliud exemplum de eodem. Capitulum. xxix.

G Act. v.

POſt tunc extitit iudas galile⁹. ī diebus ꝓfeſſiōis .i. deſcriptōis gn̄al' ab auguſto factē q̄n vnuſqſq; ſoluēs cēſū capit; ſui: profitebatur ſe ſubditū romano imperio. Iſte iudas galile⁹ fuit eſſe⁹ genere. Et [vt tradit ioſeph⁹] perſuadebat iudeis vt negarēt tributa romanis: aſſerens eos qui decimas ⁊ primitias deo ſoluebant: non debere ſoluere tributa hoīb⁹. Et intantum preualuit hec doctrina eius vt pharſei ⁊ magna pars populi quererent ab ipſo dominos an ſoluendum eſſet tributum ceſari an non. poſtea perijt ipſe ⁊ quotquot ei conſenſerunt. Conſenſerūt ergo exhortationi gamalielis: ⁊ cōuocantes apoſtolos flagellauerūt eos ⁊ flagellatos dimiſerunt: prohibentes ſub comminatione mortis ne amplius loquerentur in nomine ieſu. ¶ Et ibāt apoſtoli gaudentes a conſpectu cōcilij: quoniā digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliam pati. Ecce quantum erat in eis tam robur fidei: qui nec verbis prohiberi poterant. nec flagellis. id eſt non deſtiterūt primo verb; ꝓhibiti: modo flagellis ceſi.

¶ De cauſa murmuris inter chriſtianos. Capitulum. xxx.

A
Act.vj.

IN diebus au-
tem illis creſcente nu-
mero diſcipuloꝝ. id eſt
chriſtianoꝝ qui eo tē-
pore dicebantur diſcipuli: factum
eſt murmur grecorum. id eſt adue-
narū gentilium in ciuitate cōuer-
ſantium. vel iudeorum qui fuerant
in diſperſione nati: ꝛ inter grecos
nutriti aduerſus hebreos: eo ꝙ de
ſpicerentur vidue eoꝝ in miniſte-
rio quotidiano. quia vidue hebreo-
rū erant magis perite. ꝛ ideo alijs
preferebantur in diſpenſatiōe am-
miniſtrationis quotidiane. Et po-
teſt intelligi cauſa murmuris du-
pliciter. Uel quia vidue grecorum
in quotidianum miniſterium non
admittebantur. vel quia in miniſte-
rio quotidiano nimis grauabant.
Forte faciebāt eas focarias: ꝛ hu-
iuſmodi vilia āminiſtrare. ¶ Ui-
dentes autē apoſtoli eam murmu-
rationem ortam ꝑ amminiſtratio-
ne viduarū: quas ideo neceſſe erat
amminiſtrare: quia non poterant
ipſi ad hoc ſufficere vt ſingulis di-
ſtribuerent: multitudinem conuo-
cantes dixerunt. Non eſt equum
nos derelinquere verbum dei ꝛ mi-
niſtrare menſis. Conſiderate ergo
fratres viros ex vobis boni teſti-
monij ſeptē plenos ſpiruſācto ꝛ ſa-
pientia: quos conſtituamus ſuper
hoc opus: vt ipſi miniſtrent vel p̄-
ſint miniſtrantibus. nos vero ora-
tioni ꝛ predicationi vacabimus.
Et placuit ſermo iſte multitudini.
ꝛ elegerunt ſeptem: ſcilicet ſtepha-
num ꝛ philippum. ꝛ prochorū ꝛ ni-
canorem. ꝛ timonem ꝛ parmenā.
ꝛ nicolaum aduenam antiochenū.
Qui ſolus dictus ē aduena: quia
alien⁹. Uel q2 ſol⁹ erat aduena. vel
q2 notabilis ſol⁹ erat futur⁹ ꝺ2 ad-
uens: q̄ſi alien⁹. Hos ſtatuerūt illi
q elegerāt ante ꝯſpectū aploꝝ. Et
orātes apli impoſuerūt eis man⁹.
Hoꝝ vicem hūt i eccl'ia archidia-
coni: ꝓpterea inſtituti vt portent
pondus negocioꝝ: vt epi liberius
vacent doctrine et oratiōi. Sz epi
noſtri tp̄is: q2 dep̄henderūt archi-
diaconos in hmōi amminiſtratiōe
minus circūſpectos ꝓuida quadā
cautela dant operā huic opatiōi. i.
miniſtrationi. Et vide ꝙ quia apli
orātes legunt man⁹ eis impoſuiſ-
ſe. ideo in ordinatiōib⁹ fiūt oratio-
nes. Hac etiā autoritate in q̄duſdā
eccleſijs man⁹ imponunt diaconi-
bus in ordinatiōe. Qui autē eis
man⁹ nō imponūt: ſecū habent au-
toritatē Bede. Qz aūt dictum eſt: Beda.
ꝛ orantes impoſuerūt eis manus:
dicit intelligendū eſſe factū poſt.
q2 poſtea eoſdē ordinauerunt mi-
niſtros ad miniſteriū ſacri altaris
ꝛ dn̄ici corpis ꝛ ſanguis: ꝛ tūc eis
manus impoſuerūt. Un̄ ꝛ ſacerdo-
tib⁹ cum ordinant, manus impo-
nuntur. ¶ Uerbū dn̄i creſcebat ꝛ
multiplicabat numerus diſcipulo-
rū in hierl'm. Multa etiam turba
ſacerdotum obediebat fidei.

¶ De commendatione beati ſte-
phani. Capitulum.xxxj.

C
Act.vj.

ET ſtephanus
plenus grā ꝛ fortitudi-
ne faciebat ꝓdigia et
ſigna magna i populo
Surrexerūt aūt q̄dā de ſynagoga
libertinoꝝ: a regiōe ſic dictoꝝ. Uel
libertinoꝝ. i. manumiſſoꝝ: q cū pri-
us fuiſſēt ſerui poſtea fuerāt ꝺ liber-
tate donati: ꝛ ſic ꝺ ſeruili ꝯditiōe fue-
rūt q̄ p̄mo reſtiterūt fidei xp̄i: ꝛ ci-
renēſiū a cirene ciuitate: ꝛ eoꝝ qui
erāt a cilicia ꝛ aſia minori q̄ ſibi ꝓ-
xime ſūt: diſputātes cū ſtephano:
ꝛ n̄ poterāt reſiſtere ſapie ꝛ ſpūſā-
cto q loq̄batur in eo. Tunc ītrodu-
xerunt duos falſos teſtes q teſtifi-
carētur eū dixiſſe blaſphemiam in
deum ꝛ in moyſen: ꝛ cōmouerunt
plebem ꝛ ſeniores ꝛ ſcribas: ꝛ ad-
duxerūt eū in cōciliū et ſurrexerūt
duo falſi teſtes: et dixerūt. Homo

In olb⁹ ſp
ꝯmittebat
oratio.

iſte non ceſſat loqui aduerſus locū ſanctum ꝛ moyſen.:q.d. Detrahit templo ꝛ legi. Audiuimus eū dicentē q̄m ieſus nazarenus deſtru/et locum iſtū: ꝛ mutabit traditiones quas tradidit nobis moyſes. Et oēs qui intuebantur eum ſedētes in conſilio videbant faciem eiꝰ tanq̄ faciem angeli. Et dixit pnceps ſacerdotum. Nūquid hec ita ſe habent Tunc aggreſſus eſt beatus ſtephanus facere grandē ſermonem. Et q: arguebatur de blaſphemia i deum ꝛ moyſen. ꝛ ideo pmittit in principo ſermonis commendationem dei dicens. Deum qui locutus eſt patribus ꝛ pphetis eſſe deum maieſtatis ꝛ glorie. Et ſtatim accedit ad cōmēdationem moyſi: inchoans ab altiori ſcȝ a cōmendatione patrū: a q̄bus deſcendit moyſes Inchoat itaq̄ ab abraam quō egreſſus de chaldea venit in meſopotamiam ꝛ inde in carrā ꝛ inde in iudeam.

¶ De ſermone eiuſdē. Ca.xxxij.

A Viri inquit fratres ꝛ patres audite:
Act.vij. Deus glie apparuit
A patri noſtro abraā cum eſſet i me-
Gen.xij. ſopotamia prius q̄ moraretur in carram ꝛ dixit ad illum. Exi d̄ terra tua ꝛ de cognatione tua. Tertium additur in geneſi ſcȝ de domo pris tui. Sȝ a ſtephano ptermittitur quia ſcientibus loquebatur. Ideo hiſtoriam breuiter tangit vl' tranſit quaſi notam. ¶ Sed videt obloqui libro geneſis: vbi videtur contineri q̄ poſt mortē patris ſcȝ thare dictum fuerit hoc ſcȝ abrae de quo cōſtat q: mortuus eſt i carram: vbi ꝛ filius eius cum eo habitauit: ꝛ ita dictum eſt in carram Quid eſt ergo q̄ hic dicit puſq̄ moraretur i carrā potuit ei vtrobiq̄ dici. Vel vbi dicit. Et dixit ad illū: ſupple poſtea in carrā. Sȝ ſiue in meſopotamia ſiue in carrā; ſiue vtrobiq̄ dictum ſit ei. quō ergo dictū ē ei. Exi de tra tua: q̄ſtio eſt. Nunquid iam exierat de chaldea: vtiq̄. Sed adhuc ibi tenebat ſpe ꝛ deſiderio redeundi. Preceptum eſt ergo ei vt exiret mente qui iā exierat corpore. Vel pōt dici q̄ meſopotamia ꝛ carrā in chaldea ſunt. Et ita egreſſus de chaldea. i. de quadā pte chaldee venit in meſopotamiam i aliam ptē ſcȝ chaldee: ꝛ inde venit in carram q̄ adhuc erat meſopotamia. Tunc exijt de terra chaldeorū ꝛ de meſopotamia: quantum ad hoc q̄ videtur bis dictum venit poſtea in carrā. Et inde ſimiliter de carram poſtq̄ mortuus eſt pater eius: trāſtulit eum dn̄s in terram iſtam in qua vos habitatis. Vel tunc exijt de terra chaldeorum mente. ꝛ ide .i. demū ſcȝ poſt depoſitionē illiꝰ voluntatis: poſt mortē patris trāſlatus eſt in terrā iſtam. Vel ſi intelligat dictum. Venit in carram. plane legitur hec littera. Et vide q: in hebreo dicit de hur chaldeorū. i. de igne chaldeorū. Chaldei ei ignē adorabāt: ꝛ p ignē traycie/bant puulos ſuos: ſicut nos traycimus p aquā baptiſmi. Et tradunt hebrei: q̄ q: thare ꝛ filij eius cum eſſent in chaldea nolebāt adorare ignē: piecti ſunt a chaldeis i ignē et cōbuſtus eſt aram frater abrae. Abraā vero a dn̄o liberatus eſt. Unde ſepe dictum eſt ei a domino Ego ſum dn̄s deus tuus qui eduxit te de hur chaldeorum.

¶ De pſecutōe narratōis. c.xxxiij

Poſtquā autē A
liberatus eſt cuȝ patre Act.vij.
ſuo thare: ꝛ nachor fratre ꝛ loth nepote: ꝛ tota familia: venit in carrā ꝛ inde poſt mortem patris ibi remanēte fratre eius nachor venit in iudeam. Tn̄ non dedit illi hereditatem dn̄s in ea: nec paſſum pedis. i. nec etiam minimā

partē. qꝛ nihil poſſedit ibi niſi titu
lo emptionis. Speluncā enim cuz
agro nō hereditate poſſedit. ſed p̄
cio emit ab effron filio ſeoꝛtheo. ſz
repꝛomiſit deus dare illā in heredi
tatem ſemini eius poſt ip̄m: cū nō
haberet filium dicēs. Erit ſemen
A Geñ.xv. tuū accola. i. pegrinū i t̄ra aliena: q̄
dringentis ꝛ.xxx. annis. ꝛ in parte
huius t̄pis ſubijcient eos ſeruituti
ꝛ male tractabunt eos egyptij. qꝛ
centuz quadraginta q̄ttuoꝛ annis
fuerūt in ſeruitute pharaonis re-
gis egypti. ꝛ gentez cui ſeruierint
ego iudicabo dicit dn̄s. ꝛ poſt exi-
bunt ꝛ mihi deſeruient in loco iſto
Sic oꝛdinata cōſtructione littere
nil ſcrupuli ſurgit inde. Hos qua-
dringētos triginta annos ꝯputat
Rabanus. rabanus a die q̄ facta eſt hec pꝛo-
miſſio abꝛae vſq3 ad egreſſum de
egypto. A tēpoꝛe nāq3 pmiſſiōis
facte abꝛae vſq3 ad igreſſū iacob i
egyptum fluxerūt, ducēti quadra-
ginta anni ꝛ ab ingreſſu ad egreſ-
ſuz totidem. Sic rabanus. Cui cō
ſonare videt̃ apoſtolus dicens qꝛ
poſt quadringentos ꝛ triginta an
nos facta eſt lex.

¶ Quomodo ꝯputētur. ccccxxx.
anni. Capitulum. xxxviij.

BEda et augu-
ſtinus qꝛ dictū eſt. In
iſaac vocabit̃ tibi ſe-
men: adherentes huic
v̄bo computāt. cccc. ꝛ. xxx. ānos a
natiuitate iſaac vſq3 ad moꝛtē duo
rum regū ſcz ſeon regis amoꝛreo-
B Act.vij. rum ꝛ og regis baſan. ¶ Proſeq
tur exinde bꝛeuiter ſtephanus hi-
ſtoꝛiam. Et dedit illi teſtamentuz
circūciſionis. ꝛ genuit iſaac. et cir-
F Geñ.xxxvij cuncidit eum octaua die. Et iſaac
iacob: et iacob. xij. patriarchas et
patriarche emulantes ioſeph ven-
diderunt eum in egyptuz negocia
toꝛibus: qui tranſtulerunt eum in
egyptum quod bꝛeuiter tranſit.
Et erat deus cum eo: et eripuit eū
ex omnibus tribulationibus eius:
ꝛ dedit ei ſapientiā ꝛ gratiā in cō-
ſpectu pharaonis regis egypti: et
cōſtituit eum pꝛepoſitum ſup egy
ptum ꝛ ſuper omnē domum ſuaz.
¶ Poſtea facta eſt fames magna
in vniuerſa terra. Et audiens ia- A Geñ.xlij.
cob frumentum eſſe in egypto pꝛi-
mo miſit filios poſtea ip̄e cū ſeptua
gintaquinq3 animabus deſcendit
in egyptum. Ueritas habet ſcd̄m
libꝛum geneſeos ꝙ cum. lxx. anima
bus intrauit: ꝛ ſi computantur ipſi
iacob et ioſeph cum duobus filijs
non ſunt ibi niſi. lxv. Lucas addit
quinq3 per anticipationem: compu
tans nepotes ioſeph: ſequens edi-
tionem. lxx. interpꝛetuz que magis
erat autentica. Quam niſi ſequere
tur foꝛte min⁹ crederetur ei ꝛ op⁹
eius ſuſpectum haberetur. Et de-
functus eſt ipſe iacob in egypto et
patres nr̄i ſcilicet. xij. patriarche. ꝛ
tranſlati ſunt in ſichē. Hoc de ſolo D Geñ.xlix.
ioſeph legitur. quia filij iſrael ad
eius petitionem oſſa eius de egy-
pto tranſtulerunt: que etiam ꝓphe
taſſe leguntur ꝛ ſepulta ſunt in ſi-
chē. Quid eſt ergo quod plurali-
ter dictuz eſt. tranſlati ſunt i ſichē.

¶ Opinio Bede de eodem.
Capitulum. xxxix.

CRedendum ē Declaratio p̄cedentis.
vt dicit Beda ſtepha-
no: credendum eſt hie-
ronymo: qui i hiſtoꝛia
paule dicit eam tranſiſſe per ſichē:
et ibi inueniſſe ſepulcra. xij. patri-
archarum. Primo ergo tranſlata
in ſichem: poſita ſunt poſtea in ſe-
pulcro qd̄ emit abꝛaā p̄cio argenti
a filijs emoꝛ filij ſichem in ſpelun-
ca ſcilicet duplici quam emit qua-
dringentis ſiclis ab effron filio ſe-
oꝛ etheo ſcilicet in abꝛaamio vbi ſe
pultus eſt adam cum eua: abꝛaam
cum ſara: iſaac cum rebecca: iacob
cum lya. Sed quid eſt quod dictuz
eſt in ſepulcro quod emit abꝛaam

a filijs emor filij ſichem : cum con-
ſtet abraam emiſſe ſepulcrum ab ef
fron etheo. Jdeo ſic cōſtruūt qui-
dam litteram. Tranſlata ſunt in ſi
chem:ſichem dico emptam a filijs
emor filij ſichem . Sed quid eſt qđ
dicit emor filius ſichem: cum con-
ſtet ſichem fuiſſe filium emor.
Potuit eſſe ꝙ fuerint duo ſichem:
quorū alter dicit̄ a luca pat̄ emor:
alter in geneſi dicitur filius eius.
Uel ita ordina cōſtructionē vt iun
gas principium ſermonis ꝛ finem
hoc modo. A filijs ſichē filij emor
Et ita hꝰ locus congruit libro gene
ſeos. Ut ergo excludatur oīs du-
bitatio: ita cōſtruatur littera. Trā
ſlati ſunt in ſichē: ſichē dico emptā
a iacob ſcilicet a filijs ſichem filij
emor. Ac ſi diceretur in illam par-
tem ſichem quam emit iacob non
abraam ꝛ inde poſtea poſiti ſunt ī
ſepulcro quod emit abraam ab ef-
fron etheo ſcilicet in abraamio.

¶ Redit ſtephanus ad ordinem
hiſtorie. Capitulum.xl.

Poſtea redit
ſtephanus ad ordinē
hiſtorie: quia quodam
modo digreſſꝰ fuerat:
C Act.vij. ꝛ continuatur ei quod dictum eſt.
Poſt hec exibunt ꝛ deſeruient mi
A Exo.j. hi in iſto loco. Cum autem appro-
pīquaret tempꝰ repromiſſiōis cre
uit populus ꝛ multiplicatus eſt in
egypto quoaduſqꝫ ſurrexit alius
rex in egypto ignorās beneficia io
ſeph. id eſt immemor beneficiorū
ioſeph. Hic afflixit patres noſtros
pcipiēs necari paruulos noſtros.
Et eo tempe quo dedit edictū oc-
cidendi paruulos : natus eſt moy-
A Exo.ij. ſes: ꝛ fuit gratꝰ deo Ecce quomo-
deſcendit ad commēdationē moy-
ſi quia arguebatur blaſphemaſſe ī
eum. Qui cum nutritus eſſet tribꝰ
menſibus in domo patris ſui pro-
iectus eſt in flumen ꝛ ſuſtulit eum
filia pharaonis que venerat ad flu
mē vt lauaret ꝛ enutriuit eū ſibi ī
filium. Et eruditꝰ ē moyſes omnī
ſapientia egyptiorū ꝛ erat potēs ī
verbis ꝛ opibꝰ ſuis. id eſt eloquēs
ꝛ fortis. Cū aūt eſſet xl. annorū vi-
ſitauit fratres ſuos filios iſrael in B Exo.ij.
terra ieſſen vbi occidit egyptiū ri-
xantē cū hebreo: putās fratres in
telligere ſicut ipſe intelligebat ī ſpi
ritu ꝙ p manum illius dn̄s filios
iſrael dē manu egyptiorū eēt libera-
turꝰ. At illi nō itellexerūt. Et cū
ſequēti die vellet recōciliare duos
hebreos rixātes q̄ iniuriam facie-
bat alteri: repulit eū dicēs. Quis
te cōſtituit pncipē ꝛ iudicē ſuper
nos Nūqd me vis īterficere: ſicut
heri īterfeciſti egyptiū. Quo au-
dito timens ſibi moyſes fugit ī ter
rā madian : vbi de ſephora filia ſa-
cerdotis madian quā duxit : duos
genuit filios. Expletis aūt annis.
xl. apparuit illi dn̄s in deſerto mōtꝭ
ſinai: cū minaret gregē ad interio
ra deſerti in rubo et facta eſt vox
dn̄i ad eū dicens. Ego ſum deꝰ pa
trū veſtrorū : ꝛ tremefactꝰ eſt moy
ſes. Dixit aūt illi deꝰ. Solue calcia B Exo.iij.
mētū de pedibus tuis. Locus eñ
in quo ſtas terra ſctā eſt. Uidi affli D Joſue.v.
ctionē ppli mei q̄ eſt in egypto: et
gemitū eorū audiui ꝛ deſcēdi libe-
rare eos. Et nunc veni: mittā te in
egyptum. Hunc moyſen quē nega
uerunt dicētes. Quis te cōſtituit
pncipē ſup nos: miſit dn̄s pncipē et
redemptorē eorū de ſeruitute egy
pti cū manu. i. opere vel auxilio an
geli q̄ apparuit ei ī rubo. Hic edu-
xit eos faciens ſigna ꝛ pdigia ī ter
ra egypti: ꝛ in mari rubro ꝛ in de-
ſerto annis. xl. Jdē moyſes dixit C Deu.xviij.
filijs iſrael. Prophetā ſuſcitabit
vobis deus de fratribus veſtris:
ipſum tanꝗ me audietis. Hic eſt
q̄ fuit in eccleſia. i. in ꝯgregatione
populi iſrael in ſolitudīe ſinai cū
angelo qui loquebatur ei in mōte
cum patribus noſtris quia accepit
verba vite dare nobis : cui noluē-

runt obedire patres noſtri. ſed re-
pulerunt eu3 ⁊ auerſi ſunt cordib⁹
ſuis in egyptū ad aaron dicentes.
A Fac nobis deos q̄ p̄cedāt nos. Et
Exo.xxxij. fecerūt vitulū ⁊ hoſtias ei obtulerūt.
¶ Cōmēdat tabernaculū ne vi-
deat dānare locū ſanctū. Cap̄lm.xlj.

POſtea quia di-
D cebant eū depꝛauare lo
Exo.xxv. cum ſanctum ſubdit de
B cōmendatiōe tabernaculi. Nō di-
Heb.viij. ctum eſt tabernaculū teſtimonij vel
quia in eo erat arca teſtimonij: vel
q: ante fores tabernaculi cauſe ſub
teſtibus diffiniebantur. Taberna
culum inquit teſtimonij fuit cū pa
tribus noſtris in deſerto: ſicut di-
ſpoſuit deus loquēs ad moyſen vt
faceret illud ſcd̄m formam quā vi
derat in monte. Hoc habuerūt pa
tres noſtri vſq3 in diebus dauid.
In diebus āt ſalomonis templum
taberanculo ſucceſſit. Poſtea in-
cepit eos arguere: poſtq̄ꝫ purgauit
ſe a crimine ſibi a falſis teſtib⁹ ob-
iecto. Dura inquit ceruice ⁊ incir-
cunciſis cordibus et auribus vos
ſemper ſpirituiſancto reſiſtiſtis: ſi
cut ⁊ patres veſtri. Quem p̄phat͂
non ſunt perſecuti patres veſtri.
Hoc audientes diſſecabantur cor-
dib⁹ ſuis: ⁊ ſtridebāt dētib⁹ ī eū.
¶ Qz lapidauerunt ſtephanum.
Capitulum.xlij.

G CUm autem eſ
Act.vij. ſet ſtephanus plenus
ſpirituſancto intuens
in celum vidit gloꝛiam
dei: ⁊ ieſum in forma humana ſtā-
tem a dextris virtutis dei. Stans
apparuit ei crucifixus: ne tituba-
ret lapidandus. Eo ei ipo quo ſta
bat ſe paratum ei ſubuenire mon-
ſtrabat: quia ſtare pugnantis eſt
vel adiuuantis. Ecce inquit video
celos apertos: et filium hominis
ſtantē a dextris virtutis dei. Tūc
exclamantes voce magna clauſe-

rūt aures ſuas quaſi abhoꝛrentes
audire blaſphemiā ⁊ impetū fece-
rūt vnanimiter in eum. ⁊ eijciētes
eū extra ciuitatē lapidabāt: in hoc
ſm legē ſe agere eſtimātes: q: ſm
legē blaſphem⁹ educebat extra ca
ſtra: ⁊ lapidabat eu3 vniuerſus po
pulus: Et teſtes duo ſcz falſi: q̄ pri
mi ſm legē tenebant lapides p̄ij- C
cere: quia in lege dictum eſt de bla Leui.xxiiij.
ſphemo. Pꝛima manus teſtiū lapi
dabit eum. Et depoſuerunt veſti-
menta ſua ne inq̄narentur tactu il-
lius: ſecus pedes adoleſcentis qui
vocabatur ſaulus: poſtea vocatus
eſt paulus. ¶ Cui teſte beda in h⁹
deus miſericoꝛditer p̄uidit q̄ non
eſt manus eius ſanguine innocen-
tis polluta. Sed tantūmodo ſerua
uit lapidantium veſtimenta ⁊ con
ſenſit eis. vnde tanq̄ dignus moꝛ-
te periret: niſi deus per gratiam ei
penitentiam inſpiraret. ¶ Lapi-
dauerūt ergo ſtephanum leuitam
inuocantem ⁊ dicentem. Domine
ieſu accipe ſpiritum meum: ſicut ⁊
chꝛiſtus ad patrem ait. In manus
tuas commendo ſpiritum meum.
Poſitis autem genibus clamauit
voce magna dicēs. Domine ne ſta
tuas illis hoc peccatum quia neſci
unt quid faciunt. Multi enim ex
eis ipſum occidendo eſtimabant
ſe legem implere iuxta quod domi
nus predixerat. Uenit hoꝛa vt oīs A
q̄ interficit vos arbitret̄ obſequiū Joh.xvi.
ſe p̄ſtare deo. Et cū hoc dixiſſet ob
doꝛmiuit in dn̄o. ¶ Et facta eſt p- A
ſecutio magna in eccleſia que erat Act.viij.
hieroſolymis: q: occiſo btō ſtepha
no vno d̄ p̄ncipib⁹ eccl̄e ⁊ q̄ſi p̄mi
cerio. vij. diaconoꝝ: cepe꞉rūt alios
p̄ſeq̄ grauiter in tantū q̄ oēs diſci
puli p̄ter ap̄los q̄ vt paſtoꝛes gre-
gis ceteris erāt cōſtantioꝛes diſp̄
ſi ſunt p̄ regiones iudee ⁊ ſamarie
fugientes a facie p̄ſecutoꝝ: iuxta C
quod p̄ceperat dominus. Si vos Math.x.
perſecuti fuerint in vna ciuitate fu A
gite i aliā. ¶ Cureuerūt āt ſtepha- Act.viij.

num viri timorati.i. iuxta morem terre diligenter curaz adhibentes ſepulture : et fecerunt planctum magnū ſuper eum. Tunc apoſtoli ꝓuidentes ꝙ ad gentes in poſterum eſſent tranſituri: ꝓuidentes fidelibus qui erāt in hierl'm remāſuri: ordinauerunt iacobuz alphei epiſcopum hieroſolymorū: ⁊ impoſuerunt ei manus petrus ⁊ iacobus ⁊ ioannes. Ideo non a paucioribus ꝙ̄ tribus epiſcopis: epūs hodie conſecratur.

¶ De prima perſecutione ſauli. Capitulum.xliij.

A Act.viij. Saulus vero deuaſtabat eccleſiam: diſcurrēs per domos trahens viros ac mulieres ⁊ detrudens in carcerem. Neminē tamen occidebat domino cuſtodiente manus eius: ne ſanguine innocentum pollueretur. Qui autē diſperſi fuerant ꝑtranſibant de loco ad locum euangelizantes verbuz dei: nihilominus qꝛ diſperſi cōſtātes erant in ꝑdicatione euangelij Philippus aūt diaconus ſecūd⁹ a ſtephano: deſcendens in ciuitatē ſamarie ꝑdicabat ibi xp̄z. Et intēdebant turbe vnanimiter his que a philippo dicebantur : videntes miracula que faciebat: quia multos demōiacos liberabat. multos paralyticos ſanabat: ⁊ claudos erigebat. Erat autem ibi ſimon magus seducēs gentem: cui auſcultabant omnes a minimo vſqꝫ ad maximū qꝛ magicis artib⁹ multa faciebat vnde dicebant ip̄m eſſe ꝟtutem dei magnam: eſtimantes ip̄m eſſe ꝓphetam vel angelū vel dei filium: qꝛ mentes eorum demētauerat.i. magicis artibus ſubuerterat Cunqꝫ crederent philippo euangelizanti de regno dei in nomine ieſu chriſti baptizabantur viri et mulieres: ⁊ ſimon ſimulauit ſe credere ⁊ baptizatus eſt. Videns eñ philippuz facere miracula: qualia ⁊ quanta ipſe facere non poterat. nec ita facile: putauit ex quadam induſtria fieri. ideo ficte baptizatus eſt vt familiarius ei adhereret ⁊ addiſceret artem qua ſimilia poteſt facere.

De ſimone mago.

¶ De petitione ſimonis magi. Capitulum.xliiij.

C Act.viij. Cum autē audiſſent apoſtoli q erāt hieroſolymis: ꝙ receptiſſet ſamaria verbum dei: miſerūt ad eos petrū ⁊ ioānē Qui cum veniſſent orauerunt pro ipſis vt acciperent ſpiritumſanctū viſibiliter quod forte nōdum fecerāt: nondum enim in quēꝙ̄ illoruz venerat.i. viſibiliter deſcenderat. Conſtat enim qꝛ inuiſibiliter ſpiritumſanctū acceperant: cū baptizati eſſent in noīe dñi ieſu chriſti. Tunc imponebant manus ſuper illos: ⁊ accipiebant ſpiritūſanctū. ita ꝙ viſibili ſigno oſtendebatur. cum linguis omnibus loquerent̄

Nota ¶ Conſtat hunc philippum diaconum fuiſſe nō apoſtolum. Qd videtur ex gloſa ſuꝑ mattheuz: qꝛ manuuz impoſitionem reſeruauit apoſtolis q̄ ꝓpterea reſeruat̄ hodie ſolis eorum vicarijs. id eſt epiſcopis: qui manus imponūt ⁊ frōtem liniunt in confirmatione vbi datus ſpiritusſanctus ad robur. Si enim philippus iſte apoſtolus eſſet : ſtatim baptizatis manus iponeret: nec ad hoc alios expectaret.

De ſimōis arrogātia. ¶ Cum autem ſimon vidiſſet ꝙ per impoſitionem manus ap̄lorum daretur ſpūſſanctus: putans ex quadam induſtria hoc ab eis fieri: ⁊ hanc poſſe ab eis ꝑcio comparari obtulit eis pecuniā dicēs Date mihi hāc poteſtatem: vt cuicunqꝫ manus impoſuero accipiat ſpiritumſanctū: ⁊ ſic voluit emere hanc poteſtatem ad lucrum. Ad quē petrus. Pecunia tua tecū ſit

Petri ꝯcū ſententia.

perditionez. Quod ſic poteſt di-
ſtingui ne videatur imprecari pe-
cunie. Pecunia tua tecū ſit: ſup-
ple ducens te in pditionem. Vel
imprecando ait. In pditione pecu
nia tua tecum ſit.i. pecuniam tuā
habeas: ⁊ p ea penam eternam lu
as. Sancti enim cum ſententiam
maledictionis pferunt: non ex vo
to vltionis ſȝ intuitu iuſticie in eā
prumpunt. Non eſt tibi pars in
ſermone iſto vt ad manuū tuaruȝ
impoſitionē detur ſpiritusſanct⁹.
Cor enim tuum non eſt rectū co-
ram domino. Penitentiam itaqȝ
age pro hac nequitia tua: ⁊ roga
deuȝ vt ſi forte remittatur tibi hec
cogitatio cordis tui. In felle enim
amaritudinis ⁊ obligatione iniq-
tatis video te eſſe. Sciebat eū pe-
trus in ſpiritu penitentiam nō ac-
turum: ſed ad hoc eum exhortari
erat eius officium. Simon autem
ſciens ſe indignum a deo exaudi-
ri: noluit orare ſed ait apoſtolis.
Precamini p me vt nihil veniat
ſuper me horum que dixiſtis. Pe-
trus vero ⁊ ioannes redibant hie
roſolymā ⁊ multis ciuitatibus ſa
maritanorum euangelizabant.

¶ De eunucho baptizato a phi-
lippo. Cap.xlv

¶ Act.viij.

ANgelus aūt
domini locutus eſt ad
philippuȝ dicēs. Sur
ge ⁊ vade cōtra meri-
dianum ad viam que deſcendit a
hieruſalem in gazā. id eſt in africā
q.d. Vade ad viam p quā a hieru-
ſalem per gazā deſcenditur in afri
cam. Hec ſcȝ gaza deſtructa eſt.
Vetus enim gaza que olim erat
terminus chananeorū iuxta egy-
ptum deſtructa erat ⁊ loco ei⁹ edi
ficata eſt alia. Et ſurgēs abyt. Et
ecce vir ethiops eunuchus potēs
in domo candacis regine qui erat
ſuper omnes gazas eius [erat eīn
cōſuetudo eunuchoruȝ cuſtodire
theſauros potētum] venerat ado-
rare in hieruſalem. Et vt tradit ī
alijs hiſtorijs per euȝ miſerat mul
ta dona templo in hieruſalem can
dacis regina ethiopum. Et vide
quia omnes regine ethiopuȝ dice
bantur regine candaces: ſicut ro
mani imperatores dicebant ceſa-
res: nec habebat regimen regio il
la niſi a feminis. Cumqȝ reuertere
tur ethiops ille ſedens ſuper cur-
rum: ⁊ legens eſaiam pphetaȝ: di
xit ſpirit⁹ philippo. Accede ⁊ adiū
ge te currui. Accedens autem phi
lippus: audiuit eum legētem eſaiā
⁊ dixit. Putas ne intelligis que
legis. Qui ait. Et quō poſſum: ſi
non aliquis oſtēderit mihi. Et ro
gauit philippum vt aſcēderet cur
rum ⁊ ſederet ſecum. Erat autem
hic locus ſcripture quā legebat q
domino procurante ſic legendus
occurrerat. Tanqȝ ouis ad occiſio
nem ductus eſt. ⁊ ſicut agnus co- ¶ Eſa.liij.
rā tōdente ſe ſine voce: ſic non ape
ruit os ſuum. Reſpondens autem
eunuchus philippo dixit. Obſe-
cro te domine vt dicas de quo p-
pheta hec dicit: de ſe an de alio ali
quo? Aperiens autem philippus
os ſuū ⁊ incipiens a ſcriptura hac
de qua ſcȝ querebat euangelizauit
illi ieſum. Et dum irent per viam
puenerūt ad quandam aquaȝ. Et
ait eunuchus Ecce aqua: quis p-
hibet me baptizari? Ad quē phi-
lippus. Si credis ex toto corde: li-
cet tibi baptizari. Ad quem ille.
Credo dei filiuȝ eſſe ieſum. Et vi
de qȝ cū in ſpū videret philippus
eunuchi fidem: voluit tamē ab eo
extorquere confeſſionem manife-
ſtam: nolens eum ſubito baptiza-
re: vt daretur exemplum baptizan
tibus ⁊ baptizandis interrogādi
⁊ confitendi. Unde hodie cū qua-
dam dilatione ⁊ ptelatione ſcruti
niorū celebratur ſolēne baptiſma
in ſabbato paſcali: qȝ incipiūt ſcru
tinia ī media quadrageſima ab ea

F Eze.xxxvj. de qua cantatur. Dum ſanctifica
tus fuero. Et iuſſit ſtare currum:
⁊ deſcenderunt ambo de curru: et
baptizauit philippus eunuchum.
Et cum aſcendiſſet de aqua: ſpũs
dñi rapuit philippum: ⁊ amplius
non vidit eum eunuchus. ſed ibat
ꝑ viam ſuam gaudens Philipp⁹
autẽ inuentus eſt in azoto: ⁊ per-
tranſiens euangelizabat cunctis ci
uitatibus donec veniret ceſaream
¶ In qua legitur domũ habuiſſe
cuius vſqꝫ hodie apparẽt veſtigia
necnon ⁊ cubiculum quattuor fi/
liarum eius virginũ ꝓphetiſſarũ
Nunc redit hiſtoria ad ordinem
ſuum ꝓſequens de paulo: ⁊ conti/
nuatur ei qđ ſupra dictũ eſt. Sau
A Act.viij. lus deuaſtabat eccleſiam. Quod
enim dictum eſt de philippo: ⁊ cõ
uerſione eunuchi. quaſi incidens
fuit.

¶ De excecatione ſauli. Cap.xlvj.

A Act.ix. SAulus adhuc
ſpirans minarũ: ⁊ ce-
dis in diſcipulos dñi.
id eſt adhuc cõminãs
eis: ⁊ in eos cõſpirãs: ⁊ ad cedem
eorũ aſpirans acceſſit ad principẽ
ſacerdotum: zelo furoris eum con
citante: ⁊ petijt ab eo litteras ad
ſynagogas ſingulas iudeorũ que
erant damaſci: vt eius auctoritate
ſiquos iueniret damaſci huius vie
viros ⁊ mulieres: victos ꝑduceret
in hieruſalem. Et cum iter faceret
cõtigit vt appropinquaret dama-
ſco. ⁊ ſubito circũfulſit eum lux de
celo: ⁊ cadẽs in terram audiuit vo
cem dicentem ſibi. Saule ſaule qđ
me ꝑſequeris. id eſt in mẽbris me-
is. Qui ait. Quis es dñe. An de-
us es vel angelus. Ego inquit ſũ
ieſus quẽ tu ꝑſeq̃ris. Durum ẽ ti-
bi ꝯtra ſtimuluꝫ calcitrare. i. potẽ
tiori rebellare. Et tremens ac ſtu-
pens dixit. Dñe quid me vis face
re. Ac ſi diceret Voluntatem tuã
indica mihi: q2 ꝑſto ſum tibi. obe-
dire. Ad quẽ dñs. Surge ⁊ ingre
dere ciuitatẽ ⁊ dicetur tibi quid te
oporteat facere. Uiri autem q cõ-
mitabantur eum ſtabant ſtupefa-
cti: audientes quidem vocẽ ipſius
pauli: non eius qui loquebat̃ cum
eo: neminem autem videntes: iux-
ta ꝙ ipſe paulus infra dicit. Qui
mecum erant lumẽ quidem vide-
runt: vocẽ autẽ eius non audierũt
qui loquebatur mecum. Et ſurre
xit de terra: ⁊ apertis oculis nihil
videbat. Factus eſt cecus corpo-
re q̃ prius fuerat cecus mente. Ad
manus aũt illum trahentes: mani
bus ſcꝫ ſuis manus eius tenentes
⁊ quaſi cecum ducẽtes introduxe
runt eum damaſcum. Et erat ibi
tribus diebus nõ videns neqꝫ mã
ducans neqꝫ bibẽs. In quo triduo
creditur a ſpirituſancto didiciſſe
euangeliuꝫ. Unde gloriatur i epi B
ſtola ad galatas ſe nõ habuiſſe ho Gala.j.
minem magiſtrũ di. Neqꝫ ab ho-
mine accepi illud neqꝫ didici. ſed ꝑ
reuelationeꝫ ieſu chriſti. Impone
batur enim ei a pſeudo ꝙ edoctus
eſſet ab anania non a ſpirituſãcto
vnde vocabant eum apoſtolũ ana
nie. Nec te moueat ſi quandoqꝫ le
gatur conuerſio eius facta primo
anno dominice paſſionis: q̃nqꝫ ſe-
cũdo: alterũ de ãno vſuali: alterũ
de anno emergenti dicitur. Si eñi
cõputes primũ ãnũ dñice paſſio-
nis a kal. ianuarij qui ẽ ann⁹ vſua
lis: tunc ſecũdo anno cõuerſus eſt
paulus. Si aũt computes ab ipſo
die paſſionis vſqꝫ in ſequentẽ diẽ
paſſionis anno reuoluto qui ẽ an-
nus emergens in primo anno dñi
ce paſſionis conuerſus eſt.

¶ Quõ ex mãdato dñi Ananias
viſitauit. Paulum. Cap.xlvij.

ERat autẽ da B Act.ix.
maſci diſcipulus qdã
id eſt chriſtianus no/
mie ananias Et dixit

dominus ad illum. in viſu. id eſt i viſione noctis. Anania. At ille ait Ecce domine ego paratus ſum tibi obedire. Ad que dñs. Surge ⁊ vade in vicum qui vocatur rect⁹: ⁊ quere in domo iude ſaulum nomine tharſenſem. Ecce enim orat. Forſan iudas erat ꝓpꝛium nomē hoſpitis ſui vel foꝛſan erat de tribu iude vt ſit ſenſus. In domo iude.i.inter iudeos qui ibi erāt d illa tribu: vel in domo iude.i.in vico iudeoꝛum. Vicus autem dicitur a vicinia ciuitatis vt dicit Raban⁹. vt pꝛopꝛie dicantur vici viciniora rura ciuitatis. Hoc tamen ⁊ ſepe alibi aliter accipitur. Ne timeret ananias venire ad ſaulū quē nouerat acerrimū ꝑſecutoꝛem xp̄ianorum: addidit dñs. Ecce eīm orat: quaſi diceret. Non eſt timēdus qꝛ factus eſt de ſaulo paulus. ⁊ d lupo agnus. Et ego etiā reuelauit ei aduentum tuū. Iam enim vidit in ſpiritu te introeuntem ad ſe: ⁊ imponentem ei manus vt viſum recipiat. Tunc ananias. Domine audiui a multis de viro hoc quāta mala fecerit ſanctis tuis in hieruſalē ⁊ habet poteſtatem a pꝛincipibus ſacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Ad quem dominus. Vade quoniam vas electionis eſt mihi iſte. id eſt vas electum ⁊ in foꝛnace tribulationis ꝓbatum: vt poꝛtet nomen meū coꝛā regibus ⁊ gentibus ⁊ filijs iſrael. Et tu quidem baptizabis eum ſꝫ non docebis eum: ego enim ſolus docebo eum: ⁊ oſtendā ei quanta opoꝛteat eum pati ꝓ nomine meo: vt per multas tribulationes probetur vas electum ⁊ mala que intulit ſāctis patiat̃ cū ſāctis. Abijt ananias ⁊ veniens ad hoſpitium pauli intrauit ad eum: ⁊ imponēs manū dixit. Saule frater. dñs ieſus qui apparuit tibi in via qua veniebas miſit me ad te: vt videas interioꝛi ⁊ exterioꝛi oculo: ⁊ impleas ſpiritu ſancto.i.ſpiritū ſanctū plenius accipias poſtea in baptiſmo. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanq̄ ſquame: ⁊ viſum recepit: ⁊ ſurgens baptizatus eſt: ⁊ cum accepiſſet cibū ꝯfoꝛtatus ē. Et fuit cū diſcipulis q̄ erāt damaſci ꝑ dies aliquot: ⁊ ꝯtinuo ingreſſus ſynagogas ꝑdicabat dñm ieſū qm̄ hic eſt filius dei. Stupebant aūt oēs q̄ audiebant: ⁊ dicebant. Nonne hic eſt q expugnabat i hieruſalem eos q̄ inuocabant nomen iſtud. ⁊ ad hoc huc venerat vt vinctos eos duceret ad pꝛincipes ſacerdotum. Saulus aūt magi conualeſcebat in xp̄o. ⁊ confundebat iudeos qui erāt damaſci: affirmās quia hic eſt chꝛiſtus.

¶ De inuidia iudeoꝛum in paulum. Cap.xlviij.

Cum autē implerētur dies multi a baptiſmo pauli conſiliū fecerūt iudei vt eum interficerēt. (E Act.ix.) Ex eo qd̄ dictū eſt Cū implerent dies multi: pōt videri hoc nō fuiſſe factum in hoc ꝑmo aduētu damaſci ſꝫ in ſcd̄o: qꝛ foꝛte trāſijt in ſyriā ⁊ ciliciā ⁊ ibi ꝑdicauit ⁊ multos cōuertit. Poſtea cum iterum venit damaſcum qꝛ magis ſuſcitauerat inuidiā iudeoꝝ. in ſcd̄o aduentu damaſci ſtatuerunt concilium vt eū occiderēt ſed notificate ſunt ei inſidie iudeorū ⁊ cuſtodiebāt poꝛtas ciuitatis die ac nocte vt eum dolo interficerent. non iudei: ſed ciues damaſci ⁊ ꝓpoſitus gentis Arethe regis ad petitionē iudeoꝝ: ſicut ipſe apoſtolus in ep̄la ſcd̄a ad Coꝛinth. refert dicens. (G ij.coꝛi.xi.) Damaſci pꝛepoſitus gentis Arethe regis cuſtodiebat ciuitatem damaſcenoꝛum: vt me compꝛehenderet. Diſcipuli autem eius nocte demiſerunt eum i ſpoꝛta per murum. Et vide q̄ in greco additum non eſt eius. ſꝫ dictum

eſt ſimplicis diſcipuli: q2 nō habe-
bat paulus diſcipulos: ſed omnes
chr̄iani tunc dicebant̄ diſcipuli: q2
nondū inuentū erat h° nomē chr̄ia
nus Elapſus paul⁹ a manib⁹ da-
maſcenoꝝ venit in hierl'm: ⁊ volēs
ſe iungere diſcipulis dn̄i ſcȝ apl'is.
ſȝ oēs timebāt eū nō credētes ꝙ eſ
ſet diſcipul⁹. Tūc barnabas cypri
us leuites genere: q̄ vt ſupra dictū
eſt p̄ciū agri venditi poſuit ad pe-
des aploꝝ dn̄i: app̄henſū illū du-
xit ad aplos narrauitq3 quō in via
vidiſſet dominum: ⁊ q2 locutus eſt
ei: et quō in damaſco fiducialiter
egerit i noie ieſu. Quos āt aploꝝ
inuenerit in hierl'm in epl'a ad ga-
latas oſtendit ſcȝ petrū ⁊ iacobuȝ
ep̄m hieroſolymoꝝ: cuȝ q̄b⁹ man-
ſit. xv. diebus ſicut ip̄e in epl'a oſtē
dit dicēs. Deinde poſt annos tres
ſcȝ a ꝯuerſiōe mea veni i hieruſalē
videre petrū: et manſi apud eum.
xv. diebus: aliū aūt apoſtoloruȝ
vidi neminē niſi iacobuȝ fratrē do
mini. Et erat cum illis ſcȝ petro et
iacobo ⁊ alijs diſcipulis q̄ erant i
hieruſalem intrans ⁊ exiens p. xv.
dies. Deinde venit in partes ſyrie
⁊ cilicie: ⁊ ibi loquebat̄ gētibus et
diſputabat cum grecis. id eſt iudeis
int̄ grecos diſperſis. Hec autē hi-
ſtoria pre nimia ſui breuitate rei ve
ritatē ꝯfundit quaſi totū in hieru-
ſalē factū ſit. Ita em̄ ꝓcedit ſeries
hiſtorie Et erat cum eis intrans et
exiens i hierl'm: fiducialiter agēs i
noie dn̄i. Loquebat̄ autē gentib⁹
⁊ diſputabat cum grecis. Illi aūt
ſcȝ iudei ꝯuerſantes iter grecos cū
q̄b⁹ diſputabat: voluerūt eū occi-
dere. Qd' cū cognouiſſent fratres:
deduxerūt euȝ ceſareā: q̄ ciuitas ē
paleſtine: ⁊ inde dimiſerūt eū thar
ſuȝ q̄ ē ciuitas cilicie: vnde ipſe ori
undus fuit. Poſtea redit hiſtoria
ad petrum de actibus apoſtolorū
agens quaſi modo interſcalari.

¶ De curatione Enee.
Capitulum. xlix.

Factum eſt au- F
tē vt petrus dū p̄dicā Act. ix.
do diſcurreret venit
liddā. Inuenit autem
ibi hoīem quendā eneā noie: para
lyticum ab annis. viij. in grabato
iacentem. Et ait illi petrus. Enea
ſanet te domin⁹ meus ieſus chri-
ſtus: ſurge ⁊ ſterne tibi lectuȝ: qui
prius nec etiā poterat de lecto ſur-
gere. Et cōtinuo ſurrexit Et vide
rūt illū omnes q̄ habitabant lidde
⁊ ſarone. ⁊ ꝯuerſi ſunt ad dominū.
Erat aūt i ioppē diſcipl'a q̄dā chri
ſtiana que hebraice dr̄ Tabita: gre
ce dorcas: latine aūt damula vl' ca-
prea. Sup Marcū tamē habem⁹:
q2 tabita interpretatuȝ eſt puella.
Unde tabitacumi interpretatū eſt
puella ſurge: ⁊ ſ̄m hoc ſunt diuer-
ſe interpretationes huius nomis.
Hec autē erat plena opibus bonis
⁊ elemoſynis quas faciebat ⁊ p̄ci-
pue in ꝯſuendis veſtibus paupeꝝ
multum laboris impēdebat. Fa-
ctū eſt aūt in diebus illis in quib⁹ G
petrus venerat liddaȝ vt infirma- Act. ix.
ta moreretur. Cunq3 lauiſſent cor
pus poſuerūt in ſupiori cenaculo.
Et cū lidda ꝓpe eēt ioppē: diſcipu
li audiētes q2 ꝓpe eēt petr⁹ lidde:
miſerūt ad eū duos viros dicētes
Ne pigriteris venire vſq3 ad nos:
⁊ nō aperuerūt ei cauſam. Exur-
gēs aūt petr⁹ venit cū ill'. Et cum
adueniſſent duxerūt eū in cenacu-
lū vbi iacebat mortua Tabita.
Et circunſteterunt eum omnes vi
due flentes ⁊ oſtendētes ei veſtes
quas faciebat illis dorcas vt opib⁹
miſericordie ip̄aȝ opam dediſſe oſn
derēt ⁊ ſic petrū ad cōpaſſionē cō-
mouerent. Tūc petr⁹ oēs eiecit nō
tāq3 ꝓperā aliqd factur⁹: qd' vellet
alios latere: vt hi q̄ magicis artib⁹
vel ꝯſilio demonū aliqd machinā-
tur: ſȝ magiſtrū ſuū volēs imitari:
q̄ filiā archiſynagogi ſuſcitatur⁹
oēs de domo eiecit paucis exce-

ptis. Uel forte qꝛ nõnulli erant viſione miraculi indigni: eiectis omnibus foras facta genuflexiõe orauit: ⁊ conuerſus ad corpus ait. Tabita ſurge. At illa apuit oculos: ⁊ viſo petro reſedit: ⁊ dans illi manum: erexit eam. ⁊ cõuocatis qui exierant: reddidit eis eã viuã. Et notum factum eſt miraculum per vniuerſam ioppen: ⁊ multi crediderunt in deum. Et moratus eſt petrus in ioppen multis diebus apud ſimonẽ coriariũ vel curiariũ vel a corio: vel curia. quia forte curialis erat. ideo dictus curiarius. vel quia parabat coria: ideo dict⁹ eſt coriarius.

¶ De conuerſione cornelij.

Capitulum. l.

A
Act. x.

Vir aũt quidã erat in ceſarea nomĩe cornelius centurio cõhortis que dicebatur italica: qꝛ miſſa fuerat a romana ciuitate que eſt in italia: quia romani imperatores mittebant milites ſuos per ciuitates ad cuſtodiẽdas munitiones. Et hic erat religioſus ⁊ timens deum: religioſus ſupra gradum timoris. timens infra gradum religionis. i. pietatis qꝛ i graduali aſcenſu donoꝝ ſpiritusſancti grad⁹ pietatis eſt ſupra gradum timoris In quãtum ergo religioſus ſupra gradum timoris: intantum timẽs deum infra graduz religionis vt nomĩe religionis intelligas ſpiritum pietatis. Erat inquã religioſus cum omni familia ſua que religioſa erat ⁊ timorata faciens elemoſynas multas plebi non acceptor perſonarum. Iſte cuz eſſet quaſi hora nona diei vidit in viſu manifeſte. i. manifeſta viſione non per ſomnium vel in extaſi

Additio.
Pietas equocum eſt ad cultuz dei: ⁊ ad cõpaſſionẽ ꝓximi

angelum dei introeuntẽ ad ſe: et dicentem ſibi. Corneli. At ille intuens in eum timore correptus dixit. Quis eſt dñe. Ad quẽ angel⁹ Orationes tue ⁊ elemoſyne tue aſcẽderunt in memoriam in ꝯſpectu dei. Et nunc mitte viros in ioppẽ ⁊ accerſi ſimonem quendã qui cognominatur petrus. Hic hoſpitatur apud ſimonem quendam coriarium: cuius domus eſt iuxta mare tyrrenũ: quia ioppen ciuitas terre ꝓmiſſionis erat mari tyrreno ꝓxima ⁊ in ipſius orientali litore ſita: ⁊ ex parte litoris ſita erat domus ſimonis coriari hoſpitiꝫ petri. Hic inquit dicet tibi quid te oporteat facere. Ecce cornelio dictu eſt ab angelo. Exaudite ſunt orationes tue. Unde conſtat eum tunc fidem habuiſſe: qꝛ in hoc cõſonãt ſancti ꝙ merito fidei venitur ad opera ⁊ non viceuerſa. Nondũ tamen credebat xp̃m incarnatũ: quia de tẽpe incarnatiõis incert⁹ erat: ignorãs an iã incarnat⁹ an adhuc incarnãdus. Non tñ ſuberat falſitas fidei ei⁹. quia cuz fidẽ incarnationis haberet ſalua fide poterat eſſe in ambiguo: an iam veniſſet. an adhuc in carne venturus eſſet. Quia nõnullos ſanctoꝝ patrũ latuit xp̃m natum eſſe poſtq̃ natus eſt vt ſymeonem vſq̃ ad quadrageſimum natiuitatis ei⁹ diem. Non tamen putandum eſt eos fidem incarnationis non habuiſſe. qꝛ tẽpus non eſt de articulo fidei. imo cum nondum eſſet eis predicatum vel inſpiratum ꝙ iam natus eſſet: ſalua fide licuit eis eſſe in ambiguo: an iã natus eſſet: an adhuc naſciturus. Cum diſceſſiſſet angelus a cornelio vocauit duos domeſticos ſuos ⁊ militẽ metuentem dñm quod de domeſticis non eſt dictum. qꝛ conſtabat familiam eius religioſam eſſe ⁊ timoratã. Quib⁹ cũ narraſſet ſingula: miſit illos in ioppen.

Nota de fide cornelij.

¶ De viſione Petri. Cap. lj.

B
Act.x.

Poſtera autē die iter facientibus illis ⁊ appropinquantibus ciuitati ioppe: vel apparentibus ſm aliam litteram. vt iam poſſent videri de hoſpitio petri. ſcʒ ď domo ſimonis coriarij aſcendit petrus i ſuperius cenaculum hoſpitij ſui circa horam ſextā vt i ſecreto oraret: ⁊ poſt orationē comederet: quia tempus erat comedēdi: ⁊ ipſe patiebatur eſuriē. Et parantibus prandiū miniſtris cum ipſe eſſet in oratione: cecidit ſuper eum extaſis: quia dn̄o operante paſſus eſt alienationem mē/tis ita vt non vteretur ſenſibus humanis. Et in huiuſmodi extaſi vidit celum apertum. id eſt aerem ⁊ de aere aperto deſcendens vas quoddam velut linteum magnum de celo ſummitti in terram quattuor linteis vel litijs vel initijs: que littera verior eſt. Dicuntur autem initie funiculi molles quibus circūligantur pueri in cunabulis. facti de ſtupea materia. vel de ſerico ad opus nobilium. Videbatur ergo ei vas illud quaſi linteum quattuor initijs quattuor cornibus alligatis. in aere appenſum. ⁊ ita demitti in terram. ⁊ in eo eſſe omnia genera animalium. quadrupedia ſerpentia terre. Et cum eſuriet: facta eſt vox ad eum dicens. Surge petre macta ⁊ manduca. Acſi diceretur ei in ſpiritu. Tranſi ad gen/tes. ⁊ occide in eis vitia. ⁊ ſic eccleſie incorpora. Abſit inquit domi/ne: q: nunꝗ̄ māducaui cōmune. i. immūdū. Et eſt idioma hebreoꝝ reputantium cibos immūdos qbꝰ cōmuniter vtebantur gentes. Vn̄ vocabant cōmunes quaſi immundos. Abhorruit ergo petrus ꝙ dictum eſt ei manduca. quia oſtenſa ei fuerant quadrupedia. ⁊ ſerpentia ſecūdum legem immūda. quia graue videbatur ei vti cibis in lege ꝓhibitis. ⁊ maxime timebat reprehenſionem iudeorum ſi vteretur cibis gentilium. Et ideo cum ita cuncta abhorreret. facta eſt vox ſecūdo ad eum dicens. Quod deꝰ purificauit communene dixeris. Quod conſtat ei ſpiritualiter dictum fuiſſe de gentibus. iam i dei preſcientia per fidem purificatis. De quarū purificatione inſtruxerat petrum vox prima facta ad eū dicens: occide ⁊ manduca. Cum autem oſtenſa fuiſſent ei ſerpentia terre. cōſtat ea non fuiſſe a deo purificata. nec alicui ſiue iudeo ſiue gentili ad comedendum munda. Hoc autem factum eſt ei ter. ſ. vas ſemel iterato ⁊ tertio in terra demiſſum. ⁊ vox ter audita eſt ꝓ cōmendanda veritate viſionis vel fide trinitatis. Nā vt dicit Ambro. Ambroſ. In cathecismo fit trina interrogatio. ſcʒ credis in deum. abrenuncias ſathane. vis baptizari Similiter trina vnctio. in vertice ſiue frōte. in ſcapulis. in pectore. In baptiſmo quoqꝫ fit trina immerſio. Poſt trinā vaſis oſtenſionem: receptum eſt vas in celū. Et dū intra ſe cogitaret petrus: quid ſibi vellet hec viſio. Ecce tres viri qui miſſi fuerant a cornelio. inquirentes domū ſimonis coriarij ſteteſt ad ianuā: querētes ſi ſimō q̄ agnominatur petrus illic haberet hoſpitium. Et cogitante petro de viſione: dixit eis ſpiritus. Ecce tres viri querunt te. Cauſam tamē cur eum quererent ei ſubticuit. quam ipſe poſtea ab eis didicit. Quia ad conſeruandam humilitatē aliquādo ꝓphetie ſpiritus ex parte animū tangit ⁊ ex parte non tangit. ¶ Surge inquit ⁊ deſcende. ⁊ vade cum eis nil heſitans: quia ego miſi illos. Deſcendens autem petrus ad eos dixit. Ecce ego ſum quē queritis. que cauſa eſt ꝓ qua veniſtis. Ad quē illi. Cornelius centurio vir religioſus ac timens

deum: et teſtimonium habens ab vniuerſa gente iudeorum reſponſum accepit a ſpiritusſancto vt accerſiret te in domum ſuam: et audiret verba a te. Et introduxit eos in hoſpitium ſuū: et fuerūt cum eo nocte illa. Sequenti autem die ꝓfectus eſt cum illis et quibuſdam fratribus qui eum comitati ſunt a ioppe vt ei teſtes eſſent.

¶ Qꝫ petrus venit ad cornelium vocatus. Cap.lij.

D Act.x.

Altera autē die ſecunda ab egreſſu de ioppe introiuit ceſaream. Corneli⁹ vero expectabat illos conuocatis cognatis ſuis et amicis neceſſarijs. Amici neceſſarij dicuntur qui nō deſerunt hominem in articulo neceſſitatis. Et cū introiſſet petrus: obuius occurrit ei cornelius. et procidens ad pedes eius adorauit eum ipſo geſtu corporis exprimēs deuotionē mentis. Petrus vero eleuauit eum dicens. Surge qꝛ ego homo ſum vt tu. Et cū multi adeſſent: cognati ſcꝫ et amici conuocati. locutus eſt eis petrus dicens. Vos ſcitis ꝙ abominabile ſit viro iudeo accedere ad alienigenā. Sꝫ oſtendit mihi deus nullum hominem immundum eſſe. propter qđ ſine dubitatione veni accerſitus. Interrogo ergo quā ob cauſam accerſiſtis me. Ad quē cornelius. A nudius quarta die orabā hora nona in domo mea. ac ſi diceret. Quarta die ab hac hora ſecundū innouationem dierum. Prima ei die vidit angelum et miſit nuncios. ſecūda venerunt nūcij i ioppē tertia ꝓfectus eſt petrus cuꝫ eis. et illa nocte remanſerunt in via. quarta venerunt ceſaream. et ecce vir ſtetit ante me in veſte cādida: et ait. Corneli exaudita eſt oratio tua. et elemoſyne tue a deo accepte mitte in ioppen: et accerſi ſimonē q cognominatus petrus. et ſtatim miſi ad te. et tu bene feciſti veniendo. Nūc ergo omnes nos aſſum⁹ in cōſpectu tuo prompti obedire tibi in omnibus quecūqꝫ precepta ſunt tibi a dn̄o. Tūc petrus apiēs os ſuū dixit. ¶ Nunc in veritate comperi: quoniam non eſt perſonarū acceptor deus. nec diſcernit inter iudeos et gentes. ſed in omni gente qui timet deum et operatur iuſticiam: acceptus eſt illi.

Nota. non eē pſone acceptionē m apud deū.

Vos ſcitis ꝙ ioannes predicauit ieſum a nazareth. ſcitis etiam ꝙ factum eſt verbum. id eſt. predicatio euangelij per vniuerſam iudeam. incipiens a baptiſmo ioannis quo baptizatus eſt ieſus. poſtea ꝓſequēs quomodo vnxit eum deus ſpiritu ſancto et virtute qui pertranſijt benefaciendo et ſanando omēs a diabolo oppreſſos. Et nos teſtes ſumus omnium que fecit in regione iudeorum. et ꝙ eum ſuſpenderunt in ligno: et tertia die ſuſcitatū a deo. Cuius nos teſtes ſumus q manducauimus et bibimus cum illo poſtꝙ reſurrexit a mortuis. quibus precepit predicare populo et teſtificari. quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt a deo patre iudex viuorum et mortuorum. quia pater dedit illi omne iudicium. Nec nos ſolum: ſed etiam omnes prophete illi teſtimonium perhibent. quod omnes per nomen eius remiſſionem peccatorum accipiunt qui credunt in eum.

¶ Qꝫ baptizauit cornelium et eos qui cum eo erant.
Capitulum.liij.

E Act.x.

Adhuc loquēte petro verba hec. cecidit ſpiritusſanctus. et deſcēdit repente ſup oēs

qui audiebāt verbū. Utrū aūt in
igneis linguis vel in alia ſpecie vi-
ſibili deſcenderit: incertum eſt. Et
obſtupuerūt q̄ erant cū petro fide
les de circūciſione: q2 etiam in na-
tiones. id eſt in gentiles gratia ſpi
ritusſancti effuſa eſt. Audiebāt ei
eos loq̄ntes linguis ⁊ magnificā-
tes deū. Tunc rñdit petrus. Nun-
quid aquā quis ꝓhibere pōt vt nō
baptizenꝰ hi qui ſpiritū ſanctū ac-
ceperunt ſicut ⁊ nos. qđ maius eſt
q̄ baptizari. Et iuſſit eos baptiza
ri in noīe chriſti: ſubticens formā
baptiſmi a dño traditā ꝑ dilatiōe
nois chri. In quo noīe intelligiꝰ
ipſe q̄ vnctus eſt. ⁊ pr a q̄ vnctus et
ſpūſſanctus quo vnctus eſt. Tunc
rogauerūt eū. Et māſit rogatꝰ cū
eis aliquot diebꝰ. in quibus pmo
crediꝰ vſus fuiſſe cibis gentilium.
A vnde poſtea redargutꝰ eſt. ¶ Di-
Act. xi. latatumq3 eſt vbiq3 ⁊ delatum vſq3
ad fratres q̄ erāt i iudea. q2 gētes
receperant verbū dei. Et hic fuit pri
mus trāſitꝰ pticularis apl'orū ad
gentes in quo conuerſus eſt corne
lius cum familia ſua.

¶ Quomodo redargutus eſt pe-
trus a chriſtianis. Capitulū. liiij.

A
Act. xi.
Cum aūt aſcē-
diſſet petrꝰ hieroſoly-
mā. diſceptabāt aduer
ſus eū fideles ð circūci
ſione dicētes. Quare introiſti ad
viros ꝑputiū habētes. ⁊ manduca
ſti cū illis. quaſi diceret. In duo-
bus cōtra legem feciſti. q2 intraſti
ad eos. ⁊ quia cibis eorum cōuſus
es. Tunc incipiens petrus expo-
ſuit eis p ordinem oſtenſam a deo
ſibi viſionē. ⁊ q̄uo apparuerat an-
gelus cornelio. Et in tota ꝑſecu-
tione nō addidit niſi vnū verbum
quod dictum eſt cornelio. Mitte ⁊
accerſi ſimonem q̄ cognominaꝰ pe
trus vbi addidit. q̄ loqueꝰ tibi vba
in quibꝰ ſaluus eris tu ⁊ vniuerſa
domꝰ tua. Et ex eo quod ſtati ſub-
didit. cecidit ſpiritusſanctꝰ ſup eos
ſicut ⁊ ſup nos ab initio: preſumiꝰ
q̄ ſup cornelium ⁊ familiā ſuā de-
ſcenderit ſpiritusſanctꝰ in linguis
igneis ſicut deſcēderat ſup apoſto
los die pentecoſtes. Et tūc inquit
recordatus ſum verbi domini. qđ
nobis dixit. Joannes quidē bapti B
zauit aqua. vos aūt baptizabimi- Joh. i.
ni ſpūſſancto Uidens hoc impletū
in cornelio ⁊ in familia ſua. Audi-
ta petri excuſatiōe multiplici deſti
terūt ab increpatiōe eiꝰ. ⁊ gratias
egerūt ſaluatori. et ita impleta eſt
ꝓphetia iob. Ab aquilone veniet D
aurū: ⁊ ad deū formidoloſa lauda Job. xxxvij
tio. Id eſt ꝑ cōgelatione infideli-
tatis gētiles cōparabiles aquilo-
ni q̄ in tenebris erant. i. in cecitate
animi pcipiēt lucē fidei ꝑ quarum
illuminatiōe dirigiꝰ ad deū formi
doloſa laudatio. q2 ꝑ inopinata ⁊
repētina gentium cōuerſione fide
les de iudea timentes glorificaue-
runt deum.

¶ De continuatione hiſtorie.
Capitulum. lv.

Tunc redit hi-
ſtoria ad ordinem ſuū
Qđ eni interſertū eſt
de philippo petro ⁊ io
anne ⁊ paulo. poſtq̄ ſupra dictum
eſt. igiꝰ q̄ diſperſi erant pertranſi-
bant euāgelizantes verbū dei. qua
ſi incidens fuit. Proſequiꝰ ergo i
hunc modum. Et illi qui diſperſi
erant a tribulatiōe que inceperat C Act. xi.
a morte ſtephani pambulauerunt
vſq3 ad phenicē prouinciā ſyrie oc
cidētalem ⁊ cyprum. nemini loquē
tes verbū niſi ſolis iudeis. Erant
autē quidā cum eis de cypro ⁊ cy-
rene. Qui cū introiſſent antiochiā
loquebanꝰ ad grecos. annūciātes
dominū ieſum. ⁊ erat manus dñi
cum eis. Et multꝰ numerus credē
tiū ꝯuerſus eſt ad dominū. Sup
hunc locum dicit Beda: quia poſt Beda.
reuelationem ſyndonis cepit eccle

ſta creſcere. Unde cōijcit̄ ꝙ ſpeciē ſyndonis vel lintei vidit petrus in viſiōe: cū alibi dicat̄ vas fuiſſe alibi diſcus. Delatū eſt aūt ad aures eccleſie que erat hieroſolymis de cōuerſione antiochenorum. et volentes plene certificari: miſerunt barnabā in antiochiā. Qui cū veniſſet ꝛ videret gratiā domini: gauiſus eſt et exhortat' eſt omes vt in ꝓpoſito cordis manerēt in domino: qui erat vir bonus plenus ſpirituſſancto ꝛ fide. Et dt ſup hunc lo

Rabanus. cū rabanus barnabam ideo multipliciter cōmendatū ne putetur ꝓ indignatiōe ſua amiſiſſe apoſtolatū. Et erat rabanus in ea opinione ſm quā dicitur. barnabas ille ſuꝑ quē proiecta ē ſors cū matthia. poſtea tamē cū paulo in apoſtolatū electus eſt. Nos aliā ſequimur opinionē. Uidēs aūt barnabas ꝙ nō ſufficeret ad erudiēdā tantam multitudinē: venit tharſū vt quereret ſaulū. ꝛ inuentū perduxit antiochiam: et ꝑ annū conuerſati ſūt ibi. ꝛ docuerūt turbam multā. Et tūc primo ſequaces chriſtiane religionis a chriſto capite denominati ſunt chriſtiani. q̄ prius dicebantur diſcipuli. ꝛ fuit inſtitutio gentiliū ſatis elegās. Uiſum eſt eñ incōgruū ꝛ indecens gentilibus ad fidem cōuerſis. ſequaces chriſtiane religiōis cōmuni nomine cenſeri. Sed potius denominādos eſſe a nomine magiſtri. ſicut in ſectis philoſophorū ſequaces denominabantur a nominib' magiſtrorum.

D Act. xj. vt ab epicuro epicuri. ¶ In his autem diebus ſuperuenerunt prophete a hieroſolymis antiochiā. Et ſurgens ex eis vnus noīe agabus ꝓphetauit per ſpiritū ſanctum famē futuram in vniuerſo orbe terrarum. et maxime in iudea que facta eſt ſub claudio: ſcilicet quarto anno claudij.

¶ De collecta pauperibus facta.
Capitulum. lvj.

TUnc propoſuerūt diſcipuli facere collectam vt daret vnuſquiſqꝫ pro modulo ſue facultat': ꝛ mitterent aliquid pauperib' qui erant in hieruſalē. qui venditis omib' poſuerant precia ad pedes apoſtolorū vt premunirent eos cōtra famem. Et tunc primū facta ē collecta in vſus pauperū q̄ miſſa eſt ꝑ barnabam ꝛ paulū in hieruſalem. D Act. xj.

¶ De morte iacobi minoris.
Capitulum. lvij.

EO tēpore miſit herodes rex manus vt affligeret quoſdā de eccl'ia. Occidit aūt iacobū fratrem ioannis gladio. Ut autem intelligat̄ locus iſte de quo ſcꝫ herode ſit accipienduꝫ. expedit ad tempus ꝑtermittere hiſtoriam actuuꝫ apoſtolorū: ꝛ proſequi hiſtoriam rhomanorꝫ imperatorū. Nō eſt putādum hunc fuiſſe herodem tetrarcham qui cognominatus eſt antipas. ſed herodē agrippam. ille eñ non fuit rex ſed tetrarcha. ille ſcꝫ filius magni herodis: q̄ ꝯſenſit pilato de nece domini: qui remiſit eum ad pilatū indutū veſte alba: qui iam deportatus fuerat in exilium viennā. ꝛ ibi mortuus eſt. Pilat' ergo mortu' iam erat: qui vt a principio huius hiſtorie pretaxatū eſt. anno. xix. imperij tiberij ceſaris erat ꝓcurator iudee vitellio preſide ſyrie. et accuſatus eſt in multis apud tiberiū. Accuſatus eſt a iudeis de violenta innocentū interfectione. Accuſatus eſt etiam ꝙ iudeis reclamantibus ponebat imagines gētiliū in templo. Accuſatus eſt etiā: quia pecuniā repoſitā in corbonā redegerat in vſus ſuos: inde faciens aqueductū in domū ſuā. Et ꝓ his omib' deportatus ē in exilium lugduni vnde ori- A Act. xij.

Ex hiſtorijs ioſephi ꝛ alijs.

undus erat: vt ibi in opprobriū generis ſui moreref. Uide qȝ muſac erat arca in qua reponebanf donaria regum vel pricipum. Corbonā in quo reponebantur donaria ſacerdotū ad reficiēda ſartatecta tēpli Gazophylatiū in quo reponebantur donaria tranſeuntium.

¶ Quis fuerit ſubſtitutus procurator mortuo pylato. Capitulum. lviij.

Incidentia ſūt ꝛ de hiſtorijs ſumpta.

Mortuo pilato ſubſtituit vitellius fratrem ſuū procuratorem iudee. Et volēs placere iudeis ſatiſfecit volūtati eorum in quibuſdaȝ. ſcȝ de amotione caiphe. ꝛ promotione filij anne: qȝ ad petitionē eorū amouit caipham a ſacerdotio: ꝛ ſubſtituit filiuȝ anne qui iam mortuus erat. reddiditqȝ ei ſtolam ſcȝ illam ſollennē ꝛ antiquaȝ quā debebat hre ſacerdos in poteſtate ſua: vt ea vtereſ in feſtiuis diebus. Pilatus ꝟo tranſtulerat eam in domū ſuā. ꝛ cū in feſtiuis dieb9 neceſſaria erat ſacerdoti. nō poterat eam habere niſi ꝑſcto precedente. Tempore tiberij mortuus eſt philippus tetrarcha iturree ꝛ traconitidis regionis. frater herodis tetrarche. mortu9 eſt etiā liſanias tetrarcha abiline. Et ita vacabant due tetrarchie. ꝛ aſpirabat herodes agrippa ad alteram earum.

¶ De ꝓpoſito herodis agrippe. Capitulum. lix.

Incidētia ſūt nō ꝺ textu biblie.

Erat autē herodes agrippa vir magnanimus ꝛ bellicoſus ſed pauperrim9. nepos herodis tetrarche. ꝛ frater vxoris ei9 herodiadis. Fuit enī fili9 ariſtoboli filij magni herodis et ipſa filia eiuſdē. Diſpoſuit ergo venire rhomam: ſi forte poſſet impetrare a tiberio alteram tetrarchiam vacantium. Cumqȝ veniſſet rhomam videns eum tiberius militem ſtrenuiſſimū retinuit eum ſecum. fecitqȝ adherere filio ſuo druſo: cui iam ī vita ſua cōtradiderat impiū. Nec eſt iſte druſus ille q̄ dormit moguntie. Erat autem herodes agrippa vir magne liberalitatis. ꝛ vt ſibi cōciliaret animos romanoruȝ multa expendebat. et multis debitis ſe obligauerat. ꝛ vt tradit ioſephus: non fuit homo in quo mutabilitas fortune adeo poſſet deprehendi. Primo in hoc male ei contigit. qȝ mortuus eſt druſus filius tiberij. de cuius morte adeo inconſolabiliter doluit tiberius: vt omnes a preſentia ſua amoueret qui familiariter adheſerant druſo: ne reducerēt ei ad memoriā mortē eius. Et cōpulſus eſt herodes agrippa redire in iudeam. et deſperans pre nimia paupertate intrauit turrim: vt ibi afficeret ſe fame: ꝛ ita moreref. Qđ ſignificauit vxor ſua ſorori ei9 herodiadi vxori herodis tetrarche. que ſupplicauit viro ſuo vt reuocaret eū a turri: ꝛ daret ei neceſſaria. Et adqeuit ei: ꝛ ſtatuit eū in tiberiade. ꝛ ibi aſſignauit ei domum ꝛ dedit ei neceſſaria vite. Et quadā die cū eſſet herodes tetrarcha in tiberiade. ꝛ epulareſ. fact9 hilarior ſolito. qȝ incaluerat mero. cepit improperare herodi agrippe q̄ epulabatur cū eo beneficia que contulerat ei. ſcilicet ꝙ liberauerat eum a peſte famis. Et doluit inde agrippa vltra modū. ꝛ diſpoſuit iterum redire ad tiberium: ſi forte inueniret animū eius imutatū. Et in reditu eius inuenit eū petronius vel tiberi9. ꝛ honorifice receptus ē ab eo: ꝛ venit cum eo rhomā. Et cum haberet tiberius duos nepotes. alterū de filio druſo. i. tiberiū. ꝛ alterū de fratre germanico. ſcȝ gaium. volebat ſibi ſubſtituere filium filij. quia magis diligebat eum.

Ex ebrietate oīa mala contingunt

¶ De cauſa inuidie tiberij ꝛ herodis agrippe. Capitulum. lx.

Incidētia.

Herodes autē agrippa magis diligebat gaiū. ⁊ familiari⁹ adherebat ei: vnde ſibi ſuſcitauit indignationē tiberij latentem. quā nondū ei indicabat. ſ; latens odium in corde reſeruabat. ¶ Quadā autē die cum ſederet agrippa in curru ſuo cum gaio leuatis manibus in celum dicebat. Utinā viderē mortē importuni ſenis. ⁊ te dominum toti⁹ orbis. qui idone⁹ es imperare vniuerſo orbi. Hoc audiuit quiſpiā. ſcʒ auriga ipſi⁹ agrippe qui poſt aliquot dies cū dāno rerū agrippe aufugiens captus eſt ⁊ vinculat⁹. Et dum traheretur ad carcerē: petijt duci ad imperatorem: dicens: quia in aure loqueretur ei. quod eſſet ad eius vtilitatem. Et pſentatus eſt imperatori: ⁊ dixit ei conſulto. q; ſic optauerat agrippa mortē eius ⁊ dominium gaij. Tiberi⁹ autem nō multum curabat verba vinculatorū. et detruſus eſt ille in carcerē. Et cū ſepe inſtaret agrippa vt iudicaretur ⁊ occideretur. reſpondit tiberius. Frater ſufficit tibi q; vinculat⁹ ē: et ita differebat.

Ioſephus.

Et vt refert ioſephus: In omnibus negocijs ſuis moroſus erat. Unde cum ſtatueret pcuratores in prouincijs vix aut nūquā mutabat eos. Et cū ſepius queſitum eſſet ab eo. quare ſcʒ non mutaret procuratores: reſpondit ſe in hoc parcere plebeculę. Scientes ei procuratores ſe ad modicū habere pcurationem: emungūt vſq; ad ſāguinem. ⁊ tanto dominant grauius quāto breuius. ⁊ qui recentes ſupueniunt diſſipāt quicqd inueniūt. Quod oſtendit eis exemplo cuiuſdam vulnerati: qui cū iaceret i via ⁊ non amoueret multitudinē muſcarum a vulnere ſupueniens alter putauit: q; hoc omitteret ex imbecillitate. ⁊ abegit muſcas q̄ operiebant vuln⁹. Ad quem ille. Male feciſti mihi. q; muſce quas amouiſti iam plene erāt ſanguine: et parci⁹ moleſtabant me. que autē recētes ſuperuenient acrius pungent me. Sic et procuratores vel officiales recenter ſubſtituti acrius deſeuiūt in ſubditos.

Nota d miſeria huius mundi.

¶ In quo herodes offendit tiberium. Capitulum. lxi.

Incidentia ſunt.

Cum quadam die more ſolito incitaret agrippa tiberium vt traheretur auriga eius de carcere. Reſpondit tiberius: idipſum ei non expedire. cum i pſentia ipſius vellet eum vinculatus accuſare. Et cum in nullo ſibi conſcius eſſet agrippa. teſtatus eſt ſe velle vt extraheretur et accuſaret eum. Eductus ille de carcere arguit eum de crimine leſe maieſtatis. quia orauerat mortem imperatoris. Tunc ait tiberius carcerario. Liga hunc. Intellexit carcerarius hoc preceptum eſſe de eo qui eductus fuerat ⁊ ligatum retruſit in carcerem. Quadam autem die cum deambularet tiberius in hippodromo. id eſt. in circo equorum ⁊ teneret agrippam per manū vocato carcerario dixit ei. Liga hūc. Et miratus eſt ille ⁊ vniuerſi q; preciperet agrippam ligari: cum purpurat⁹ incederet. ⁊ quia erat de regio ſemine. Cū autem duceretur agrippa ad carcerem: patiebatur ſitim intollerabilem. quia ſplendide comederat. et forte occurrit ei portitor aque: ⁊ dedit ei bibere. Et poſtquā refocillatus eſt pmiſit ei q; in primo remuneraret eum in regno gaij: cōfidens q; in primo gaius eſſet regnaturus. ⁊ poſitus eſt i carcerem.

Fortune rota hic eſt.

Et dum quadam die in carcere manens ſtaret innixus arbori: cuius frondibus inſidebat bubo. acceſſit ad eum vnus de concaptiuis: et locutus eſt ei. Noli inquit eſtimare q; adulando

loquar tibi: cum ſis concaptiuus meus. Volo enim indicare tibi quod indicauerunt mihi dij. Erat autem peritus in augurijs. Cito inquit liberaberis a carcere. ⁊ intã tum ſublimaberis. vt etiam inuideant tibi omnes amici tui ⁊ noti et in hac proſperitate morieris: relinquẽs bona tua filijs tuis. Quã cito autem huius generis alitem videris amplius ſuper te. ſcito q̃ quinta die morieris.

Mirũ certe

¶ Quomodo liberatus eſt herodes in morte tiberij. Cap. lxij.

Incidentia ſunt ⁊ non de biblia.

Cum autem eſſet herodes in carcere: deferebat ei honorem dominus carceris. ſciens eum eſſe virum nobilem ⁊ familiarem gaij. ⁊ ſuſtinebat tanq̃ ignorans multas commoditates ſibi fieri in carcere ab amicis ſuis. ⁊ fuit in carcere per ſex menſes.

Tiberiꝰ moritur p̃miſſo ſubſtituto gaio filio i regnũ.

Poſtea cum eſſet tiberius apud campas cepit infirmari infirmitate qua poſtea mortuus eſt. Et ſi in chronicis alibi legatur mortuus. non eſt curandum vbi mortuus ſit Videns autem ſe moriturum: conuocatis nobilibus imperij ſui et duobus nepotibus gaio ⁊ tiberio ſtatuit vt in craſtino ſubſtitueret ſibi ſucceſſorem. Sed prius voluit conſulere mentem deorum. ⁊ orauit deos ſuos vt intimarent ei quẽ nepotum ſuorum vellent ei ſubſtitui in imperio. Et ſtatuit apud ſe vt illum qui prius veniret ad eum in craſtino conſtitueret imperatorem. vt ita quaſi per ſortẽ eligeret ⁊ tamen ſignificauit tiberio vt ꝓr veniret. Qui mane noluit venire niſi pranſus. Et cum mitteret tiberius nuncios ad nepotes ſuos nõ inuenerunt niſi gaium. ⁊ Et venit gaius prior ad tiberium. Quem videns tiberius fleuit amare: dolens quia alter non venerat quem volebat ſubſtituere. quia tenerꝰ eum diligebat: ſed diſſimulabat. Et locutus eſt ad eum tiberius. Fili tu ſuccedes mihi in imperio: quod potius debebatur tiberio quaſi iure hereditario: tanq̃ filio filij. ſed ego video te vtilem imperio: ⁊ noui mentes deorum. Caue ergo ne moleſtes eum: ſed ſemper habeas eum tanq̃ fratrem. Satage vt negocia imperij ſapienter diſponas: et exequias funeris mei imperiali honore perficias. Et cõuocatis nobilibus: denunciauit eum imperatorem: ⁊ mortuus eſt. Et ſtatim aliquantulum inſonuit fama in ciuitate romana de morte tiberij. ⁊ venit quidã hebreus amicus herodis agrippe ad carcerẽ. et hebraice dixit ei. Mortuus eſt leo. ¶ Et cepit agrippa mirabiliter gratulari: adeo vt quereret ab eo dominus carceris que eſſet cauſa tante exultationis. Et cõfeſſus eſt. quia ille ſignificauerat ei hebraice mortem tiberij. Et ſtatim dominus carceris liberauit eum: ⁊ ſtatuit ſibi collateralem in menſa. In craſtino inſonuerunt alij rumores. ſcilicet q̃ tiberius cõualuerat. et tertia die rhomam venturꝰ erat. Tunc arguit eum dominus carceris quia deceperat eum: timens ne in caput eius redundaret q̃ liberauit eũ: et mirabiliter verberauit eum. ⁊ retruſit eum in carcerem. Poſtea increbruerunt certi rumores de morte tiberij ⁊ ſubſtitutione gaij. Et venit gaiꝰ rhomã: ⁊ ſepeliuit tiberium honorifice ⁊ ipſa die voluit liberare agrippam: ſed diſſuaſum eſt ei: ne videretur facta tiberij ſubito in irritũ velle reuocare. Poſtea ꝑ aliquot dies liberauit eum ⁊ ſublimauit eum. ⁊ dedit ei duas tetrarchias. ſ. tetrarchiã philippi q̃ erat tetrarcha ituree ⁊ traconitidis regiõis ⁊ tetrarchiã liſanie q̃ erat tetrar

cha abiline. et impoſuit ei diade-
ma. ⁊ ſublimatum in regem remi-
ſit in iudeam. ⁊ inuiderunt ei om̄s
propinqui ei⁹. etiã ſoror ei⁹ hero- Sublimis
dias: q̄ miſerata fuit infelici, modo īuidiā ſem-
inuidit felici. p̄cipue quia habebat per patitur
nomē regis. quia vir ſuus erat ma
ior natu filius magni herodis: et
nūq̄ meruit rex appellari: ſʒ tetrar
cha. Perſuadebat itaq̧ viro ſuo d̄
die in diem vt iret rhomã. ⁊ ſata-
geret omnib⁹ modis vt ſibi compa
raret nomē regis. At ille malebat
eſſe in ocio: quia opulent⁹ erat: vn
de ſepe vxor exaſperata dicebat.
Pereāt opes tue: quia magis dili
gis opes q̄ honores. Tandem vi-
ctus inſtātia vxoris iuit ad gaium
cum magno apparatu: ⁊ ipſa cum
eo. ⁊ inuenerunt gaium baiis. He-
rodes autem agrippa qui preſen-
ſerat ꝙ nō pro bono ſuo iſſent: di-
ſpoſuit ire poſt eos. ſed p̄miſit nū
ctum quēdam familiarem ſuum ⁊
amiciſſimū gaio: per quem dire-
xit epiſtolam gaio in qua cōtineba
tur. quia herodes tetrarcha etiam
viuente tiberio firmauerat amici-
ciam cum rege parthorum: vt eſſet
rebellis romano imperio. et in ar-
gumentum huius rei ſignificauit
ei: q2 i ciuitatib⁹ ſuis habebat arma
que ſufficerent ſeptuaginta mili-
bus armatorum.

¶ Vt gaius mandauit ſtatuam
ſuam erigi in templo. Caplʒ. lxiij.

Incidētia nō d̄ biblia

Cum q̧ veniſſet
herodes tetrarcha et
herodias vxor ſua ad
gaiū: ⁊ ſatis honorifi-
ce accepiſſet eos ſuperuenit nun-
cius herodis agrippe: et porrexit
epiſtolã gaio ex parte herodis a-
grippe. Perlecta epiſtola: gaius
quaſi aliunde recipiens cepit inq̄-
rere de ſtatu herodis tetrarche. et
inter cetera queſiuit ab eo vtrum
in ciuitatibus ſuis tanta copia eſ
ſet armorum quātā ipſe audierat:
⁊ non negauit. Et tunc credēs gai
us verum eſſe quod ſignificauerat
ei herodes agrippa. relegauit euʒ
in exiliū. vxori autem ſue quia erat
ſoror herodis agrippe quem maxi
me diligebat. dedit libertatem re-
deundi vt haberet terram ſuam.
Ipſa autem comitata eſt virum in Ver⁹ a°c⁹
exilium dicens: quia non dimitte- ſp̄ diligit.
ret eum in aduerſis. cui communi
cauerat in proſperis. et deportati
ſunt in exilium lugdunum: vbi po
ſtea miſerabiliter mortui ſunt. Et
dedit gaius galileā quā habuerat
herodes tetrarcha herodi agrip-
pe: ⁊ ita habuit tres tetrarchias.
¶ Fuit autem gaius in initio im- De mortib⁹
perij ſui per bienniū ſatis manſue gay.
tus. poſtea euanuit cor eius in ela-
tionem. ⁊ in tantam prorupit veſa
niam: vt ab vniuerſis hominibus
imperij ſui vellet coli tanq̄ deus:
⁊ dicebat ſe fratrem eſſe iouis. Vn
de etiam filiam vnicam quam ha-
buit ponebat inter genua iouis: vt
ita quaſi cōmunis vtriq̧ videret̄:
poſtq̄ egreſſa fuerat de genibus
iouis. Miſit ergo imaginem ſuã
per vniuerſum imperium ſuum vt
omnes adorarent eum. et ſic fece-
runt omnes exceptis iudeis. Vn-
de cum in alexandria ciuitate orta
eſſet ſeditio inter iudeos ⁊ genti-
les. ⁊ veniſſet vtraq̧ pars ante gai-
um vt diſcuteretur cōntrouerſia.
inter ceteras allegatiōes quas ha-
buerunt gentiles cōtra iudeos ob
iecerunt eis: quia deum ſuum queʒ
communiter omnes gentiles rece-
perant ipſi inhonorabāt. quia ima
ginem gaij nolebant adorare. Et
tunc primo ſciuit gaius. quia iudei
non adorabant imaginem ſuam.
Significauit autem petronio pre-
ſidi ſyrie: vt ſtatuam ſuã poneret
in templo in hieruſalem vt facilius
reciperent eam in circunſtantibus
ciuitatibus. Vt ſi forte iudei recla
marēt: collectis rhomanis legioni
bus intraret iudeam. et nemini

Cōſtātia iudeorum.

pareeret man⁹ eius. Collecto ğ ex
ercitu intrauit petronius iudeā. et
venerūt ad eum iudei de hieruſa-
lem cum amicis herodis agrippe:
qui erāt ꝯcordiales gaio. ⁊ suppli-
cauerūt ei: ne ad hoc eos artaret qꝫ
pꝛius permitterent ſe occidi: ⁊ pa-
rabāt iugulos. ⁊ dicebāt: quia nū
ꝗ amplius colerent terram: vt ſic
inedia affecti morerent̄. Et reſpō-
dit petronius: non de conſilio ſuo
hoc proceſſiſſe: ſed nō audebat reſi
ſtere mādato imperatoris. Vidēs
tū qꝫ grauem iacturam incurreret
gaius ſi amitteret tributa totius
iudee. promiſit quia opponeret ſe
gaio ꝓ eis. ⁊ miſit epiſtolam ſuaꝫ
gaio ꝑ viros honoratos vt deſiſte
ret ab hoc mandato. Qui cum ve-
niſſent ad gaium: non auſi ſunt pre
ſentare ſe ꝯſpectui eius: ſed acceſſe
runt ad herodem agrippam vt ſub
ueniret iudeis: quia vna de tetrar-
chys ſuis. ſcꝫ galilea in iudea erat.

¶ De morte gay imperatoris.

Capitulum. lxiiij.

Proſecu-tio hiſtorie

TUnc herodes i-
uitauit gaiū i craſtino
vt comederet cum eo.
Et cum in craſtino eſ-
ſet in cōuiuio: ammiratus eſt deli-
tias conuiuij. Et cepit memorari
gaius quanta fuerat paſſus ꝓ eo
herodes. ſcꝫ vincula tiberij: ⁊ alia
multa. ⁊ ꝓcepit ei vt peteret quic-
quid vellet. At ille reſpōdit ei ſuf-
ficere ſibi gratiā ſuaꝫ. Et cum ille
iſtaret vt aliquid peteret. petijt ne
poneret ſtatuā ſuam in templo in
hieruſalem. Et iratus eſt gaius:
tamen conſiderauit animoſitatem
agrippe. qꝫ noluerat petere opes
vel honores: adqꝫeuit ei. ⁊ ſcṗſit pe
tronio in hunc modū. Si nonduꝫ
poſita eſt ſtatua in templo: nō eſt
neceſſe vt ponat̄. Et ſic nō eſt poſi

Dolus gay

ta eius ſtatua in tēplo. ¶ Poſtea
reſipiſcens gaius reſcripſit petro-
nio in hunc modū. Quia ꝯtempſi-
ſti mandatum imperatoris: et po-
tius dilexiſti munera iudeorum.
elige tibi genus mortis qđ vis vt
diſcant om̄es non eſſe tutū obuia-
re mandato imperatoris. Sed deo
procurante ita factum eſt vt prius
audiret famā mortis eius ꝗ vide-
ret nūcios huius legationis. Cuꝫ

Mors gay

enim eſſet rhome ⁊ rediret a ludis
circenſib⁹. cōſilio ſenatorum inter-
fectus eſt a duob⁹. ⁊ orta eſt in ci-
uitate diſſenſio inter curiam ⁊ mi-
lites ⁊ populū. Curia dicebant ſe
natores ⁊ viri cōſulares. id eſt. qui
de genere cōſulum: vel digni vt fie
rent cōſules. Quia ğ viderāt ſena
tores ſeuiciā imꝑatoris ⁊ incōmo-
da q̄ inde cōtigerāt reipublice: vo
luerūt penit⁹ extirpare imperium
imperatoris ab vrbe: ⁊ voluerunt
eam redigere ad antiquū ſtatum: i
quo erat ante iuliū ceſarem vt eſſet
regimen ciuitatis ni arbitrio cōſu
lum ⁊ ſenatorum. E contra milites
⁊ populus timētes auariciam ſena
torū: ⁊ amantes donatiua impera-
torum: cōſtituerunt imperatorem
claudium auunculum gay virum
manſuetum ⁊ pium.

¶ De eodem. Capitulum. lxv.

TUnc venit he-
rodes agrippa ad ſena
tores ducens ſecum de
nobiliorib⁹ q̄ erāt in cu
ria: ſimulās ſe fauere pti coꝝ: cum
haberet eos exoſos ꝓpter mortem
gaij. Conſuluit ergo eis vt ſignifi
carēt claudio ne moueret ſciſma in
ciuitate: ſed deſiſteret ab hoc ince-
pto. Et ſenatores rogauerūt hero
dē vt pergeret cum eis ad claudiū.
Et ꝓfeſſ⁹ eſt ſe libēter fungi hac
legatiōe. Et miſſus eſt ad claudiū

Nō dolum herodis a-grippe ſed bonum.

cum alijs. Et eis audientib⁹ dixit
ei quod dixerat coram ſenatorib⁹:
qꝫ vellet claudius deſiſtere ab in-
cepto. In aure autē dixit claudio
vt non deſiſteret ab incepto. quia
ipſe ſatageret vt maior pars nobi-

lium faueret parti eius. Et renunciauit ſenatoribus q̄ nollet claudius deſiſtere ab incepto: et cepit eis perſuadere ne cōtrairent. quia nō poſſent impedire. Et allexit quoſdam: et tandē oīnes: et ita ſine contradictione factus eſt claudius imperator. Et ad perſuaſionem herodis agrippe oīnes occiſi ſunt qui conſenſerant in mortem gaij. Et petijt ab eo herodes agrippa: vt decretum gaij de ſtatua ſua adorāda reuocaret i irritum: quia impiū erat. Et adquieuit ei et precepit ei vt epiſtole reuocationis per ſingulas ciuitates iudee ponerentur in loco eminenti vt viderent̄ ab oibꝰ.

¶ Quomodo occiſo iacobo voluit apprehendere petrum.
Capitulum.lxvj.

Poſtea voluit herodes accipē licentiam a claudio et redire ad ꝑpria. et tunc claudius dedit ei quartā tetrarchiā. ſcilicet iudeam. et ita ſublimatus redijt ad propria. Et venit primo in iudeā: et honorifice ſuſceptus ē a iudeis: quia i multis tuuerat eos. Et cū ꝓpe eſſent dies azymorū venit in hieruſalem ante diem feſtū vt purificaret̄ et mundus intereſſet dici feſto. Et ante dies azymorū
A Act.xij. occidit iacobum fratrem ioannis. poſtea in diebus azymorum vidēs quia placeret iudeis appoſuit vt
Nota d̄ iacobo maiore. apprehenderet et petrum. ¶ De iacobo autem refert clemēs alexandrinus: quia cum detruſus eſſet in carcerem: nocte cōuertit ad fidem cuſtodem ſuum: et in craſtino confeſſus eſt ſe eſſe chriſtianū. Et cū ambo traherent̄ ad martyriū: dixit iacobo. Pater da michi remiſſionem. At ille parū deliberās ait. Pax tibi. Et oſculatus eſt eum: et ſimul ambo capite truncati ſunt. Petrum autem apprehenſum miſit herodes i carcerē. q: in diebus azymorū non licebat aliquē occidere: et ꝓter cuſtodes carceris tradidit eum cuſtodiendū quattuor quaternionibus militum. volens poſt paſca ꝓducere eum populo: vt ipſe populus occideret eū: non ipſe herodes vt iacobū. quia magis videbatur eis glorioſum ſi ipſi occiderent eum: quia erat princeps apoſtolorum.

¶ Quomodo liberatus eſt petrꝰ de manu herodis. Capitulū.lxvij.

Cum autem in craſtino ꝓducturꝰ eū eſſet herodes populo. ipſa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus que adhuc rhome eſſe dicunt̄ et cuſtodes iacē- A.B. Act.xij.
tes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce angelus domini aſtitit: et lumen refulſit in habitaculo carceris. et miraculoſe factum eſt vt ſolus petrus videret lumē. percuſſoq; latere petri excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ſtatim ceciderunt catene due de manibꝰ eius: que adhuc rhome eſſe perhibentur. Et dixit angelus ad eum. Precingere et calcia te caligis tuis. Depoſuerat enim cingulum propter moleſtiam carceris: vt tunica circa pedes demiſſa temperaret frigus noctis. In quo datum eſt exemplum ſanctis viris: q̄ in anguſtijs licet aliquid relaxare de rigore ordinis. ¶ Legimus enim apoſtolos et prophetas duris cingulis vſos propter afflictionem carnis: et petrum ad tempus depoſuiſſe cingulū pro moleſtia carceris. Et fecit petrus iuxta mandatum angeli: et addidit angelus. Circunda tibi veſtimentum tuum et ſequere me. Et exiens ſequebatur eum. et neſciebat. quia verum eſt quod fiebat per angelum. id eſt. non putabat hoc in

rei veritate fieri: ſed imaginaria viſione oſtendi. Unde ſequit. Exiſtimabat ſe viſū videre: ⁊ hoc ſibi oſtēſum imaginaria viſione. Trāſeuntes autem primā cuſtodiam. id eſt cuſtodes carceris cuſtodie deputatos. ⁊ ſecundā. id eſt duos quaterniones. Uel primā cuſtodiam. id eſt primū quaternionē cum ſuis: venerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem: que putat fuiſſe in atrio carceris. Carcer eni habebat atrium: ⁊ erat i exteriori parte ciuitatis ſiue extra ciuitatē. ⁊ vltro apta eſt eis. Et exeūtes pceſſerunt in vicum vnum. ⁊ continuo diſceſſit angelus ab eo vt ſciret ſe in rei veritate de carcere eductum: qui putabat ſibi hoc imaginarie oſtenſum. Et tūc ad ſe reuerſus. id eſt ad mētem ſuam: qꝛ fuerat in maximo ſtupore: dixit. Nūc ſcio vere quia miſit dominus angelum ſuum: ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de omni expectatione plebis iudeorum. Et conſiderans vbi eſſet venit ad domū marie matris ioannis: qui cognominabat marcus non euangeliſta: vbi erāt multi congregati cauſa orationis vt orarent pro petro. Et cum pulſaret petrus ad ianuam: egreſſa eſt puella ad videndum nomine rode Et vt cognouit vocem petri pre gaudio non aperuit ianuā: ſed recurrens nunciauit petrū ſtare ad ianuam. Et dixerunt illam inſanire ſcientes petrum incarceratum eſſe. Illa autem affirmabat rem ſe ſic habere. Alij autem ex eis dicebāt. angelus petri eſt. Super quē locum dicit hieronymus Tantā dignitatem eſſe animarū: vt vnaqueqꝫ ab ortu natiuitatis ſue habeat angelum ſibi in cuſtodiam deputatum. Petrus autem perſeueranter pulſabat. Et cum aperuiſſent: viderunt eum ⁊ obſtupuerūt Et innuit eis manu vt tacerent: vt ſub ſilentio miraculum viderēt vel audirent. Uel forte ideo: ne clamore gaudentium aduentus eius in ciuitate ꝓpalaretur. Et narrauit quomodo eduxit eū dominus de carcere: ⁊ ait. Nunciate hoc iacobo ⁊ fratribus. ſcꝫ iacobo alphei epiſcopo hieroſolymorū. qꝛ alter iam fuerat decollatus ab herode. Et egreſſus eadē illa nocte abijt in alium locum timore herodis et iudeorum.

¶ De morte herodis. Cap. lxvij.

C Act. xij.

Craſtina autē die poſt eductionem petri de carcere: erat non parua ꝑturbatio inter milites ⁊ cuſtodes quidnam eſſet factum de petro. Unde apparet: quia clauſum reliquerat carcerem. alioquin non eſſet ambiguū eum euaſiſſe. Herodes autem cū ~~reliquiſſet~~ eum ⁊ non inueniſſet: (requiſiſſet) diligenter inquirens de cuſtodibꝰ vtrum noſſent quidnā factum eēt de eo: iuſſit eos adduci ad ſe vt vindicaret in eos. non tamen vindicauit domino procurante: vt ſolutio petri nulli noceret. Imminente enim negocio: herodes deſcendit a iudea in ceſaream paleſtine ne ꝓpinquā tyro ⁊ ſidoni: vt noceret tyrijs ⁊ ſidonijs quibus iratus erat. Quod audiētes tyrij ⁊ ſydonij: venerunt ad blaſtum qui erat cubicularius herodis ⁊ cuſtos theſaurorū eius. quia erat amicus eorum ⁊ patronus. et eo interprete reconciliati ſunt herodi. Non eni poterant ſuſtinere inimicicias regis tam vicini. Sequenti autē die herodes veſtitus veſte regali ſedebat pro tribunali apud eos: ⁊ concionabatur ad eos blandiens eis. Populus autem acclamabat dei voces ⁊ non hominis. id eſt exhibebant ei laudes deo debitas ⁊ nō homini. Et dum adulatorijs fauoribꝰ demulceretur. ⁊ oblatos ſibi diuinos honores non reſpueret:

Herodes Agrippa moritur.

reſpiciens ſupra ſe vidit imminen
tem ⁊ inſiſtentem capiti ſuo in fu/
niculo angelum.i.bubonem mor=
tem eius prime nuncium. ⁊ tunc
vt tradit ioſephus inclinauit ſe ad
eos qui ſibi applaudebant:⁊ dixit
eis. En ego deus veſter morior.
Sciebat enim iuxta quod dixerat
ei augur:cum traheretur ad carce
rem:ſe infra quinqꝫ dies poſt viſio
nem bubonis moriturum. Et con=
D Act.xij. feſtim[vt habetur in hiſtoria]per/
cuſſit eum angelus dñi.i.facta eſt
ſuper eum vindicta dei: quia per
quinqꝫ dies ventris dolore crucia
tus eſt.⁊ corrodebãt vermes viſce
ra eius:⁊ ita paulatim conſumpt⁹
a vermibus expirauit.

¶ De agrippa. Cap.lxix.

Incidens. Reliquit autẽ filiũ qui dict⁹ ẽ agrip
pa non cognominat⁹
herodes:q adhuc rho
me erat:nec habuit totum regnũ
patris ſed partem. Habuit autem
terram duarum tribuũ ⁊ dimidie
vltra iordanem. Unde legitur qꝫ
fideles in iudea imminẽte euerſio
ne hieruſalem ad ammonitionem
angeli receſſerunt i regnum agrip
pe iſtius.ſcꝫ filij herodis agrippe

¶ Reditus hiſtorie ad ordinem ſuum. Cap.lxx.

Et nunc redit
D Supra.xj. hiſtoria ad ordinẽ ſu=
um.⁊ ꝯtinuatur ei qđ
ſupra dictum eſt.colle
ctam factam a fidelibus antiochie
miſſam pauperib⁹ in hieruſalẽ per
barnabã ⁊ ſaulũ. Qđ enim inter=
ſertum eſt de herode.de morte ia=
cobi.de incarceratione ⁊ liberatio
ne petri.quaſi incidẽs fuit. Proſe
quitur ergo de reditu barnabe et
D Act.xij. ſauli a hieroſolymis hiſtoria i hũc
modum. Verbum dñi creſcebat ⁊
multiplicabatur. Barnabas autẽ
⁊ ſaulus reuerſi ſunt ab hieroſoly
mis aſſumpto ſecum ioanne q̃ co=
gnominabatur marcus poſt exple
tum miniſterium. ¶ Erant autẽ A Act.xiij.
in eccleſia q̃ erat antiochie preter
eos qui venerant ab hieroſolymis
pphete ⁊ doctores.iter quos erat
ſimon qui vocabatur niger.⁊ luci⁹
cirenẽſis.⁊ manahen q̃ erat hero=
dis tetrarche collactaneus. id eſt
eodem cum illo lacte nutritus. Et
poſſunt ydem accipi pphete et do
ctores. Vel poteſt ita diſtingui.
Prophete de futuris.⁊ doctores
de pteritis. Et vide qꝫ iſte ſimõ di
ctus eſt de colore niger ſi ſit latinũ
vocabulum. vel ſi eſt hebreum di=
ctus eſt niger:quaſi aſcendens de
virtute ad virtutem. Niger ẽ he=
breum:⁊ interpretatur aſcendens
Miniſtrantibus autem illis dño
⁊ ieiunantibus: dixit eis ſpũſſan=
ctus. Segregate mihi barnabam
⁊ paulum in opus ad quod aſſum
pſi eos. Qui audito conſilio ſpiri
tuſſancti remiſerunt ſaulum ⁊ bar
nabã in hieruſalẽ ad petrum ⁊ ia/
cobum ⁊ ioannẽ qui erãt ibi. Qui
gauiſi ſunt audito mandato dñi vl
ſpirituſſancti.⁊ ieiunantes ⁊ oran
tes impoſuerunt eis manus i mo=
dum ordinandorum. Utrum autem
pter impoſitionem manuũ aliã or
dinis ſolẽnitatẽ circa eos celebrã=
uerunt incertum eſt. Nec de ordi=
natione apoſtolorum aliquid legit᷑.
vel qꝫ dominus eis impoſuerit ma
nus. De petro tamen certũ habe
turqꝫ antiochie miſſam celebraue
rit. Sed potuit apoſtolis p ordi=
natione ſufficere: qđ dictum eſt eis
a dño. Hoc facite in meam cõme=
morationem. Et licet nõ interfue
rit barnabas ⁊ paulus. tamen qꝫ
poſtea electi ſunt ad apoſtolatum
cõſilio ſpirituſſancti: forſan in hoc
cum alijs fuerunt pulegiati: nec
alia ſolennitas ordinationis circa
eos celebrata eſt. Multi in primi=
tiua eccleſia ſine hac ſolẽnitate or
dinationis ad ſacerdotium pmo=

ti ſunt. ⁊ multi laici ſine diaconio ⁊ ꝓcedentibus ordinibus ſacerdotes facti ſunt. Et imponentes eis manus dimiſerunt eos. Et ipſi quidem miſſi a ſpirituſancto eodẽ duce itineris q̄ ſeparauerat eos a ceteris: abierũt ſeleuciam. ⁊ inde nauigauerunt cyprum. Et cũ veniſſent ſalaminam predicabãt verbũ dei in ſynagogis iudeorum. propter reuerentiam ſiue duriciam eorum. ⁊ habebant ſecum in miniſterio predicationis ioannem qui cognominabatur marcus.

¶ Qz paulus ⁊ barnabas cõuerterunt Sergium proconſulem.

Capitulum. lxxi.

A Act. xiij.

ET cũ perambulaſſent vniuerſã inſulã cyprum ſcz vſqz paphũ: inuenerunt quendam virum magũ pſeudo ꝓphetã iudeum: cui nomen erat barien. q̄ erat cum ſergio paulo viro prudẽte qui erat homo magne dignitatis. Erat enim ꝓconſul. id eſt ſecũdus a conſule. Hic accerſitis barnaba ⁊ paulo deſiderabat audire verbum dei: tamẽ reſiſtebat eis elimas magus. Et vide quia alterũ eſt interpretatio alterius. Elimas eñ interpretatur magus. ⁊ ſic nomen cõmune maleficorum appropriatum eſt iſti. Saulus autem q̄ ⁊ paulus repletus ſpirituſancto intuens eum dixit. O plene omni dolo ⁊ omni fallacia. fili diaboli. inimice omnis iuſticie. nõ deſinis ſubuertere vias domini rectas.

Nota ¶ Nota q̄ dictum eſt ſaulus qui ⁊ paulus. Tradunt enim ſancti q̄ a ſergio paulo ad fidem conuerſo: dictus eſt paul9. Unde hic primo fit mentio de nomine paulus: ſol9

Origenes Origenes dicit. quia ſemper fuerit binomius dictus. ſcilicet ſaul9 ⁊ paulus. Uel in apoſtolatus acceptione primo ſortitus eſt hoc nomen, vt qui primo a ſaule perſecutore dicebatur ſaulus. de ſuperbo factus humilis. pro ſaulo dict9 eſt paulus. quaſi modicus ⁊ humilis Unde quaſi nomen ſuum interpretando: dicit ſe minimũ apoſtolorũ Uidetur autem. xiij. anno a paſſione domini promotus ad apoſtolatum cum barnaba. ⁊ ſortitus pauli vocabulum. ⁊. xiiij. profectus eſt ad magiſterium gentium. Cui ſatis eccleſiaſtica hiſtoria cõcordat. vbi legitur preceptum apoſtolis eſſe: vt poſt paſſionem per duodecim annos predicarent in iudea. Tertio autem decimo anno ceperunt paulatim tranſire ad gẽtes. nondum tamen ex toto. poſtea omnino exierunt de finibus iudee: et nunc inquit. Ecce manus domini ſuper te. id eſt vindicta dei exercebitur in te. Eris enim cecus lumine capitis: ſicut cecus es lumine mentis. non videns ad tẽpus ſolem materialem. quia nõ vides ſolem iuſticie per fidem. Et confeſtim cecidit in eum caligo et tenebre. ⁊ cecutiens id eſt in modũ ceci in circumitu ſe vertens querebat qui manum ei daret vt duceret eum. Et ſtatim proconſul viſo miraculo credidit ammirans ſuper doctrina domini.

¶ De diſceſſu ioannis ab eis.

Capitulum. lxxij.

B C Act. xiij.

CUm aũt a papho nauigaſſet paul9 ⁊ barnabas cum eo venerunt pergen ciuitatem pamphilie. ⁊ tunc ioannes diſcedens ab eis: reuerſus eſt hieroſolymã vnde venerat cum eis. Et forte reprehẽſibilis fuit cauſa quare diſceſſit ab eis. ⁊ hec fuit cauſa diſcidij inter paulũ ⁊ barnabã: de qua habebis inferius. Paul9 ꝓ ⁊ barnabas venerunt antiochiam piſidie: quod additũ eſt ad differẽtiã alterius antiochie. que dicitur antiochia ſyrie. que olim dicebat

reblata:quā nos adhuc vocamus
antiochiam. Et ingreſſi ſynago-
gam die ſabbati ſederunt quaſi au
dituri legē:nō predicaturi. Poſt
lectionem autem legis ⁊ ꝓpheta-
rum dixerunt ad eos principes ſy
nagoge. Uiri fratres:ſiquis eſt in
vobis ſermo exhortationis dicite.

¶ De predicatione pauli ⁊ barna
be in ſynagoga.

Capitulum.lxxiij.

C Act.xiij. SUrgens autez
paulus ⁊ manu ſilenti-
um indicens aggreſſus
eſt facere grandem ſer
monem inchoans ab altiori. Uiri
inquit iſraelite ⁊ qui timetis deuz
de gentibus audite. Deus plebis
iſrael patres noſtros elegit ⁊ exal
tauit plebem cum eſſent incole in
egypto. ſeruientes in luto ⁊ latere
de qua eduxit eos in manu forti.
Et quadraginta annis ſuſtinuit
mores eorum in deſerto. poſtea in
troducens eos in terram ꝓmiſſaȝ
deſtruens ſeptem gentes que ha-
bitabant in terra: ſorte diſtribuit
eis terram. quaſi poſt quadringen
tos quinquaginta annos. Et itel-
ligendū eſt a natiuitate iſaac vſqȝ
ad exitum iſrael de egypto fluxe-
runt anni quadringenti quinqȝ.
Poſtea completis.xl.annis in de
ſerto vſqȝ in terram chanaam diui
ſa ē terra. A natiuitate ergo iſaac
vſqȝ ad diuiſionem terre fluxerunt
quadrigenti.l.anni. Et poſt qua-
dringentos.l.annos dedit domi-
nus iudices populo ſuo. ⁊ extunc
fuit populus dei ſub iudicib⁹ vſqȝ
ad tēp⁹ ſamuelis. ⁊ exinde poſtu-
A lauerunt regem. ⁊ dedit eis ſaul. q̄
j. Re. viij. regnauit ſuper eos. xl.annis com
putatis ſimul ānis ſamuelis. Sic
enim habetur in chronicis hebreo
rum. Et eo ſublato de medio. ſu-
ſcitauit eis dauid regem. cui teſti-
monium perhibens ait. Inueni vi
rum ſcḋm cor meuȝ. ex cuius ſemine
ſuſcitauit deus ieſum ſaluatorem
iſrael:cui⁹ aduēt⁹ fuit p̄co ioānes.

¶ Adhuc de eodem. Cap.lxxiiij.

VIri inq̄t frēs D
filij generis abraam: Act.xiiij.
⁊ qui inter vos de gē
tibus ſunt timētes de
um. vobis ſpecialiter verbum ſalu
tis huius miſſum eſt. Qui eñ ha
bitant in hieruſalem ⁊ principes
eius hunc ignorantes eſſe ieſum.
ignorātes etiam voces ꝓphetarū
que per omne ſabbatuȝ leguntur.
adiudicantes eum morti: eas im
pleuerunt neſcientes. Deus vero ſuſ
ſcitauit eum tertia die a mortuis.
⁊ viſus eſt per.xl.dies his q̄ ſimul
aſcenderunt cum eo de galilea in
hieruſalem:qui vſqȝ nunc ſunt te-
ſtes eius ad plebem. Et nos vobis
annūciam⁹ eam que ad patres no
ſtros repromiſſio facta eſt. quoniā
hāc deus adimpleuit filijs veſtris
reſuſcitans ieſum. Notū igitur ſit
vobis viri fratres: quia per hunc
vobis remiſſio peccatorum annun
ciatur. ab omnibus. ſcilicet pecca-
tis a quibus non potuiſtis in lege
moyſi iuſtificari. Qui credit i hūc B
iuſtificatur. Uidete ergo ne ſitis Abba.j.
contemptores ne veniat ſup vos
vindicta dei:que comminatur cō-
tēporib⁹ in hūc modū. Uidete cō
temptores ⁊ admiramini. ⁊ diſper
dimini. id eſt videntes admirabi-
mini ⁊ diſperdimini. q2 opus ope
ror in diebus veſtris. quod nō cre
ditis. id eſt quia non creditis ope
ri quod operabor in dieb⁹ veſtris.
id eſt incarnationi.

¶ Quare tranſierunt ad gentes.

Capitulum.lxxv.

EXeuntibus au
tem illis rogabant. vt F Act.xiij.
ſequenti ſabbato loq̄-
retur adhuc in ſynagoga. Et cuȝ
egrederenť de ſynagoga multi iu
deoꝝ ⁊ aduenarū.i.gentiliū vľ iu-

deorum diſperſiõe venientiũ ſecu-
ti ſunt paulum et barnabam. Se-
quenti vero ſabbato pene vniuer-
ſa ciuitas cõuenit vt audiret ver-
bum dei. Quod videntes iudei re
pleti ſunt zelo inuidie. quo commo
ti ceperunt cõtradicere his que di
cebant a paulo blaſphemantes.
Blaſphemus enim eſt qui ex inui
dia obloquitur veritati. Tunc re-
pleti zelo dei paulus et barnabas
conſtanter dixerunt. Vobis opor-
tebat primum loqui verbum dei.
iuxta verbum domini. dicentis.
Non ſum miſſus niſi ad oues que
perierunt domus iſrael. Sed quia
repellitis illud ⁊ indignos vos fa-
citis. ecce conuertimur ad gentes.
Nota. ¶ Et nota. cũ hoc legatur hic di
ctum a paulo et barnaba in antio-
chia piſidie que non in iudea eſt
ſed in grecia. in pleriſq; locis legi-
tur dictum ab apoſtolis in iudea
ſcilicet cum vellent tranſire ad gen
tes poſtq̃ per. xij. annos predica-
tum eſt in iudea. Ecce nõ moueat
te. quia potuit vtrobiq; dici. Sic
enim precepit nobis deus. poſui te
in lucem gentium vt ſis eis in ſalu
B Eſa. xlix. tem vſq; ad extremũ terre. Et ſũt
in eſaia verba patris ad filium.
Ac ſi diceret pater filio. Miſi te vt
poſt tenebras infidelitatis vſq; ad
terminos terre gentibus diſſemi-
nares lucem veritatis. Sed cum
ſpecialiter dictum ſit chriſto. non
eſt contrarium q̃ hic legitur dictũ
paulo. quia tanto eſt vnio capitis
⁊ membrorum vt quod dictum eſt
capiti membra dictum reputent ſi
bi. ſicut caput chriſtus perſecutio
nem membrorum reputat inflictã
ſibi dicens. Saule ſaule quid me
perſequeris. id eſt. in mẽbris meis.

¶ De recepta predicatione a gen-
tibus. Caplm. lxxvj.

G Act. xiiij. Audientes au-
tem gentes mentionẽ
d̃ ſalute ſua gauiſe ſũt.
et glorificabant deum. ⁊ credide-
runt ex eis multi. Iudei tamen ze
lo ⁊ liuore inuidie ſuccenſi concita
bant mulieres religioſas ⁊ prima-
rios ciuitatis. ⁊ excitabant perſe-
cutionem in paulum ⁊ barnabam.
⁊ eiecerũt eos de finibus ſuis. At C
illi excuſſo puluere pedum. iuxta Math. x.
quod preceperat dominus in teſti B
monium illis: venerunt iconium. Mar. vj.
¶ Et ingreſſi ciuitatem locuti ſũt A
i ſynagoga. ⁊ credidit copioſa mul Luce. ix.
titudo iudeorum et grecorum. Et A
demorati ſunt ibi multo tempore Act. xiiij.
fiducialiter predicantes. domino
predicationem eorũ miraculis cõ
firmante. Nonnulli tamen de iu-
deis in incredulitate pertinaces ſu
ſcitauerunt ⁊ ad iracundiam conci
tauerunt animos gentium aduer-
ſus credentes. Et diuiſa eſt ciui-
tas. quibuſdam fauentibus iudeis
alijs fauentibus apoſtolis. Et cũ
factus eſſet impetus gentilium et
iudeorum cum principibus ſuis vt
contumelijs afficerent apoſtolos.
⁊ lapidarent. id eſt lapidibus fuga
rent eos. confugerunt ad ciuitatẽ
licaonie. ſcilicet liſtram et derben.
Et cum hic dictum ſit venerunt li-
ſtram. iuxta conſequentiam ſermo
nis: in ſequenti vbi dicitur. Erat
quidam infirmus liſtris. potius di
cendum fuit liſtre. Sed poteſt no-
men ciuitatis multiplicem habere
declinationem. vt dicatur liſtra li-
ſtre. vel liſtre liſtrarum. vel liſtris i
declinabile. Unde ſeq̃tur. Et erat
quidam vir liſtris. quod greco con Claud⁹ ſa-
ſonat vbi habetur. paulus ⁊ barna natur per
bas morabantur in liſtris. Erat paulum.
autem vir iſte infirmus pedibus:
claudus ex vtero matris ſue: ⁊ ſe-
debat. quia nec ambulare nec ſtare
poterat. nec vnq̃ ambulauerat.
Hic audiuit paulum loquentem.
Quem intuitus paulus et videns
ſpiritu ſancto reuelante: quia habe
ret fidem vt ſaluus fieret. ſcilicet
tantam que ad ſalutem ſufficeret.

Uel videns quia ſe ſaluandum cre/
deret: dixit magna voce. In noīe
domini noſtri ieſu chriſti ſurge: et
ſta ſuper pedes tuos rect⁹. Et ſta
tim exilijt ⁊ ambulabat. Turbe aūt
cū viderent qd fecerat paulus: pu
tabant ipm̄ ⁊ sociū ſuū barnabam
deos eſſe. ⁊ in forma humana eis
apparuiſſe. ⁊ leuauerunt vocē di-
centes. Dij ſimiles facti hominib⁹
deſcenderunt ad nos. ⁊ vocabant
barnabam iouē. q̄r prior eſſe vide/
batur. paulum vero mercurium q̄
ſemper iuxta eorū opinionē iouē
comitabatur: q̄ eloquens ⁊ littera
tus fuiſſe traditur. ⁊ facundiā ho
minibus preſtare videbatur. Uñ
mercurius quaſi medius currens
inter aures ⁊ linguas a latinis di
citur. a grecis vero hermes. i. inter
pres dicitur. Sacerdos quoqꝫ io-
uis qui erat in ciuitate voluit ſacri
ficare barnabe ⁊ ioui. afferens tau
ros ad immolandum ⁊ coronas.
Uel ad ornādam faciem tēpli iux
ta ritum gentilium. vel vt capitib⁹
eorum imponerent ad ornatū. aut
pro aliqua alia cauſa vel religiōe
nobis ignota. Ut autem audierūt
paulus ⁊ barnabas. q̄ diuinos ho
nores vellent eis exhibere. ſciderūt
veſtimenta ſua quod ſemper facie
bant iudei audita blaſphemia in
deum. ⁊ prohibuerūt ſibi talia ex-
hiberi. dicentes ſe eſſe hoīes mor-
tales. qui potius venerant vt eos
reuocarent ab idolatria. ⁊ vix ſeda
uerunt turbas ne ſibi imolarent.

Paulus et barnabas eſtimāt dij.

¶ De perſecutione quā paſſi ſūt.
Capitulum. lxxvij.

D Act. xiiij.

DEmorātibus autem eis ⁊ docentib⁹
in liſtra ſuperuenerunt
ab iconio ⁊ antiochia
iudei. ⁊ concitatis turbis in pſecu
tionē pauli lapidabant eū. ⁊ eie/
cerunt eum quaſi vile cadauer. eſti
mantes eum eſſe mortuū. De qua
lapidatione ad corinthios loq̄ns
ait. Semel lapidatus ſum. poſtea
diſcipuli eius circundederunt illū
aſſiſtentes ei. ⁊ reſpirauit. ⁊ neſciē
tibus iudeis reportauerunt eū in
ciuitatem ⁊ conualuit. Et poſtera
die profectus eſt cum barnaba in
derben. ⁊ p̄dicauit ibi ſicut fecerat
in liſtra. Poſtea redierunt p eaſ-
dem ciuitates per quas illo vene-
rant confirmantes fratres in fide.
⁊ conſtituentes in magnis ciuita-
tibus preſbyteros. id eſt. epiſco-
pos. q̄r eo tempore eodem nomine
cenſebantur epiſcopi ⁊ p̄ſbyteri.
Et proinde conſtituebant pro ſe
ep̄os. q̄r erant migraturi ⁊ incerti
vtrum ad eos eſſent ampli⁹ reuer
ſuri. Et cum redeuntes tranſirent
liſtram ⁊ iconium. venerunt ad an
tiochiam pſidie. Et tranſeuntes
pſidiam venerunt in pamphiliam
regionem in qua eſt ciuitas pgen.
in qua locuti verbum dei deſcēde
runt in italiam ciuitatem. et inde
nauigauerunt antiochiā vnde pri
us exierant: ſegregati a ſpiritu ſā-
cto ad p̄dicationē euangelij.

F ij. corin. xi.

¶ De queſtione circunciſionis
determinata. Cap. lxxviij.

G Act. xiiij.

CUmqꝫ veniſſēt antiochiam ⁊ congre-
gaſſēt fideles ātioche
nos reuelauerunt eis
quanta fecerat deus per eos i gen
tibus. ⁊ morati ſunt ibi non modi
co tēpore cū diſcipulis. ¶ Et dū
ibi moram facerent deſcenderunt
quidam de iudea chriſtiani adhuc
tamen iudeizantes. ⁊ fuerunt de
ſecta phariſeorum. Facta eſt ergo
nō minima ſeditio inter eos ⁊ pau
lum ⁊ barnabā. quia predicabant
fidem abſqꝫ legalibus ad ſalutem
non ſufficere. Et conſentiebāt eis
multi veteri conſuetudine imbuti.
Et ſtatuerunt vt pro hac lite viri
menda aſcenderent in hieruſalem
ad maiores apoſtolos. ſcilicet ad
petrum ⁊ iacobum epiſcopū hie-

A Act. xv.

A Gala.v. roſolymorum. Et aſcendit paul⁹ cū barnaba aſſumpto ꝛ tito. ſicut ipſe refert in epiſtola ad galathas. Et qui deſcenderant de iudea. aſcenderunt contra eos quidam ſcꝫ de hereſi phariſeorum ad fidē conuerſi. Qui cum veniſſent hieroſolymā ꝛ eſſent in preſentia apoſtolorum petri ꝛ iacobi ꝛ ſeniorum: ſurrexerunt contra paulum ꝛ barnabam dicentes. Oportet circūcidi fideles: ꝛ ſeruare legem moyſi. Et audita vtriuſqꝫ partis ſētētia cōuenerunt apoſtoli ꝛ ſeniores vt dyiudicarēt ſuper hoc. et poſt multam diſceptationem ꝛ inquiſitionem factā inter apoſtolos ꝛ ſeniores ſurgens petrus rationabiliter oſtendit non eſſe imponendum fidelibus iugum legis. quia ipſe cōſilio dei baptizauerat cornelium. ꝛ gentibus predicauerat verbum euangelij. ꝛ deus predicationem eius confirmauerat fide mūdans corda eorum. ꝛ anteqꝫ baptizarentur viſibiliter mittens ſup eos ſpiritumſanctum. nec indicens eis obſeruantiam legalium. Quid igit͛ inquit nunc tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum quod neqꝫ nos neqꝫ patres noſtri portare potuim⁹. Et ſtatim ceperunt paulus ꝛ barnabas narrare quanta ſigna ꝛ ꝓdigia deus fecerat in gentibus per eos. Et tacebat multitudo audiens eos.

¶ De ſermone iacobi fratris dn̄i.

Capitulum.lxxix.

B Act.xv. Et facto ſilentio locutus eſt iacob⁹ adherens verbo petri Viri iq̄t fratres audite me. Simon narrauit quēadmodum deus primū viſitauit gentes vocans eas ad fidem. ꝛ teſtimonia prophetarum. Et inductis teſtimonijs diuerſorum ꝓphetarū: auctoritate pōtificali protulit diffinitiuam ſententiā dicens. Propter quod ego iudico nō inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum ſed conſulo vt dirigam⁹ ad eos epiſtolam vt abſtineāt ſe ab idolatria ꝛ fornicatiōe ꝛ ſuffocato ꝛ ſanguine. Idolatria ſiquidem ex gentibus maxime pullulauerat. fornicatio quaſi naturale quoddam ꝛ nullius reatus reputabatur inter gentes. Ideo ſpecialiter decreuerunt apoſtoli prohiberi iſta gētib⁹. Erāt etiam proni ad effundendum ſanguinem. Conſueuerunt etiam bibere ſanguinem immolatum dijs ſuis. Ideo ſpecialiter prohibiti ſunt a ſanguine effundendo ꝛ bibendo. Quare autem ad litteram prohibuerint eis animal ſuffocatum. nō eſt ſatis perſpicuum. Et placuit hoc conſilium iacobi apoſtolis et ſenioribus. Et communi conſenſu elegerunt viros. per quos mitterent epiſtolam cū paulo. ꝛ barnaba iudam ſcilicet ꝛ ſilam. ꝛ p̄miſſa eſt ſalutatio in hunc modum.

¶ De epiſtola miſſa conuerſis ex gentibus.

Capitulum.lxxx.

C Act.xv. Apoſtoli et ſeniores fratres fratribus ex gentibus conuerſis ſalutē. Fuit autem poſt ſalutationem hic textus epiſtole. Auditum eſt. qꝛ quidam deſcendentes a iudea turbauerūt vos euertētes animas veſtras. volentes veſtris imponere ceruicib⁹ iugum legis. Ideo de communi cōſenſu decreuimus eligere viros ꝛ mittere ad vos cum cariſſimis viris noſtris paulo ꝛ barnaba. Viſum eſt enim ſpirituiſancto ꝛ nobis. vltra nichil vobis imponere oneris: q̄ꝫ vt abſtineatis ab immolatis ſimulacrorum a ſanguine et ſuffocato ꝛ fornicatione: a quibus abſtinentes bene agetis Valete.

¶ Quomodo conſolati ſunt con uerſos ex gentibus. Cap.lxxxj.

F Act.xv.

Deſcenderunt igitur paulus ꝛ barnabas in antiochiam ꝛ duo illi miſſi sūt cū eis Cunq; deceſſiſſent cōgregata multitudie tradidit eis ep̄laꝫ. Et audita conſolatione de iugo legis non imponendo ſibi. gauiſi sūt fratres de gentibus. Judas autem ꝛ ſilas cum eſſent ꝓphete conſolati ſunt eos. ꝛ multum confortauerūt in fide. ¶ Non eſt autem hoc pretereundum. quia de p̄fato aſcenſu ſuo in hieruſalem pro dirimenda lite pretexata ſcribit apoſtolꝰ ad galathas in hunc moduꝫ. Deinde poſt annos. xiiij. a cōuerſione mea aſcendi hieroſolymā. cum barnaba aſſumpto ꝛ tito: et contuli cum eis euangelium quod predico in gentibus. Ex quo annorū numero colligitur. quia eodē anno quo paulus aſcendit hieroſolymā ſcꝫ. xiiij. a cōuerſione ſua. petrus aſcēdit rhomam. ꝛ eodem anno ſedit in cathedra epiſcopali. i qua ſedit. xv. annis. Quattuordecim vero. ꝛ. xxv. xxxix. reddūt. Uiceſimo autem quinto anno a promotiōe beati petri in ſedem rhomanam. ſcilꝫ vltimo anno neronis. paſſiꝰ ſunt petrus ꝛ paulus. ꝛ ſic. xxxix. anno a conuerſione pauli. Unde colligitur paulum ad fidem conuerſum eodē anno quo dominus paſſus eſt. cuꝫ conſtet petrum ꝛ paulum. xxxviij. anno a paſſione domini. qui fuit vltimus neronis paſſos eſſe martyrium. Si autem legatur aliquādo paulus conuerſus ad fidem ſecundo anno a paſſione domini. intelligendum eſt ſecūdo anno emergente: non tamen eodem vſuali ſicut alibi determinatum eſt. Quartodecimo ergo anno a paſſione dn̄i. ſcilicet quarto anno claudij aſcendit petrus rhomam. ꝛ ſedit in cathedra epiſcopali decē annis ſub claudio. qui regnauit. xiiij. annis. ꝛ nero poſt eum totidem annis.

Incidens.

A Gala.ij.

¶ Determinat quando beatꝰ petrus ſedit antiochie ꝛ qn̄ rhome. Capitulum. lxxxij.

Oportet autem queri quo tempore ſederit petrus in ſede antiochena. Conſtat eni ꝙ ſedit antiochie. vij. annis i ſede epiſcopali. quod neceſſario de. vij. illorum ꝛ. xiiij. oportet intelligi. q̄ a paſſione domini fluxerunt vſq; ad eius promotionem in ſedē romanam. Poſt. vij. aūt annos quibus ſedit in ſede antiochena. conſilio domini de hieruſalem aſcendit romā. ſed in aſcenſu trāſijt per antiochiam: vt confirmaret ſubditos ſuos in fide. Et vt habetur in chronicis ſubſtituit eudochiuꝫ in ſede antiochena. Et in hoc tranſitu per antiochiam redargutus eſt a paulo. quia comedens cum quibuſdam fratribus de iudea: timēs eos moleſtare. diſcernebat cibos: ꝛ ita cogebat gētes iudeiꝫare. Un̄ paulus ait. Cum veniſſet cephas antiochiam in faciem ei reſtiti.

Incidens.

C Gala.ij.

¶ De cauſa diſſenſionis inter paulum ꝛ barnabam. Capitulum. lxxxiij.

Eo autē anno quo aſcēdit petrus de antiochia rhomā paulo ꝛ barnaba ātiochie remanentibus. erat quidam procurator in iudea qui per violentiam ſibi voluit vſurpare poteſtatē conſtituendi ſummū pontificem ꝛ mutandi per arbitrio ſuo. et vt poſſet ſummū ſacerdotem vnū vel duos ꝯſtituere eodē āno. Et vidē

Incidens Declaratiuum.

tes iudei ꝙ non poſſent ei reſiſtere
petierunt ab eo licentiam conſulē
di claudium imperatorem rhoma-
norum. vt eius voluntate hanc po
teſtatem obtineret. alioquin deſi-
ſteret τ conceſſit eis. Et cum miſiſ
ſent nuncios rhomā. erat ibi agrip
pa filius herodis agrippe. quē pa
ter decedens in manu claudij dimi
ſerat. Claudius autem differebat
eum mittere in iudeā tanq̄ domi
num. tum propter ſeuiciam iudeo
rum. tum propter teneritudinē eta
tis eius. Iſte audiens ꝙ cauſa po
puli ſui ageretur interceſſit pro eis
τ obtinuit. Et reſcripſit claudius
procuratori vt ab huiuſmodi exac-
tiōe deſiſteret, τ deſtitit. Et reſcri
pſit iudeis vt ſup hoc gratias age-
rent agrippe ad cuius interceſſio-
nem hoc obtinuerant τ iudei ſigni
ficauerunt ei vt mitteret eis agrip
pam. τ faceret eum tanq̄ regem et
dominum. ipſe tamen adhuc diſtu
lit. Poſtea vero quando viſum eſt
ei miſit eum in iudeam non tamen
reddidit ei totam terram patris q̄
totum regnum integre obtinuit. ſꝫ
dedit ei galaditidem regionem ſci
licet vltra iordanem. terram duaꝝ
tribuum. τ dimidie tribus. τ dedit
ei poteſtatē conſtituendi ſummū
ſacerdotem in hieruſalem pro arbi
trio ſuo quam negauerat procura-
tori. Iſte fuit agrippa. in cuius re
gnum receſſerunt fideles de iudea
imminente excidio hieruſalem. ab
angelo premoniti. ſicut habes ſup
B Act. xv. mattheum. ¶ Sed nunc proſequa
mur de paulo et barnaba qui ad-
huc demorabātur in ātiochia euā
gelizantes verbū dei. τ iudas abie
rat ſila cum eis remanente. Poſt
aliquot dies viſum eſt eis commo
dum reuerti per ciuitates in qui-
bus predicauerant verbum dei. et
viſitare fratres et confirmare eos
in fide Barnabas autē voluit ha-
bere in comitatu ſuo Joannem q̄
cognominabatur marcus. Paulꝰ
autem noluit dicens. Non aſſumē
dum eſſe. quia in fronte aciei cōſti
tutus nimis trepide ſteterat. et qꝛ
timore mortis a predicatione deſti
terat. quando ſcilicet a pamphilia
deſcendens reuerſus eſt in hieruſa
lem. Ideoqꝫ non erat aſſumendus
ad predicationē. ne alios malo ex-
emplo lederet. Et facta eſt diſſen-
ſio. ita vt diſcederent ab inuicem.
Et excuſant eos ſancti. quia nō di
ſceſſerunt odio commoti. ſed a ſpi-
ritu ſancto ad hoc excitati vt diuiſi
pluribus locis predicarent. τ plu-
res lucrifacerent. Barnabas autē
aſſumpto marco nauigauit cyprū.
Ex eo autē ꝙ noluit dimittere eū
perpenditur fuiſſe eius cognatus:
Leguntur autem fuiſſe conſobri-
ni. Paulus autem profectus eſt
aſſumpto ſila quē dominus ad hoc
remanere fecerat vt ei cooperare-
tur. τ perambulabat ſyriam τ cili-
ciam. ¶ Poſtea venit in derben τ A
liſtram. vbi erat quidam chriſtia- Act. xvi.
nus nomine timotheus filius mu-
lieris vidue vel iudee. natus de pa
tre gentili. cui perhibebāt teſtimo
niū religionis omnes fideles qui
erant liſtris. Hunc conſtituit pau
lus epiſcopum eorum. ſed circunci
dit eum pro tollendo ſcandalo iu-
deorum: ne ſcandalizarentur ꝙ ha
berent epiſcopum incircunciſum.
non ꝙ legalia poſt veritatem euā-
gelij eſſent neceſſaria. paulatim ta
men non ſubito iudeis erant tollen
da. τ quaſi cum honore mater ſepe
lienda fuit. Poſtea eduxit ſecum
paulus timotheum. τ tranſeūtes
per ciuitates precipiebat obſerua-
ri decreta apoſtolorum τ ſeniorū
qui erant in hieruſalem: et eccleſie
confirmabātur τ multiplicabant.

¶ Q̄r prohibiti ſunt apoſtoli ne irent quo volebāt. Cap'z. lxxxiiij.

TRanſeuntes au B
tem frigiam τ galatie Act. xvi.
regionez volentes ire

in aſiam minorem: prohibiti ſunt a ſpirituſancto qui ſciebat corda hominum. quia tunc non eſſent credituri. Noluit ergo ſpirituſſanct⁹ ſāctum dari canibus. ⁊ impios de cōtemptu predicationis grauius dānari. Voluit etiā has prouintias alijs apoſtolis reſeruari. Philippus nanq; et Joannes predicauerunt in aſia minori. Lucas in bithinia a qua ſimiliter a ſpirituſancto ſunt prohibiti. ⁊ ita due cauſe redduntur quare prohibiti ſunt ab huiuſmodi prouincijs. Uel ne ſanctū daretur canibus. vel quia deſtinati erant a ſpirituſācto alijs apoſtolis. aſia minor Joanni. bithinia. Luce.

Origenes. ¶ Origenes vbi agit de primitijs ⁊ de decimis dandis ſacerdotibus reddit tertiā cauſam. Dicit enim ꝙ deus prouidens ſeruis ſuis alimoniam corporalem: ab huiuſmodi prouincijs diſcipulos ꝓpter famē prohibuit. propter illā ſcilicet maximam famē in qua helena ſuſtentauit fratres pauperes qui erant in hieruſalem. que facta eſt quarto anno claudij. Nec fuit hec helena mater cōſtantini. ſed regina abigenorum. cuius amore captus eſt rex abigenorum. ⁊ eam in vxorem accepit et concepit ex eo. Et cum nocte dormiret cum ea. et poſuiſſet manum ſuam ſuper vterū pregnantis. audita eſt ab eo vox ī hunc modum. Uide ne ledas puerum. quia magnus futurus eſt in mundo. Et audita voce huiuſmodi: ſtupefactus dixit hoc vxori ſue. Poſtea puerum natum cum ſumma diligentia nutrierunt. et mortuo patre puer factus eſt rex. ⁊ cōmendatur iſte in multis. Et hec ē cauſa commendationis. quia audiens vnum deum coli a iudeis: coluit eundum. ⁊ ſuſcepit circunciſionem ⁊ ritus iudeorum. Huius mater helena veniens hieruſalem inuenit fratres fideles in hieruſalē inedia laborantes quia erat tempus famis. et emit granum vndequaq;. quia attulerat argenti copiam ad emendum. ⁊ ſuſtentauit fratres qui erant in hieruſalem. Et cum adhuc eſſet in iudea. nunciatum eſt ei ꝙ mortuus eſſet fili⁹ ei⁹ ⁊ ſtatim rediit ⁊ fecit extrahi cadauer de ſepulcro. ⁊ reportauit in iudeam. ⁊ fecit non longe a hieruſalem extrui duo mauſolea. ⁊ in altero repoſuit corpus filij. ⁊ precepit cum mortua eſſet in altero corpus ſuum reponi. ⁊ ſic factum eſt. ⁊ adhuc apparent veſtigia mauſoleorum. et putant multi decepti: eſſe mauſoleum helene matris conſtātini.

¶ De viſione que apparuit paulo nocte. Capitulum. lxxxv.

Cunq; pertrāſiſſent miſiam paulus et ſocij eius: venerunt troadem. ⁊ oſtēſa eſt paulo viſio per noctem. Apparuit ei vir macedo. id eſt. angelus illius gentis aſſimilatus viro macedoni: proprietate lingue vel forma ſpeciali. ſtans et deprecans eum ⁊ dicens. Tranſiens in macedoniam adiuua nos. Ex hoc verbo videtur fuiſſe homo non angelus. Non enim egent angeli auxilio niſi dei. Sed hoc ait angelus aſſumpta perſona macedonum. Ut autem viſum vidit ſtatim queſiuimus proficiſci in macedoniam: certi facti ꝙ vocaſſet nos deus euangelizare eis. Et nota ꝙ dictum eſt queſiuimus. Hic enim primo oſtēdit lucas ſe comitem fuiſſe pauli. forte ⁊ nunc primo adheſit ei. vnde nuſq; in precedenti ait venimus. ſꝫ vbiq; venerunt. ⁊ ſimilia. Hic autē primo commiſcuit ſe ſocijs pauli. vide q̄q; qd vbi dicitur erat vir macedo ſtans. Super hoc verbo ſtās gloſa habet modica. Angeli ſemper ſtare dicuntur Cui plerique adherentes. in antiphona paſcali ſedit angelus. emendant. Stetit ange

B Act. xvi.

Nota d' angelis.

lus ſed errant. Intelligendum eſt ſemper in hoc libro. cum legantur in euangelio angeli ſediſſe ad monumentum.

C Act. xvi.

¶ Nauigantes autē a troade recto curſu venimus ſamotraciam et ſequenti die philippis: que eſt prima ciuitas macedonie. id eſt venientibus a mari prima occurrit. et erat colonia. Dicitur autem colonia ciuitas illa que defectu indigenarum nouis cultoribus impletur. Unde et colonia quaſi a nouis cultoribus dicitur. Fuimus enī ibi per dies aliquot. & die ſabbatorum egreſſi ſumus extra portam iuxta flumen vbi videbatur eſſe locus congruus orationi. id eſt locutioni vel ſupplicationi. Orare nanqꝫ accipitur & pro perorare & pro ſupplicare.

¶ Qꝫ recepti ſunt a muliere purpuraria. Capitulum. lxxxvi.

C Act. xvi.

Et ſedentes loquebamur mulieribus que conuenerant. Et mulier quedam lidda nomine purpuraria ciuitatis tiatirenorum audiebat nos loquentes. Poteſt autem itelligi purpuraria quaſi vtēs purpura. quia forſan erat de regio ſemine. Uel potius purpuraria: quia textrix purpure. vel quia vendebat purpuram. Cum autem baptizata eſſet & domus eius tota. deprecata eſt nos dicens. Si iudicatis me fidelem introite in domum meam: & manere mecum. Et intrauimus coacti. Adhuc enim abhorrebant intrare domos gentilium pro vitando ſcandalo iudeorum.

¶ De ſpiritu phitonico a puella electo.

Capitulum. lxxxvii.

D Act. xvi.

Factum eſt autem exeuntibus nobis ad orationem: vt obuiaret nobis quedā puella habens ſpiritum phitonicum. Poteſt autem intelligi phitoniſſa. vel per ſpiritum phitonicum operans arte magica: vel ſpiritu phitonico vexata. His enim duobus modis accipitur in ſacra ſcriptura hoc nomen. vel phitōiſſa dicitur que per ſpiritum phitonicū ſuſcitationem mortuorum operatur arte magica. vt que ad petitionem ſaulis ab inferis vocauit animam ſamuelis. vel potius pro ea ſpiritum immundum. Hec autem ſpecies artis magice ab apolline phitone inuenta eſt et ab eius cognomine cognominata eſt. Dicitur enim phitoniſſa que a ſpiritu phitonico poſſidetur. et ea vtitur quaſi organo ſuo ad diuinandum. qualiter hic potius videtur accipi. Et erat queſtuoſa dominis ſuis. quia multum percipiebant emolimentum ex diuinatione ipſius. Hec ſubſecuta paulum et ſocios eius clamabat dicens. Iſti homines ſunt ſerui dei excelſi. qui annūciant nobis viam ſalutis. Et ſic clamabat multis diebus. forte per bonum nature vel potius ſpiritu ſancto ſpiritum phitonicum vt per eam verum loqueretur vrgente.

Demones cogunt ſepe fateri dei gloriam.

Conuerſus autē paulus ipa poſt eum clamante. dixit ſpiritui immūdo. Precipio tibi in nomine Jeſu chriſti exi ab ea. Et exijt ab ea quia indignum erat vt verbum euangelij per eam ſpiritus mendax annūciaret. Uidentes autem hoc domini eius ſcientes quia maximū inde ſumerent incommodum apprehenderunt ſilam et paulum. & duxerunt eos ad forū ad principes. & offerentes eos magiſtratibus dixerunt. Iſti homines conturbant ciuitatem noſtram. cum ſint iudei predicantes nouam quandam religionem. quam non licet nobis ſuſcipere cum ſimus rhomani. Jam enim decretum erat a rhomanis: vt nullus deus de nouo coleretur niſi approbante ſenatu. Et cucur-

A De hoc hꝭ ij.co.xi. rit plebs aduerſus eos ⁊ magiſtratus. ⁊ ſciſſis coꝝ tunicis iuſſerunt eos virgis cedi. ⁊ flagellatos miſerunt in carcerem: precipientes cuſtodi vt diligenter cuſtodiret eos. Qui accepto mandato miſit eos i carcerem interiorem. pedes eoꝝ ſtringens ligno.

¶ De terremotu vnde aperta ſũt oſtia carceris. Capitulũ.lxxxviij.

E Act.xvi. Media autẽ nocte paulus ⁊ ſilas decãtabant hymnos. ⁊ orãtes laudabant deum. Et dum media nocte orarent ſubito factus eſt terremotus. quo ſcilicet terremotu omnia fundamenta carceris commota ſunt. oſtia apta. vincula omnium q̃ erant in carcere rupta. non ſolius pauli et ſile ſed ⁊ aliorum. Expergefactus eſt autem cuſtos carceris. ⁊ videns ianuas carceris apertas. euaginato gladio volebat ſe interficere. autumans omnes icarceratos aufugiſſe. Et cum eſſet paulus in medio carceris tenebroſi. vidẽs hoc iſpiritu exclamauit. Nichil tibi facias mali. Uniuerſi eni quos cuſtodiebas hic ſumus. Sciebat eni ꝙ tũc volebat ſibi manum inijcere. quia putabat oẽs incarceratos aufugiſſe. ⁊ petito lumine a miniſtris i trogreſſus ẽ cuſtos carceris. ⁊ tremefactus tũ pro his que facta fuerant in terremotu. tum quia intellexerat paulus ꝙ ſe vellet interficere. procidit paulo ⁊ ſile ad pedes. ⁊ educens eos de carcere ait. Quid me domini oportet facere vt ſaluꝰ ſiam. Ad queꝫ illi. Crede in dominum ieſum. ⁊ ſaluus eris tu et domus tua tota. Et locuti ſunt et verbum domini. ⁊ omnibus qui erant in domo eius. et tollens eos in illa hora lauit plagas eorum. ⁊ baptizatus eſt. ⁊ ſic lauit ⁊ lotus eſt.

¶ Quomodo a magiſtratibꝰ ſũt dimiſſi. Capitulum.lxxxix.

Cumq꞉ perduxiſſet eos in domum ſuam. appoſuit eis menſam et letatus eſt cum omni domo ſua credens in deum. Et cum dies factus eſſet miſerunt magiſtratus nuncios ad cuſtodes carceris dicentes. Dimitte homines illos tanq̃ deſpectos. Dimittebant autem illos ne plures crederent. quia iam innotuerat eis miraculũ. Et nunciauit cuſtos carceris verba hec paulo. Miſerunt magiſtratus vt dimittamini. Nũc igitur exeuntes ite in pace. Ad quem paulus. Miſerunt nos in carcereꝫ flagellatos publice. licet indemnatos homines romanos. id eſt. romano imperio ſubiectionem cenſu capite profeſſos. et libertate romana donatos. et nunc occulte nos eijciunt. Non ſic. ſed veniant ipſi et nos eijciant. Et cum renunciatum eſſet hoc magiſtratibus timuerunt audito ꝙ romani eſſent: Et venientes eduxerunt eos. et rogabant vt egrederentur de vrbe. Et exeuntes tranſierunt per liddam et viſis fratribus conſolati ſunt eos. — G Act.xvi. — Licet q̃ſiq꞉ vtiq꞉ cautela vera.

Additio. Ut ſicut in eos publica fuit manuum iniectio. ita ⁊ publica fiat eiectio.

B Act.xvij. ¶ Et inde profecti venerunt theſſalonicam vbi erat ſynagoga iudeorum. Paulus autem vt conſueuerat introiuit ſynagogam. et per tria ſabbata diſſeruit eis de ſcripturis: predicans chriſtum mortuum et reſurrexiſſe. Et crediderunt aliqui ex eis. et adiuncti ſunt paulo et ſile et mulieres non pauce et de proſelitis et gentibus multitudo magna. zelantes autem iudei et aſſumentes quoſdam malos de vulgo concitauerunt ciuitatem aduerſus eos.

¶ Q; inuidia iudeorum iaſon accuſatus eſt. Cap.xc.

B Act.xvij. Et venientes in domum iaſonis apud quē hoſpitati fuerant. querebant eos pducere in populum. et non inuentis eis putantes eos a iaſone fuiſſe occultatos. traxerunt iaſonem et quoſdam fratres ad principes ciuitatis dicentes. Iſti ſunt qui vrbem concitant quos ſuſcepit iaſon et ipſi ſuſcipientes eos faciunt contra decreta ceſaris. regem alterum dicentes eſſe ꝙ ceſarem. et cōcitauerunt principes aduerſus eos. Et accepta ſatiſfactione a iaſone et ceteris dimiſerunt eos Forte iaſon et alij frēs negauerunt ſe ſuſcepiſſe eos. etſi confeſſi ſunt ſatiſfecerunt. per noctem dimiſerunt paulum et ſilā in beroen. Et introierunt in ſynagogā iudeorum. et pdicauerūt ibi et multi de beroenſibus crediderūt et mulieres honeſte non pauce.

¶ Quid paulus athenis fecerit. Capitulum.xcj.

C Act.xvij. Et audierunt iudei qui erant theſſalonice. ꝙ a paulo pdicaretur verbum dei in beroe et venerunt illuc concitantes multitudinem. Et ſtatim dimiſerunt paulū fratres vt iret vſqꝫ ad mare. qꝛ magis pſequebantur eum iudei. eo ꝙ eſſet dux verbi. Silas autem et timotheus remanſerunt ibi. Qui autem deducebant paulum pduxerunt eum vſqꝫ ad athenas. et vidēs ciuitatem idolatrie deditam: cito remiſit ad timotheū et ſilam vt venirent ad eum. et venerunt. Et diſputabant cum paulo epicurei. q̄ ponebant felicitatem hominis in ſola corporis voluptate. et ſtoici q̄ in ſola animi virtute. Et inter ſe diſſentientes. in ipugnatione apoſtoli vnanimiter conſentiebant di-

De Epicureis.

centes. Quid vult ſeminiverbius iſte dicere. Vere paul⁹ ſeminator verborum erat ſed meſſor morum. de huiuſmodi meſſione expectans vberem fructum. Alij autem dicebant. Nouorū demoniorum videt annunciator eſſe. Et apprehenſum duxerunt ad ariopagū. id eſt advicū martis in quo ſcꝫ erat templum martis. qꝛ athenienſes ſingulos vicos denominauerunt a dijs quos colebant. vt vicum in quo colebat mars vocabant ariopagum. quia arioth dicitur mars. Vicū in quo colebant pan. vocabant panopagus. et ita a ſingulis dijs ſingulos vicos denominabant. Erat autem vicus excellētior ariopagus. quia ibi erat curia magiſtratuū. et ſcho le liberalium artium.

¶ De ara ignoti dei. Cap.xcij.

E Act.xvij. Et cū eſſet paulus in preſentia philoſophoꝝ dicebant. Noua quedam infers auribus noſtris. Poſſumus ſcire que eſt hec noua doctrina. q. d. poſſes rationē reddere ſuper his que dicis. Stās ergo paul⁹ i medio ariopagi ait Viri athenīēſes pomnia iudico vos ſuperſtitioſos. Preteriēs eñ vidi ſimulacra veſtra. Inter cetera autem inueni arā cuius ſuperſcriptio erat hec. ignoto deo vel ignoti dei. Ac ſi dicatur. Hec ara dedicata eſt ignoto deo. Singulis enim aris ſupponebatur titulus. indicans cui eſſent dedicate Hunc inquit deum ignotū cui hāc aram conſecraſtis ego annuncio vobis. Hic eſt deus qui fecit mundum et omnia que in eo ſunt. I quo viuim⁹ mouemur et ſum⁹. Quomodo autem hec ara illi deo ignoto conſecrata eſt. hiſtoria actuum apoſtolorum nō proſequitur. ideo noſtrum eſt hoc ſupplere. ſcilicet dicere.

C Sup. xiiij.

¶ Qr philoſophi athenienſes di xerunt deuz nature pati. Ca.xciij.

Incidens ē et ex hiſto-rys.

[Q]Ie eniz domi-nice paſſionis philo-ſophi q athenis erāt vidētes tenebras fa-ctas ſup vniuerſaz ſupficiā t're. nō potuerūt cauſam earū inuenire in naturalib9 cauſis. Tandez ad hoc inducti ſunt vt dicerent quia deus nature patiebat. Et dixerūt athe-niēſes. Cōſtituam9 aram illi deo. ⁊ dedicata ē ara ⁊ ſuppoſit9 eſt ti-tul9. Ignoto deo. Et cū vellēt offer re holocauſta et victimas illi deo ignoto. dixerunt philoſophi. Bo-norū noſtroꝝ nō eget. ſed facietis genuflexiones ante arā ei9 et ſup-plicabitis ei. quia nō querit obla-tionē pecoꝝ. ſed deuotionē animo

G Act.xvij.

ruz. ¶ Hunc deum ignotū annun ciauit eis paulus. aſſerens eū mor tuū fuiſſe. reſurrexiſſe ⁊ aſcēdiſſe i celū in fine orbem iudicaturū. Et cum predicaret reſurrectionē mor tuoꝝ quidā irridebant. Quidam autē nec reſpuebāt nec recipiebāt dicētes. Audiem9 te de hoc iterū. Et exiuit paulus de medio eoꝝ. et quidā adherētes ei crediderūt. In ter quos fuit dionyſi9 ariopagita. quē poſtea ordinauit ap'ls epiſco-pum corinthioꝝ. Cuius ꝯuerſiōis modum quia pretermittit hiſtoria actuū apoſtolorū nr̄m ē ſupplere.

¶ De Dionyſio ariopagita.
Capitulum.xciiij.

Incidens captū de hi ſtoria ſācti dionyſij.

[I]Ste dionyſius magiſter erat i ariopa go. ⁊ quāuis ad exhor-tationē pauli de facili crediderit. tamen non niſi poſt lō-gaz diſceptationē pauli confeſſus eſt ſe credere. Sed poſt multam di ceptationem. dum adhuc cum pau lo diſceptaret. forte tranſut cecus per viam coram eis. Et ſtatim ait dionyſius paulo. Si dixeris huic ceco in nomine dei tui vide. ⁊ vide rit. ego ſtatim credam. Sed ne vta ris verbis magicis. quia forte no-ſti verba que habeant huiuſmodi efficaciaz ego preſcribam tibi for-mam verborum. hac inquit forma verborum dices ei. In nomine ie-ſu chriſti nati de virgine crucifixi. mortui: qui reſurrexit et aſcendit i celum vide. Et vt omnis tollere-tur ſuſpicio precepit paulus dio-nyſio vt ipſe eadem verba profer-ret. Et in ea forma verborum dixit dionyſius ceco vt videret. ⁊ ſtatim vidit ⁊ dionyſius ꝯfeſſus eſt ſecre-dere. ¶ Et cum predicaret paul9 athenis ⁊ multos conuertiſſet ve-nit corinthū. ⁊ ibi inuenit quēdaz iudeuz nomine aquilam cum vxo-re eius priſcilla. quos ſepe comme morat apoſtolus. vbi ſalutat ami-cos ſuos. Iſti nuper venerunt de italia iudeis oībus ex edicto clau-dij imperatoris de regno eius exi-re compulſis. eo ꝙ vxorem eius a-grippinam prenimia familiarita-te quam habebat cum eis adeo tra xerant ad ritus ſuos vt iam iudei-zaret. Et hoſpitatus eſt paulus apud aquilan ⁊ priſcillam. eo ꝙ eā dem artem exercerent quam ⁊ ipſe ꝯſueuerat exercere. de ꝓprio labo-re manuuz ſibi victum adquirens. ſcilicet artem ſcenofactoriam. Fa-ciebant enim tentoria ſiue papilio nes que neceſſaria erant indigenis terre propter immoderatum calo-rem vel commeantibus. Et dica-tur ars ſcenofactoria a ſcenos qđ interpretatur vmbra. vel ſecunduz alios a ſcenos quod interpretatur funis. Erant enim funicularij. Et cum veniſſent ſilas et timotheus de macedonia vbi dimiſerat eos. predicabat paulus inſtanter ver-bum euangelij coadiuuantibus il lis. Et vilipendentibus iudeis pre dicationem, iuxta quod preceperat dominus excuſſit puluerem de pe-dibus in teſtimonium dicens illis.

A Act.xviij.

Mundus ſum a ſanguine veſtro. quia quantū in me fuit volui vos reuocare ab impietate veſtra. Sꝫ quia pertinaces eſtis tranſeo ad gentes. ¶ Et migrans inde tranſijt ad domum cuiuſdam gentilis nomine titi. cuius domꝰ erat coniuncta ſynagoge. Nec eſt intelligē dum hoc de Tito. cui apoſtolus epiſtolas ſcripſit qui eius fuit diſcipulus. quē etiam cretenſem epiſcopum ordinauit. Et ꝯuerſus eſt criſpus archiſynagogus cum vniuerſa familia ſua. ille ſcilicet ď quo apoſtolus ait ſcribens ad corinthios. Gratias ago deo meo. quia neminem ex vobis baptizaui niſi criſpum ⁊ gaium.

B
j.co.j.

¶ Et multi corinthiorū audientes conuerſionē eiꝰ crediderūt ⁊ baptizati ſunt.

B
Act. xviij.

Et apparuit dominꝰ paulo per viſionē dicens. Noli timere ſed loquere et ne taceas. quia ego tecum ſum. et nemo apponet manum vt noceat tibi. ⁊ fuit ibi ꝑ annū ⁊ ſex mēſes.

¶ Qꝫ iudei concitauerunt gallionem in paulum. Capitulum. xcv.

C
Act. xviij.

INſurrexerūt ergo vnanimiter iudei in paulum ⁊ traxerunt eum ad preſentiam gallionis qui erat procurator achaie regionis. in qua erat corinthus. Et accuſauerunt eum ꝙ cōtra legem predicaret. ⁊ locutus eſt gallio ad eos. Si argueretis hominē iſtum de aliquo ſcelere manifeſto. ſuper eum iudicarem. Sed quia diſceptatio eſt de lege veſtra non curo iudicare. Et videntes gentiles ꝙ non faueret procurator parti iudeorum coram eo apprehenderūt ſoſtenem principem ſynagoge. et percutiebant eum. ⁊ nichil horum erat cure procuratori. Paulus autem cum adhuc ſuſtinuiſſet in dies multos. ⁊ eſſet in cencris. qui ⁊ portus corinthi aſcenſurus nauem vt nauigio veniret in ſyriam. totondit comam quam nutrierat. quia fuerat nazareus ex voto. Nazarei enim ad tempus ex voto comā nutriebant. ⁊ cōpleto tēpore voti radebant. ⁊ in ignem ſacrificij ponebant. Quidam codices habent totonderunt. Unde quidam hoc referunt ad aquilam et priſcillam. Sed auguſtinus et hieronymus ad paulum hoc referūt.

¶ Qꝫ paulus diſputabat epheſi contra iudeos. Capitulum. xcvj.

C
Act. xviij.

ET venit paulꝰ in ſyriam ducens ſecū aquilam et priſcillam. Et cum veniſſet epheſum ingreſſus ſynagogam diſputauit cū iudeis. Et rogantibus illis vt cum eis amplius remaneret non cōſenſit. Sed valefaciens fratribus profectus eſt ab epheſo dimittens ibi aquilam ⁊ priſcillam ⁊ ipſe perambulauit galatiam ⁊ frigiā confirmando fratres. Et cum eſſēt epheſi aquila ⁊ priſcilla. venit epheſum quidam iudeus nomine apollo alexandrinus genere. vir facundus et peritus in ſcripturis. Iſte baptizatus erat baptiſmo Iohannis. ⁊ iā credebat chriſtum eſſe meſſiam in lege promiſſum. et recte ſentiebat de patre ⁊ filio. ſed nihil adhuc audierat de ſpiritu ſancto. Et cum viderent aquila et priſcilla fiducialiter predicantem: aſſumpſerunt eū. ⁊ diligentius expoſuerunt ei vnū deum. Utrum autem baptizauerint eum baptiſmo chriſti non legitur. Cum autem apollo vellet redire corinthum. aquila ⁊ priſcilla ⁊ ceteri fideles qui erant epheſi, ſcripſerunt fidelibus qui erant corinthi vt ſuſciperent eum. nec abhorrerent eum tanꝗ̄ iudeum. Et cum veniſſet corinthum. multum contulit fratribus qui erant corinthi. Uehementer enim iudeos conuincebat vnde multū confirmati ſunt fratres.

De aqla et
priſcilla.

¶ Quomodo baptizati ſunt qui
baptiſma Joannis acceperant.
Capitulum. xcvij.

A Act. xix.

FActum eſt au
tē cū apollo eēt corin=
thi. vt paul⁹ pagratis
ſupioꝛib⁹ ptib⁹ veniret
epheſū. ⁊ inueniret q̄ſdā diſcipl'os
a Joanne baptizatos. nōdū tamē
cōfirmatos. q2 poſt baptiſmū non
acceperāt manuū impoſitionē ⁊ in
terrogauit eos. Accepiſtis ne ſpūſ
ſāctū credētes. id ē manuū impoſi
tionem qua datur ſpūſſanct⁹. Ad
quez illi. Sed nec de ſpūſctō men=
tionem audiuimus. Ad quos ille.
Non ſufficit baptiſmus Joannis
Et ſtatim baptizati ſunt in nomie
dñi ieſu chꝛi. Et cū impoſuiſſet eis
man⁹ poſt baptiſmū acceperūt ſpi
ritū ſanctū. ⁊ loq̄bantur varijs lin=
guis. Et quidā eoꝛuz ꝓphetabant
predicētes futura. Erant autē om
nes fere. xij. foꝛte. xi. vel xij. erant.
⁊ eſt appoſitū fere ad tēperamen=
tum. Et p̄dicauit ibi paulus apl's
cum fiducia per tres mēſes. diſpu=
tans ⁊ ſuadēs de regno dei. Et q̄
prius ꝓhibit⁹ fuerat a ſpūſancto p̄=
dicare in aſia minoꝛi. nunc eodem
B Act. xix. ſpūſancto inſpirante predicabat
epheſi. Ex quo pꝫ q̄ ammiranda
ſunt iudicia dei. ¶ Cum autē pre
dicaret epheſi quidam obſtinati ⁊
incredulitate ptinaces maledice=
bant doctrine eius corā multitudi
ne. Diſcedens autem ab eis ſegre=
gauit ſecum diſcipulos. diſputās
in ſchola cuiuſdam tyranni. i. no=
bilis vel foꝛte nomē ꝓpꝛiū eſt illi⁹
a quo conduxerat domum. in qua
docebat diſcipulos ſuos. tanq̄ re=
gens ſcholas. ⁊ hoc fecit per bien=
nium. Et in eodez biennio ſcripſit
epiſtolam pꝛimam ad coꝛinthios.
Et faciebat deus magnas ⁊ mul=
tas virtutes per manus eius. ita vt
ſanarent̄ lāguidi quibus ſuppone
bant̄ ſemicincia. Dicunt̄ aūt ſemi=
cincia veſtes tātū ab vno latere pē
dentes. vl' quedā zone. vl' quedam
capitis oꝛnamenta. vel quoddā ge
nus ſudarij quo hebrei vtunt̄. quo
laboꝛantium ſudoꝛ abſtergitur.

¶ De poteſtate nominis Jeſu.
Capitulum. xcviij.

VIdentes autē
quidaz exoꝛciſte q̄ ad
inuocationē nominis
ieſu paulus eijceret de
mones excogitauerunt vti eadem
foꝛma verboꝛum ad eiectionem de
monis. quia licet per exoꝛciſmos ſa
lomonis demones eijcerēt. non ta
men abſq3 laboꝛe multo ſed q̄buſ
dam herbis ⁊ gemmis adhibitis.
vt tradit ioſephus. Ut ergo facili⁹
eijcerent demones. adiurabāt eos
in hunc modum. Adiuro vos per
ieſum quem paulus predicat. et ſic
exibāt demones ab obſeſſis. Erāt
autem ſeptem filij ſceue pꝛincipis
ſacerdotum qui precipue adiura=
bant demones in hunc modum.
Et dū quadam die adiurarent de
monem vt exiret de coꝛpoꝛe obſeſ=
ſo reſpondit eis demon. Jeſuz no=
ui ⁊ Paulum noui. ſed vos q̄ eſtis?
Et inſiliēs in eos: verberauit eos.
Et increpuit fama per vniuerſam
regionem. ⁊ incuſſus eſt timoꝛ om Nō. pluri=
nibus exoꝛciſtis ⁊ magis. vt nō au pꝛuoſoꝛum
derent amplius in hunc modū de= punitionē.
mones adiurare. Et ꝯgregati ſūt
omnes magi qui per artem magi=
cam imperabant demonibus. ⁊ cō
buſſerūt libros ſuos añ pedes pau
li. ¶ Poſtea paulus ꝓpoſuit ire
hieroſolymam ⁊ inde romā. Pre=
miſit aūt timotheū ⁊ eraſtū in ma
cedoniaz. ad p̄parandas collectas
quas erat delaturus in hieruſalez.
ad vſus pauperuz qui erant in hie
ruſalem. Ipſe autem ad tempus
remanſit in aſia minoꝛi.

¶ De tumultu excitato per deme
trium. Capitulum. xcix.

D E Act.xix.

Et facta eſt in tempore illo turbatio magna in epheſo. demetrius enim argentarius [qui faciebat edes et imagies argenteas diane] conuocauit operis eiuſdem opifices. et locutus eſt eis in hunc modum. Scitis quia de huiuſmodi artificio multū nobis lucrum comparamus. Paulus autem predicat non eſſe deos manufactos. Si ergo inualuerit eius doctrina nihil amplius lucrabimur. et etiam templum magne diane pro nihilo reputabitur. et maieſtas eius deſtruetur quā veneratur vniuerſus orbis et ſtatim ira repleti clamauerunt vnanimiter diſcurrentes p ciuitatē Magna diana epheſiorū. Et rapto gaio et ariſtarcho ſocijs pauli ptraxerunt eos i theatrum. ſpectaculum ſcilicet in quo rei puniebātur. Et cum paulus hoc audito vellet venire in theatrū nō formidās ſe morti obycere. diſſuaſum eſt ei a quibuſdam amicis ſuis propter conuentum populi.

A Act.xx.

Poſtq̄ȝ autem ceſſauit tumultus. vocatis paulus diſcipulis exhortatus eſt eos: et valefaciēs eis profectus eſt in macedoniā et inde athenas. Ubi cum fuiſſet tribus mēſibus poſite ſūt ei inſidiea iudeis in ſyriam nauigaturo. ſcientibus q deferret collectas. Olim cū eēt vacuus viator non pposuerunt illi inſidias. Habuit igitur conſiliū vt reuerteretur in macedoniaȝ. vt ita vitaret inſidias. Quidā enim de ſocijs eius pfecti ſunt recta via Et precedentes nos dicit lucas ſuſtinuerūt nos troade per circūitū venientes. Nos vero nauigauimus poſt dies azymorum philippis q̄ eſt prima ciuitas macedonie. et in quinq diebus venimus troadem vbi demorati ſumus ſeptem diebus Una autem ſabbati cum pendinaremus. diſputabat paulus cū eis in craſtino pfecturus. et ptraxit ſermonē in mediam noctem et erāt lampades copioſe in cenaculo vbi congregati eramus.

Nota qvverum ē. cātabat vacuus corā latrone viator.

De mortuo reſuſcitato a paulo Capitulum. c.

B C Act.xx.

Et cum ſederet quidam adoleſcens ſup feneſtraȝ et grauaretur ſomno cecidit de tertio cenaculo deorſum. et ſublatus de terra oblatus eſt paulo mortuus. et dicebatur euticus. Ad quē cum deſcendiſſet paulus incubuit ſuper eum et cōplexus eum ait. Nolite turbari. Anima enim ipſius i eo eſt adhuc. Hoc autem ait vt tolleret deſperationem ab eis. Simile verbo vſus eſt dominus dicens. Puella non eſt mortua ſed dormit. Et ſuſcitatus eſt adoleſcens: et guſtauit cibū et confortatus eſt. Sic inter verba predicationis occurrit occaſio curationis vt oſtenſione miraculi cōfirmaretur doctrina pauli. et vt artius infigeretur eorum mētibus memoria magiſtri ab eis diſceſſuri.

C Act.xx.

Nos autem aſcendentes [dicit lucas] nauigauimus i aſſon vt ibi expectaremus paulum. ſic eīm diſpoſuerat ipſe per terram interim iter facturus. Et cum rediſſet ad nos. aſſumpto eo venimus miletū. Propoſuerat ei paulus in trāſitu nauigare epheſum. moram non facturus. Feſtinauit enim ſi poſſibile eſſet vt in die pētecoſtes eſſet hieroſolymis A mileto tamen nō nauigauit ſed miſit epheſum. et vocauit maiores eccleſie. Et vocati venerunt miletum. et exhortatus eſt eos dicens ſe aſcendere hieroſolymā. Ecce inquit alligatus ſpiritu id eſt ſpiritu ſancto. ad id me coartante vado in hieruſalem. que ventura ibi mihi ſunt ignorans. licet ſpiritusſanctus mihi per alios pteſtetur. quia vincula et tribulationes me ibi manent. Alijs eīm reue

lauerat ſpiritusſanctus de ipſo qđ non ipſi. Sed nihil inquit horum vereor. nec facio animā meā. i. vitā, tēporalem p̄cioſiorē q̄ me. i. q̄ animā meam. dūmodo cōſummē curſū meum. ⁊ miniſterium quod accepi a dño ieſu teſtificari euangeliuȝ gratie dei. Et nūc ecce ſcio quia amplius nō videbitis facieȝ meam. Et poſt multā exhortationem poſitis genibus vna cū omnibus illis orauit. Et p̄cumbentes ſuper collum pauli flentes oſculabantur eū. dolentes maxime đ eo q̄ dixerat quoniam faciē eius nō erāt amplius viſuri. ⁊ deduxerūt eum vſq̄ ad nauem. ¶ Et abſtracti ab eis trāſeuntes multas vrbes ⁊ regiones venim⁹ tyrum. vbi māſimus. vij. diebus. inuentis ibi diſcipulis quibuſdā p ſpiritū p̄phe ticum paulo p̄dicentibus. que illi euentura erant in hieruſalē. ⁊ diſſuadētibus ne aſcenderet. Poſtea p̄fecti ſumus deducentibus nos omnibus cū vxoribus ⁊ filijs vſq̄ foras ciuitatem. Et vale facientes eis aſcendimus nauem. Illi autē redierūt in ſua. Nos aūt aſcendimus ptholomaidē. ⁊ ſalutatis fratribus māſimus cum eis vna die.

A Act.xxi.

¶ De hoc qđ agabus paulo predixit. Cap.cj.

B C Act.xxi.

Altera autē die venimus ceſaream. et introiuimus domum philippi diaconi. huic erant quattuor filie virgines propheti ſſe predicentes paulo qđ erat ei euenturū in hieruſalem. Et cuȝ moraremur ibi p aliquod dies ſuperuenit p̄pheta de iudea nomie agabus. Qui cū veniſſet ad nos tulit zonam pauli ⁊ ligās ſibi man⁹ ⁊ pedes: ait Hec dicit ſpiritusſanctus. Virum cui⁹ eſt hec zona ſic alligabunt in hieruſalē iudei. ⁊ tradēt in manus gentiū. Hec audiētes rogabam⁹ nos ⁊ q̄ erāt loci illius. vt non aſcenderet in hieruſalem. Et reſpondit. Quid fletis affligentes cor meum. Ego enim non ſolū alligari ſed etiā mori in hieruſalē paratus ſum p̄pter nomen dñi ieſu xp̄i. Et cū non poſſemus ei diſſuadere quieuim⁹ dicentes. Domini fiat volūtas. Poſtea p̄parati aſcendimus hieruſaleȝ. ⁊ nonnulli de diſcipulis qui erāt ī ceſarea nobiſcum. adducētes iaſonem hoſpitem noſtrum. Et cū veniſſemus hieruſalē libēter excepe runt nos fratres. Sequēti autem die introiuit paulus nobiſcum ad iacobum qui erat epiſcopus hieroſolymorum. de quo dicit beda ſup hunc locum. q. xxx. annis rexit eccleſiā hieroſolymitarū. ſcilicet vſq̄ ad. vij. annuȝ neronis. qui ſcđm ioſephū excerebratus eſt pertica fullonis Beda dicit q2 precipitatus eſt de tēplo Alibi legit lapidatus Et potuit eſſe. q2 poſtq̄ precipitauerunt eum lapidauerunt eū quaſi vile cadauer. Sed cum beda dicat mortuū iacobum ſeptimo anno neronis. palā eſt non eſſe autēticum quod legitur in epiſtola clementis. qui iuxta tenorē illius epiſtole dicit ſibi eſſe mādatū a petro. cui ſuc ceſſit ī apoſtolatu. vt poſt ei⁹ mortem iacobo epiſcopo epiſtolas deſtinaret vt ab eo inſtrueretur. Sȝ cum iacobus epiſcopus mortuus ſit ſeptimo anno neronis. ⁊ petr⁹ vixerit vſq̄ ad. xiiij. conſtat hoc nihil eſſe.

Nota facti pauli p̄ſtantiā ⁊ feruorem.

Beda

De iacobo minore.

¶ De hoc quod obtulit de cōſilio ſm legem. Cap.cij.

D Act.xxi.

Cum autez intraſſet paulus ad iacobum: collecti ſūt ſeniores. Quib⁹ ſalutatis narrabat p ſingula que ⁊ quāta fecerat deus in gentibus per ei⁹ miniſterium. Qui cum audiſſent magnificabant deum. ⁊ dixerunt paulo. Vides frater quot milia

ſunt i iudeis qui crediderūt. Om=
nes tamē adhuc ſunt emulatores legis volentes pariter cū fide ſu=ſcepta obſeruare legalia. ⁊ audierunt de te ꝙ predices abolitiones legis. et odibilis factus es quaſi deſtructor legis moyſi. Cōueniet ergo multitudo audiens te ſuperveniſſe. Unde conſulimus tibi vt ſanctifices te ſcdm legem. cū .iiij. qui habent votum ſuper ſe. vt ſic appareat falſa opinio. que increpuit de te. Et ſtatuerunt de eius conſenſu vt iudeis ad fidem conuerſis non ꝓhiberetur obſeruatio legalium. dūtaxat ne ponerent ſpem in eis.

Nota de ſynodis ꝑmitiue eccl'ie.

¶ Et diſtingue quattuor ſyno=dos in primitiua eccleſia hieroſo=lymis celebratas. Primā de ſub=ſtitutione matthie loco iude. Secundam de electione. vij. diaconorum. Tertiā de legalibus qua ſtatutum eſt cōuerſis ad fidem ex gētibus non eſſe imponendum onus legalium. quando aſcenderūt paulus ⁊ barnabas de antiochia i hieruſalem Quartā de qua hic agit qua ſtatutū eſt nō prohiberi iudeos a legalibus obſeruātijs. dūmodo non ponerent ſpem in eis.

¶ Qꝫ ligatus eſt paulus a preſide ad clamorem iudeorum.

Capitulum. ciij.

E Act. xxi.

POſtera die purificatus paulus cum quattuor viris intrauit templum cum eis. et obtulit oblationē ſuam ſicut alij. Conſummatis autē ſeptem dieb⁹ iudei qui venerunt de aſia ꝓſequētes paulum cū vidiſſent eum in tēplo. qui viderant trophinū epheſium deambulantem cū eo per ciuitatem. putauerūt ꝙ introduxiſſet eum in templū hominē ſcilicet gētilem. ⁊ concitauerunt omnem populū contra eum. ⁊ iniecerunt manus in eum. dicentes. viri iſraelite adiuuate. Hic eſt enim homo q contra populū ⁊ legē ⁊ locum iſtum ꝑdicat vbiqꝫ terrarū. ⁊ inſuper gētiles induxit in templū. ⁊ cōtaminauerunt locum ſanctū. Cōmota eſt ergo vniuerſa ciuitas et facta eſt diſſenſio populi. Et apprehendentes paulū traxerunt extra templum ⁊ clauſerunt ianuas ne fugeret in templum. ⁊ querētibus eū occidere nunciatū eſt tribuno cohortis ſcilicꝫ claudio liſie q miſſus fuerat a Felice preſide. Et cum aſſumptis militibus ⁊ centurionib⁹ occurriſſet videntes eum deſierūt percutere paulum. Et apprehendit paulum. ⁊ iuſſit eum ligari catenis duabus. donec de cauſa ei⁹ cognouiſſet. Et cū non poſſet audire pre tumultu. iuſſit eum duci i caſtra ſcilicet in turrim regiam.

B Act. xxi.

Et cum veniſſet ad gradum. forte ad gradum templi vel ad gradum domus proprie. portabatur paul⁹ a militibus propter impetum populi. ſequebatur enim omnis populus clamans. Tolle eum. ad mortē ſcilicet. Et cum induceretur paul⁹ in caſtra. ait tribuno Licet mihi loqui aliquid ad te. Ad quē tribun⁹ Noſti grecam linguā. Ait. Noui. Locutus eſt enim tribunus grece ne iudei intelligerent. Nūquid tu es egyptius ille q ante hos dies tumultū concitauit: ⁊ inde eduxit ſecū in deſertū quattuor milia virorum ſicariorū. ¶ Joſephus dicit ꝙ cum pluribus milibus. ⁊ potuit ꝓmo venire cū paucioꝛib⁹ poſtea habere plura.

¶ De egyptio qui populū ſeduxerat. Cap. ciiij.

Incidens declaratiuum eſt.

EGyptius iſte per artem magicā ſibi comparauerat nomē ꝓphete. ⁊ congregatis triginta milibus iudeorū eduxit eos per deſertum vſqꝫ ad montem oliueti. volens irruere in hieruſalē vt eā caperet. Sꝫ occurrēs

el Felix preſes cũ multis milibus
armatoꝝ fugauit eũ cum paucis.
B Act.xxi. ⁊ alios occidit. ¶ Reſpõdẽs pau
lus tribuno ait. Homo ſum iudeꝰ
nõ egyptiꝰ a tharſo cilicie nõ igno
te ciuitatis municeps. Non eſt na
tus tamẽ in tharſo ſed in oppido
galilee nomine giſcallo. Quo ca-
pto a romanis trãſlatus ẽ tharſũ
cum parẽtibus. ⁊ ibi educatꝰ vnde
ab educatione ſe dicit tharſenſeȝ.
licet in giſcallo fuerit natus. ſicut
xp̃s nazarenꝰ dicitr̃. lȝ in bethleem
ſit natus. Non eſt educatus ĩ thar
ſo ſed in municipijs adiacentibus
ciuitati. vñ non vocat ſe ciuem ſed
municipem a municipio ⁊ territo
rio ciuitatis in quo nutritus ẽ Di
cuntur autem municipia vicina ru
ra ciuitatis. que munera debita vl̃
tributa ſoluunt ciuitati.

¶ Qȝ cognitus a populo per-
miſſus eſt loqui preſidi.

Capitulum. cv.

IN ſequentibꝰ
oñr magis declaratur
quare ſe dixerit paulꝰ
ciuẽ romanũ. et ẽ ſum
ma. quia pater ſuus per obſequio-
rum diligentiã ſibi comparauerat
gratiã romanoꝝ ⁊ donatus eſt ab
eis romana libertate. vt putaretur
ciuis romanus ipſe ⁊ heredes ſui.
⁊ ſic iure hereditario habebat pau
lus conſortium romane ciuilitatiȝ.
A Act.xxij. Rogo ergo te ꝑmitte me loqui ad
populum. Et permiſſus cepit loq̃
hebraice. Quod audiẽtes magis
preſtiterunt eis ſilentiũ. Viri fra-
tres ego ſum homo hebreꝰ natus ĩ
tharſo cilicie. nutritꝰ in hac ciuita
te ſecus pedes gamalielis: ⁊ ab eo
eruditꝰ. ⁊ fui emulator legis ſicut
⁊ vos ⁊ ꝑſecutus ſum chriſtianos
Cuius rei teſtis ẽ mihi p̃nceps ſa
cerdotũ a quo accepi litteras ĩ da
maſcũ. vt ſi quos ibi inuenirẽ xp̃ia
nos: vinctos ꝑducerẽ in hieruſalẽ
Poſtea ꝑſecutus eſt quõ ꝑcuſſit
eum dñs cecitate in via: quomodo
cõuerſus ⁊ baptizatus ab anania.
quomodo poſt multũ circũitũ de
damaſco redijt in hieruſalem. Et
dum oraret in tẽplo factus eſt in
extaſi. ⁊ vidit ⁊ audiuit chriſtũ di-
centem ſibi. Feſtina ⁊ exi velociter
de hieruſalem qꝛ nõ recipient teſti
monium tuũ de me Ad quẽ ipſe re
ſpondit Dñe ipſi ſciunt quia perſe
quebar ſectatores nominis xp̃ia-
ni. ⁊ interfui lapidationi ſtephani
cuſtodiens veſtimẽta lapidantiuȝ
q. d. Debet eis ſufficere hoc exem-
plũ cõuerſationis mee. Et dñs ad
eum. Vade qm̃ ad natiões mittãt
te longe. quaſi diceret. Nec ꝓpter
hoc credent tibi iudei ideo mittã
te ad gentes que tã loco ꝙ animo
a iudeis ſunt longe.

¶ Qȝ paulus ciuem romanum
ſe fecit. Cap. cvj.

CUnqȝ vſqȝ ad
hoc verbũ ĩ ſilentio au F Act.xxij.
diſſent euȝ iudei. audi
to ꝙ deſtinatus eſſet
gentibꝰ. vnanimiter vociferati ſũt
ꝓijcientes veſtimẽta ſua. ⁊ pulue
rẽ iactantes in aera pre magnitu-
dine triſticie. quaſi furorẽ exp̃men
tes dicentes tribuno Tolle de ter
ra hominem huiuſmodi. Non eſt
enim fas eum audire. Et iuſſit eũ
tribunus induci in caſtra in turriȝ
ſcȝ illam que dicebatur antonia. ⁊
agrippia. ⁊ cedit flagellis ⁊ torq̃ri
vt ita non occiderẽt eum tormen-
tis eius ſatiati. Et cũ aſtrixiſſent
eũ loris dixit paulus aſtanti cẽtu
rioni Licet vobis flagellare hoieȝ
romanum indennatum? id eſt de
nullo reatu ordine iudiciario con-
uictum. Quo audito acceſſit cen-
turio ad tribunum dicens. Quid
acturus es. Hic homo ciuis roma
nus eſt. Et accedens tribunus ad
paulum queſiuit ab eo an rõmanꝰ
eſſet. Et confeſſus eſt. Et ait tri-
bunus. Ego multa ſumma pecu-

nie hāc ciuilitatē emi. Ego inquit paulus i ea nat⁹ ſum. qꝛ pater ſu⁹ vt ꝑtaxatū ē anteq̄ȝ gigneret eum. cōparata ſibi gr̄a rōanorū: ciuilitate romanorū donatus ē ab eis in ſe ꝛ in heredib⁹ ſuis. Et ſtatī diſceſſerūt inde q̄ erāt eū torturi quia timuit tribun⁹ audito q̄ eſſet ciuis romanus.

¶ De ſciſmate orto īter iudeos ex induſtria pauli. Capitulum.cvij.

G Act.xxij. POſtero autē die volēs ſcire diligēti⁹ cauſā accuſatiōis pauli ſoluit eum ꝛ iuſſit cōuenire ſacerdotes ad cōſiliū. Et ꝑducens paulū ſtatuit eū inter eos.

A Act.xxiij. ¶ Et cepit paul⁹ palā loqui conſilio. Viri ff̄es inquit: ego oī cōſciētia bona ꝯuerſat⁹ ſum apd̄ deū vſq̄ in hodiernū diē. Et ſtatim princeps ſacerdotū ananias ꝑcepit aſtantib⁹ vt percuterēt os ei⁹ quaſi impudēter gloriātis. Ad quē paulus. Percutiet te de⁹ paries dealbate. q.d. Vindicabit ī te de⁹ o hypocrita. qꝛ cū ſedeas ſuꝑ cathedrā moyſi: quaſi ſm̄ legē videriſ iudicare. ꝛ iudicas ꝯ legē. qꝛ cū me reputes blaſphemū nō me iudicas legiſ ordine. q̄ ꝑcipit blaſphemū extra caſtra educi: ꝛ eductū ab oī pp̄lo lapidari. Vł forte ꝓphetauit paul⁹ de abolitiōe ſacerdotij iudeoꝝ dicēs. Percutiet te ds̄ q.d. Deſtruet te deus ꝛ ſacerdotiū tuū. ſacerdotiū.ſ. iudeoꝝ. Tunc q̄ aſtabāt dixerūt. Summū ſacerdotē dei maledicis: Tunc paul⁹ ait. Neſciebā fratres pricipē eſſe ſacerdotū. reuera ſi hoc ſcirē: re⁹ eſſem. Scriptū ē ei.

B Exo.xxij. Pricipē populi tui nō maledices Vel q̄ſi myſtice ait ſe neſcire .i. ſacerdotiū iudeoꝝ reprobatū eſſe. qꝛ licet nouerit hūc nō eſſe vere pricipē ſacerdotum: tn̄ tēperate reſpōdet. inſtruēs alios vt modeſtius ſe

Nota. haberēt erga ꝑlatos ſuos. Tūc timens paulus impetū iudeoꝝ excogitauit quomō moueret ſciſma inter eos. Et cū ꝑſentes eſſent phariſei ꝛ saducei: corā omnib⁹ ꝓfeſſus eſt ſe eſſe de ſecta phariſeoꝝ vt ita cōciliaret ſibi animos eoꝝ. ꝛ eorū bn̄ficio euaderet manus alioꝝ. Et cum ꝓfeſſus eēt. facta eſt diſſenſio magna īter phariſeos ꝛ saduceos. — A Philip.iij. — E Math.xxij

¶ Vt dominus confortauit paulum. Capitulum.cviij.

C Act.xxiij. ET exurgentes quidā phariſeoꝝ. pugnabāt ꝓ paulo cōtra ſaduceos dicētes. Nichil mali inuenim⁹ in homine iſto. Quid ſi ſpūs locut⁹ ē ei vel āgel⁹. Hoc aūt ꝯtra ſaduceos dicebant. negātes angelū eē vel ſpm̄ vł aiaȝ. Et cū facta eſſet tāta diſſenſio. timēs tribun⁹ ne diſcerperet paul⁹ a ſaduceis ſcȝ volētib⁹ euȝ rapere: iuſſit milites deſcendere et rapere eū d̄ medio eoꝝ. ac deducere in caſtra. ꝛ ſic factū ē. Seq̄nti aūt nocte apparuit dn̄s paulo dicens. Conſtās eſto. ſicut em̄ teſtificat⁹ es de me in hieruſalem, ſic oportet te et rome teſtificari.

¶ Quomodo coniuratum eſt in mortem pauli. Capitulum.cix.

D Act.xxiij. FActo autē die collegerūt ſe q̄dā ex iudeis ꝛ deuouerūt ſe maledictiōi. ſi comederēt vł biberēt donec occiderēt paulū ꝓ q̄ i greco habeꝰ anathematizauerūt. Et erāt plusq̄ȝ.xl. viri q̄ hāc ꝯiurationē fecerāt. ꝛ acceſſerūt ad ꝑncipes ſacerdotū ꝛ ſeniores dicētes. Deuotiōe deuouim⁹ nos nihil guſtaturos donec occidam⁹ paulū Perſuadete ḡ tribuno vt adhuc ꝑducat eū i mediū ad vos. tāq̄ȝ aliq̄d ſitiſ certi⁹ cogituri de eo. Nos ꝟo pati erim⁹ īterficere eū. Forte h⁹ audiēs nepos pauli fili⁹ ſororiſ ei⁹. intrauit i caſtra. ꝛ nūciauit h⁹ paulo Et aduocās paul⁹ vnū d̄ cēturiōib⁹

bus ait. Adoleſcentem hūc p̄duc ad tribunū. habet enim aliq̄d indicare ei. Et cum veniſſet adoleſcēs ad tribunū expoſuit dolos ⁊ inſidias iudeorum cōtra paulū. Tūc dimittens adoleſcentem tribunus precepit ei ne alicui hoc reuelaret Et conuocatis duobus centurionibus ait illis Parate milites ducētos vt eāt vſqȝ ceſareā pedeſtres et eq̄tes. lxx. ſcȝ q̄ nō eāt pedeſtres ⁊ lāceartos ducētos a tertia hora noctis. ⁊ parate iumēta. x. Paulo ⁊ comitibus ſuis. ⁊ p̄ducite eū ſanū ⁊ incolumē ad Felicē p̄ſidem.

G Act. xxiij.

¶ Qȝ ante p̄ſidem cōtra tertuliū oratorem contendit. Cap. cx.

Scripſit quoqȝ tribun⁹ p̄ſidi epiſtolā in hunc modū Claudi⁹ liſias optimo p̄ſidi felici ſalutē. Nec ſeruauit q̄d in epiſtolis nr̄is ſeruam⁹. Nō ei excellētioris p̄ſone p̄miſit nomē: imo nomē ſuum q̄ erat inferior p̄ſona p̄ſide Poſtea expoſuit in ep̄la cauſam accuſationis pauli. ⁊ modū ⁊ ordinē actiōis. Cūqȝ veniſſent ceſareā nūcij cū paulo. tradita ep̄la p̄ſidi ſtatuerūt paulū ante eū. ⁊ ep̄la p̄lecta cognito q̄ eſſet de cilicia: ait p̄ſes Audiā te cū accuſatores tui venerint: ⁊ iuſſit eū cuſtodiri in p̄torio herodis.

A Act. xxiiij.

Poſt quinqȝ autē dies deſcēdit p̄nceps ſacerdotū ananias cū ſeniorib⁹ ⁊ cū oratore q̄dā tertulio qui eſſet aduocat⁹ eorum. Et orauit tertuli⁹ an̄ felicē: ⁊ in multis accuſauit paulū. Poſtea annuēte p̄ſide rn̄dit paul⁹ oſtēdēs qȝ nihil dignū morte ɔmiſerat. et q̄ p̄ſequebanf eū iudei p̄ p̄itate. ſcȝ q̄ p̄dicabat reſurrectionē. Et audito q̄ eſſet cōtrouerſia de lege eoꝝ: paruipēdēs felix ait. Audiā vos cū tribun⁹ liſias deſcēderit et iuſſit paulū eē in libera cuſtodia vt libere poſſet igredi ⁊ egredi ⁊ deābulare: ⁊ nō p̄hiberef quiſqȝ d̄ ſuis ei miniſtrare.

G Act. xxiiij. Incidens.

¶ Poſt aliquot vo dies venit felix cum vxore ſua druſilla ⁊ vocauit paulū. ¶ Iſta druſilla iudea erat pulcerrima quā olim cōcupierat lazit⁹ rex amaſonum. Et cū vellet eā ducere: negauit dicēs. qȝ nullo mō nuberet incircūciſo Poſtea ille circūcidit ſe ⁊ duxit eam.

¶ Qȝ felix voluit pecuniā extorquere a paulo. Cap. cxi.

Incidens.

Cum aūt miſſ⁹ eēt felix a claudio p̄ſes iudee: ſollicitabat eam p̄ iudeos vt nuberet ei. Et tandē inducta eſt ad hoc exemplo ɔgnate ſue beronice. q̄ olim dimiſſo viro ſuo nupſerat ditiori. ſcȝ agrippe regi filio herodis agrippe. q̄ habebat terrā vltra iordanē Dimiſſo igitur p̄ori viro ſcȝ lazito rege amaſonū nupſit druſilla felici Hec druſilla quia iudea erat libenter audiebat paulū de fide que eſt in ieſuȝ xp̄m.

G Act. xxiiij.

¶ Et cū diſputaret paul⁹ de iuſticia ⁊ caſtitate ⁊ i iudicio futuro: tremefactus ē p̄ſes audiēs ſe iudicandū. Et ait paulo Vade tp̄e oportuno accerſiam te. Hoc aūt dicebat: ſperās ſe aliq̄d ab eo accepturum. Putabat enim paulū habere pecuniā: vn̄ frequentius eū accerſiens loquebaf cū eo. Biennio aūt cōpleto ſucceſſit feſtus felici miſſus a nerone. Si aūt intelligatur biēnio a p̄ſidatu felicis nō poterit ſtare cū a lōge retro ɔſtitutus eſſet p̄ſes a claudio. Feſtus aūt miſſus ē a nerone q̄ ſucceſſit claudio. Si aūt intelligaf biēnio ab accuſatiōe pauli. nec ſic pōterit ſtare. Nō eñ adhuc fluxerāt duo anni ex quo venerat in hieruſalem Intelligendū eſt ergo biennio ab accuſatione felicis. ex quo ſcȝ accuſatus eſt a iudeis.

¶ De ſeditione inter iudeos ⁊ gētiles. Cap. cxij.

Incidēs C. Erat eſt enī diſſenſio inter iudeos et gentiles in cesarea de honore ciuilitatis. Iudei enī ꝓferebant ſe gentilibus. q᷑ herodes aſcolonita q̄ circūciſionē accepit fuerat conditor ciuitatis. ⁊ appellauerat eā ceſareā in honorē ceſaris. Gentiles ſe ꝓferebāt iudeis dicētes ꝙ a gentilib⁹ facta eſt ꝑmaria edificatio ciuitatis. q̄ anq̄ꝫ reedificaretur ab herode dicta eſt pirgo ſtratonis. Felix aūt ꝑmo fouit ꝑtem iudeorū. donec exhauſit marſupia eoꝝ. Poſtea fouit partē gentiliū. in tātū ꝙ militib⁹ gētiliū dedit licētiā intrādi domos iudeorū. ⁊ diripiendi bona eorū. Vñ accuſatus ē a iudeis ad neronē. ⁊ biennio ab accuſatione amotus eſt a ꝑſidatu ⁊ ſubſtitutus eſt ei feſtus.

G Act. xxiiij. ¶ Volēs aūt in fine ꝑſidatus ſui placere iudeis: reliq̄t paulū vinctū

A Act. xxv. ¶ Feſt⁹ aūt cū veniſſet i ꝓuinciā poſt triduū aſcendit hieroſolymā a ceſarea. ⁊ rogauerūt eū ꝑncipes ſacerdotū ⁊ ꝑmi iudeoꝝ vt iuberet adduci paulū i hierl'm parātes ei inſidias vt occiderēt eū in via. Feſtus aūt rñdit ſe i ceſareā maturius deſcēſurū. ⁊ eoꝝ accuſationē ſi ꝑiter deſcēderēt ibidē auditurū.

¶ De appellatione pauli. Capitulum. cxiij.

B Act. xxv. Demoratus autē feſtus in hierl'm paucis diebus deſcēdit i ceſaream ⁊ ſedit ꝓ tribunali. ⁊ ꝓductus eſt paul⁹ i mediū. ⁊ accuſatus eſt i multꝫ ab his q̄ deſcenderāt de hierl'm. ſꝫ nō poterāt ꝓbare q̄ obyciebanꝫ ei. paulo in oīb⁹ rōnē reddēte. Feſt⁹ aūt volēs placere iudeis ait paulo. vis aſcēdere i hierl'm. ⁊ d̄ his iudicari

Nota. apud me. Ad quē paul⁹. Ad tribunal ceſaris ſto. vbi opꝫ me iudicari. Erat aūt ſedes i ceſarea iuxta quā ſtabat paul⁹. quā parauerat herodes ceſari vt i ea ſederet ſi q̄n veniret in ceſareā. vl' quos mitteret iudices. Et excuſabat ſe paul⁹ dicēs Iudeis ſi nocui ſicut noſti. Si q̄d dignū morte ꝯmiſi: volo mori. Si vo nihil ꝯmiſi: nemo eſt q̄ audeat me tradere illis. q᷑ ceſarē appello. Tūc feſtus cū ꝯſilio reſpōdēs ait. Ad ceſarem appellaſti ad ceſareꝫ ibis.

¶ De hoc q̄d agrippa rogabat feſtum. Cap. cxiiij.

Et cū dies aliquot trāſacti eēnt. deſcēdit agrippa in ceſareā cū vxore ſua beronice. Ioſeph⁹ dicit d̄ beronice. Nō eſt intelligēdū. ꝙ fuerit vxor ei⁹ ſꝫ q̄ſi vxor. Erat eīn ſoror ei⁹. i. cognata ſm idioma hebreū. ⁊ tenerrime eā diligebat ⁊ ſponebaꝫ ei ꝙ abutebaꝫ ea. Deſcēdit aūt rex agrippa in ceſareā. audito ꝙ ibi eēt feſt⁹ vt accuſaret iudeos apud eum. Iſte nāq̄ꝫ agrippa infeſtus erat iudeis q᷑ cū accepiſſet poteſtatē romano imperatore ꝯſtituēdi ſūmū ſacerdotē in hierl'm ꝯſtituebat eos ſacerdotes q̄ nō erant aaronite. Fecerat eīn in palatio ſuo feneſtram eminētē. vñ poterat videre q̄cūq̄ꝫ fiebāt in tēplo ſacrificia. Qd̄ moleſte ſuſtinētes iudei fecerāt oppoſitū murū feneſtre eminētiorem feneſtra. Venerat ꝙ ſpecialiꝫ agrippa. rogatur⁹ feſtū vt murū illum obrueret. Cauſā tñ deſcēſ⁹ agrippe in ceſareā. nō habes in hiſtoria actuū. ſed ioſephus ſupplet. — D Act. xxv.

¶ Quomodo orauit paulus coram feſto ⁊ agrippa. Cap. cxv.

F G Act. xxv. Cumq̄ꝫ deſcēdiſſꝫ agrippa: honorifice receꝑt⁹ ē a feſto. ⁊ cum ꝑ dies plures morā feciſſet cū eo cōſuluit eū q̄d faceret d̄ paulo. et expoſita ei accuſatione iudeoꝝ ꝯtra paulū. reſpōdit agrippa ſe velle videre paulum

Altera die venerūt agrippa ⁊ beronice cum mlta ambitione.i.cum mlta turba eos ambiēte. vl' cū multa ambitiōe.id eſt cū mltiplici apparatu.vel cū mlta ambitōe. id eſt cū multo deſiderio ambiendi paulū. Et cū introiſſet auditoriū cum tribunis ⁊ viris p̄ncipalib⁹ ciuitatis.iubente feſto adduct⁹ eſt paulus. ⁊ dixit feſtus. Agrippa rex et vos oēs qui adeſtis ſimul videre hunc ſup quo vniuerſa multitudo iudeoꝛū īterpellauit me hieroſolymis dicētes eū dignū moꝛte. Ego uūt nihil in eo cōperi dignuȝ moꝛte. Ideo cū appellauerit ad auguſtū euȝ romā mittere decreui. Sȝ irrationabile michi videt̃ mittere aliquē vinctū. ⁊ cauſā ei⁹ nō ſignificare. Ideo cōſulo te ſup hoc rex agrippa. quia nō habeo qd certuȝ ſcribam de eo. ❡ Tūc agrippa ad paulū. Permittitur tibi loq̇ p̄ te. Tunc paul⁹ extēſa manu moꝛe cōcionātiū vel ad faciendū ſilētiū cepit de oībus reddere rationeȝ. ſup quib⁹ accuſabatur a iudeis. Beatū inquit me reputo rex agrippa. q2 in audiētia tua ſuȝ reſpōſurus. cum perit⁹ ſis in lege moyſi. et noueris cōſuetudines iudeoꝝ. P2opter qd obſecro vt patienter me audias. Et p̄ſecutus eſt modū cōuerſiōis ſue.et ſup quo accuſaret̃ a iudeis. Et poſt' mltos ſermōes pauli.reſpōdit. Feſt⁹ magna voce. Inſanis paule.multe littere te faciūt inſanire. Nō inſanio inq̇t paulus [optime Feſte] ſȝ ſob2ietatis ⁊ veritatis v̄ba loquo2. Scit enim rex agrippa i cui⁹ p̄ſentia loquo2. Nichil em̄ ho2uȝ eum latere arbitro2. Nec enim quicq̄ ho2ū in angulo factuȝ eſt. Credis agrippa p̄phetis. Scio q2 credis. Ad quem agrippa In modico ſuades me fieri chriſtianum. Ad quē paulus. Opto apd deū non tantū te. ſed ⁊ oēs q̇ audiunt hodie fieri tales qualis ego ſum.exceptis vinculis meis. No lo enim vinculatos eſſe.

Act.xxvi. A

Nō. o2atorē verum paulum.

❡ Qꝫ paulus miſſus eſt romam. Capitulum.cxvi.

Tunc ſurrexit rex ⁊ p̄ſes ⁊ beronice ⁊ qui aſſidebant eis. Et cū receſſiſſent loquebātur adinuicem dicentes. Nihil dignū mo2te aut vinculis fecit homo iſte. Et ait agrippa ad feſtum. Dimitti poterat homo iſte ſi non appellaſſet ad ceſareȝ. Et decreuit agrippa quia appellauerat mittendū eſſe ad ceſarē. ❡ Et tradit⁹ eſt paulus iulio cēturioni coho2t' auguſte militū.ſcilicet qui miſſi fuerāt ab auguſto. ⁊ pariter miſerunt rhomā nuncios iudei cōtra agrippam.aduerſus quem multas habebāt querelas.q2 vt ſupra p2etaxauimus: cōſtituerat hiſmaelem ſummū ſacerdotē cū nō eſſet de genere aaron. Et h̄ ponit ioſephus cathalogum ſacerdotum qui fuerant ab inſtitutione ſacerdotij vſq̄ ad terminum eiuſdem ſub diſtinctione trium tempo2um. Ab aaron vſq̄ ad tempus dauid. et fuerunt ſinguli. xiiij. vnus poſt alium in ſexcentis. xxij. annis. et ſuccedebant filij patribus.p2imogenitus filius aaron.ſ.eleazar ſucceſſit ei in ſūmū ſacerdotium filius eleazari ſucceſſit ei. et ita impoſterum. Nam de ithamar non erant ſummi ſacerdotes ſed mino2es niſi pauci circa tēpo2a dauid. Nam in heli ſacerdotium tranſlatum eſt ad filios ithamar. Abiathar quoq̄ erat de ithamar quem depoſuit ſalomon. ⁊ ei⁹ loco ſtatuit ſadoch qui erat de eleazar.

B Act.xxvi.

A Act.xxvij.

Ioſeph⁹ d' cathalogo ſacerdotuȝ

❡ Qꝫ incidenter narrat de ſacerdotibus iudeo2um. Capitulum.cxvij.

Incidens
d̄claratiuū.

D Auid aūt vo/
lens āpliare cultū dei
videnſq nō ſufficeret
vn⁹ ſūm⁹ ſacerdos ad
miniſtrationē. qꝛ ſi infirmaret̃ nō
erat iterim q̄ incēſum poneret. q̄d
neceſſe erat ſinglis dieb⁹ offerri. īſ=
ſtituit. xxiiij. ſūmos ſacerdotes q̄=
rū ſedecim erāt de genere eleazar.
viij. de gñe ithamar. Vn⁹ tñ illoꝝ
ex. xxiiij. ſūmus erat q̄ dicebat̃ pn
ceps ſacerdotū. Adminiſtrabāt āt p
ſeptimanas q̄ iure hereditario deuo
lute ſūt ad poſteros eoꝝ. Et vnuſ
q̄ſq. xxiiij. ſūmoꝝ ſacerdotū cū ad
miniſtrabat ſecū hēbat. xxiiij. mi=
nores ſacerdotes. ⁊ totidē leuitas.
⁊ totidē ianitores. duplicato nūe=
ro nathinneoꝝ. Fuerūt autē. x. et
viij. pncipes ſacerdotū a tēpore da
uid vſq ad trāſmigrationē babylo
nis in quadringentis ⁊ ſexaginta
annis. A trāſmigratiōe autē ceſſa
uit ſacerdotiū vſq ad reditū de ca
ptiuitate ſub zorobabel ⁊ ieſu ma=
gno ſacerdote. Et inde vſq ad tpa
machabeoꝝ fūit tēpus ſacerdotij.
Tēpus autē machabeoꝝ nō depu
tat̃ ſacerdotio. qꝛ idem erāt duces
⁊ ſacerdotes. ⁊ ſic vſq ad herodē
q̄ fecit occidi quotq̄t iuenerat d̄ ge
nere ſacerdotū. ne iteꝝ ad eos de=
uolueret̃ regnū. Et vendebat ſum
mū ſacerdotiū: qñq vni: qñq pluri
bus ſimul. Et fuerūt omnino vſq
ad euerſionē hierl̃m. xxviij. ſūmi ſa
cerdotes. A tpe āt herodis vſq ad
euerſionē hieruſalē nō potuit ioſe
phus ſūmā annoꝝ ſꝫ cōſtat fuiſſe
centū. v. cū herodes añ natiuitatē
domini triginta annis regnauit. et
dominus trigintatribus annis vi=
xit et a morte domini vſq ad euer=
ſionem hieruſalem. xlij. anni fluxe=
runt. Sed de his hactenus.

¶ De tempeſtate in mari quā pre
dixerat paulus.
Capitulum. xxviij.

T Radit⁹ ē pau= A
lus iulio cēturioni vt Act. xxvij.
pretaxatū ē. Et dedit
dñs gratiam paulo in
oculis ei⁹ vt humane tractaret eū.
nec prohiberet amicos ei⁹ ī ciuita
tib⁹ p quas trāſibat ei miniſtrare.
Proſequitur ḡ lucas de pgreſſu
itineris. Aſcendentes inq̄t nauem
adrumentinā incepim⁹ nauigare
circa aſie loca. Quidā ſyllabicādo
volūt diſtinguere ad rumētinā vt
dicatur ſm eos nauis ad rumenti=
nā. ſcilicet romā tendens ſed meli⁹
a nomine ciuitatis dicit̃ ad rumen
tina. Adrumētis enī ē ciuitas afri
ce. ¶ Poſtea enumerat lucas ciui
tates p quas trāſibāt. quas nō eſt
neceſſe enumerare. niſi in q̄bus ali
qua geſta ſunt nō pretermittenda.
Inter cetera venerūt liſtrā. vbi ha
buit paulus plures amicos q̄ mini
ſtrauerūt ei. Ibi inueniēs ceturio
nauē alexandrinā nauigantē ī ita=
liā tranſpoſuit nos in eā vt dicit lu
cas. de naui ſcꝫ quā prius aſcēdera
mus nos trāſtulit in illā. Et cum
multis dieb⁹ nauigauim⁹ lēte. vē
to ſcꝫ ire liberi⁹ phibente. tandem
adnauigauimus crete. ⁊ īde vix de
uenim⁹ in locū qui dicit̃ bonipor=
tus. ⁊ ibi multo tēpore fuimus. nō
auſi ingredi mare. cū non eſſet ap=
ta nauigatio. eo q ieiuniū preteriſ=
ſet. id eſt fames magna in nauigio
ad nauigandum reddens nautas
infirmiores. Vel de ieiunio. vij. mē
ſis intelligi poteſt quod ē inter diē
propitiationis ⁊ ſcenophegie. ſcili
cet iter. x. diem ſeptēbris ⁊. xv. ⁊ ſic
probat nō eſſe tutā nauigationē.
quia iam erat ſeptim⁹ mēſis. qui ī=
ferius eſt hyeme ſm hebreos. qui
aprilem primū cōputant. In hye=
me autem non eſt tutū nauigare.
Vel pōt intelligi de ieiunio iſtitu
to in memoriam mortis godolie.
quod fit in fine ſeptembris. Vel
de ieiunio decimi mēſis. quod ſci=

licet fiebat in ianuario. qđ cōſtitue
runt auditis rumorib⁹ de cōſtru-
B ctione tēpli in babylōe. ¶ Cū aūt
Act.xxvij. moleſtū eſſet centurioni et alijs q̄
nō poſſent nauigare . cōſolabatur
eos paulus dicēs. Uiri video for-
te ex ſignis tēpeſtatis vł in ſpū p̄-
phetico. quia non ſine multo dāno
nō ſolū oneris ⁊ nauis: ſʒ etiā ani-
marū veſtrarū poteſtis nauigare.
Cēturio autē magis credidit nau
clero ſiue nauiculario q̄̄ paulo .i.
dn̄o nauis. Naucleros eñ dicit̄ in
cuius ſortē cedit dominium nauis
Cleros eñ ſors dicitur. Hoc aūt
cōpulit centurionē magis credere
nauclero q̄̄ paulo. q: portus ī quo
erant nō erat idoneus ad hyeman
dū. ⁊ ideo cōſulebant oēs inde na-
uigare. ſi quo mō poſſent ad alium
portū peruenire. q̄ magis eſſet ido
neus ad hyemādūʒ. Et cōtra cōſi-
liū pauli aſpirante auſtro ad por-
tum ꝓpoſitū anhelantes intrauerūt
mare. Et cū aliquantulū proceſſiſ-
ſent. inſurgēs vent⁹ triphonic⁹ ir-
ruit contra nauē qui dicebat̄ euro
aq̄lo. Dicitur autē vētus triphoni
cus quaſi inflās mare. ⁊ faciēs itū
meſcere. Triphos eñ interpretat̄
inflatio. Et cū arrepta eſſet nauis.
⁊ nō poſſet conari cōtra ventū. ceſ
ſante remigio ferebamur ī incertū
decurrentes ad inſulā quandā que
dicitur cauda. ⁊ vix potuim⁹ obti-
nere ſcaphā de naui in mare depo
ſitā in adiutoriū nauis. quia ī ſpetu
Scapha dr fluctuū fere rupta eſt. Scapha di-
citur leuis nauicula de vna tātū ar
bore concauata. Uel dicit̄ modica
nauis viminea crudo corio tecta
cuiuſmodi vtunt̄ pyrate. Et dicit̄
a ſcaphon qđ iterp̄tatur ſpeculuʒ.
quia huiuſmōi nauibus vtūtur py
rate ad ſpeculandū ⁊ explorandū.
⁊ deferunt̄ huiuſmodi nauicule in
nauib⁹. ⁊ imminēte naufragio de
ponunt̄ in mare ad ſubueniendūʒ
naui. quia his nauis accingitur et
in procinctu tempeſtatis armatur.

Cū autem ſic tempeſtatē valida iu
ctarentur. ſequēti die fecerunt ia-
ctum .i. eiectioneʒ vtenſiliū đ naui.
¶ Qʒ cōſtitutos in periculo pau-
li ſ confortauit. Capitulum.cxix.

Et cū neq̄ʒ ſol ī D
die neq̄ʒ ī nocte luna ⁊ Act.xxvij.
ſidera apparerēt abla-
ta erat oīs ſpes ſalutʒ:
Et cū feciſſent diuturnū ieiunium
forte volūtariū ꝓ amouēda tēpe-
ſtate. vł neceſſariū. q: forte artabā
tur penuria victualiū. omnib⁹ pro
iectis in aquam. ſtans paulus ī me
dio eorum dixit. Sanum erat con-
ſilium adquieſcere mihi et lucrifa-
cere iniuriam hanc ⁊ iacturā. Nūc
tamen ſuadeo vobis bono animo
eſſe. Certi eſtote quia nemo peri-
clitabitur ex vobis . nec patiemini
iacturaʒ niſi nauis. Aſtitit eñ mi-
chi hac nocte angelus dei cui ſum
dicens. Ne timeas paule. ceſari o-
portet te aſſiſtere. Et ecce: donauit
tibi deus omnes q̄ nauigant tecū.
id eſt merito tuo cōſeruabit. vt ne-
mo ex eis p̄iclitetur. Propter qđ lo-
quit bono animo eſtote. Credo eñ
deo meo. quia ſic erit quēadmodū
dictum eſt mihi. ⁊ in inſulam quā-
dam oportet nos venire. Ideo au-
tem de hoc predicit eis veritatem:
vt videntes hoc impletum certius
ſperent ſalutem. Sed poſtq̄̄ .xiiij.
die nox ſuperuenit circa mediam
noctem ſuſpicabantur naute appa
rere ſibi aliquam regionem. ⁊ ſum
mittentes pōdus plumbi quo ma-
ris profunditas exploratur . inue-
nerunt paſſus .xx. Et puſillum in-
de ſeparati. inuenerunt paſſus. xv.
⁊ timentes ne in aſpera loca incide
rent. de puppi mittentes ancoras.
iiij. optabant diem fieri.
¶ De conſtantia pauli. Ca.cxx.

Et cum vellent F
naute aufugere demit- Act.xxvij.
tentes ſcapham in ma-

re. vidēs hoc paul⁹ in ſpiritu. ait cē
turioni ꝛ militib⁹. Niſi ī naui mā-
ſerint homines iſti non poteſt; ſal-
ui fieri. Et ſtatim milites abſcide-
runt funes ſcaphe et abijt per ma-
re. Cum autē illuceſceret dies ro-
gabat paulus omnes vt ſumerēt ci
bum. vt fortiores eſſent ad laborē
ſuſtinēdum. Quartadecima inqͣt
dies eſt hodie. ex quo expectauim⁹
ſerenitatem aeris. ꝛ ꝑmanetis ieiu
ni nihil accipiētes Forte die illa ni
hil comederant. vel forte dies plu-
res ſine cibo tranſierant. Cōforta
mini inquit ꝛ cibum ſumite qꝛ nec
etiam capillus de capite veſtro pe-
ribit. Et hoc dicto ſumebant panē
in conſpectu omniū cum gratiarū
actōe iuxta morem ſolitum. ꝛ cum
fregiſſet cepit mādùcare. Alij quo
qꝫ animequiores facti ſumpſerunt
cibum. ꝛ erant anime in naui ducē
te ſeptuagintaſex.

F. G Act. xxvij. ¶ Proſecutio hiſtorie. Ca. cxxj.

Tunc confortati cibo alleuiabant na-
uem iactātes triticū ī
mare. Cum autē dies
factus eſſet: nō agnoſcebant terrā.
Sinum autem quendā conſidera-
bant habentē litus. in quē cogita
bāt ſi poſſent eijcere nauem. Et cū
ancoras ſuſtuliſſent committebant
ſe mari ſine conatu remigij. Et le-
uato artemone iuxta q̄ ventus eos
ducebat. tēdebant ad litus. Arte-
mo dicitur modicum velum. dire-
ctioni nauis potius accōmodatū
q̄ celeritati. Et cum incidiſſent in
locū bithalaſſū impegerūt nauē.
Bithalaſſus proprie lingua terre
dicit in mare protenſa. mari hinc ꝛ
inde circūdata. Et dicit bithalaſ-
ſū quaſi mare bifidum terre inter
iectu diuiſū. Et cū nauis offendiſ
ſet in bithalaſſū. prora manebat ī
mobilis. Puppis ꝟo frangebat
maris impetu ſuperuenientis. Et
cōſulebant milites omnes vinctos
occidi. ne forte natādo aufugerēt;

¶ De verbo pauli ad centurionē.
Capitulum. cxxij.

Centurio vero volens ſeruare paulū ꝓhibuit hoc fieri. ꝛ ꝑ-
miſit quotqͦt ꝛ quocūqꝫ
modo poſſent euadere. et iuxta qđ
predixerat paulus euaſerunt omnes: egreſſi in inſula que vocabat
mitilene. Et cū egreſſi eſſent bar-
bari habitatores inſule officia hu-
manitatis diligenter exhibuerunt
eis. Accenſa enim pyra reficiebant
eos. Et dum paulus colligeret ſar
menta ꝛ congereret in pyram. vi-
pera iter ſarmēta latēs adheſit ma
nui eius. Cum autē viderent bar
bari viperam in manu eius pendē
tem. adinuicē dicebant. Utiqꝫ ho
micida eſt homo iſte. nam cum de
naufragio euaſerit. vltio diuina eū
amplius viuere nō permittit. Ex-
cutiēs aūt paulus vipam in ignē
nihil mali paſſus ē. At illi expecta
bāt. vt intumeſceret manus eius. qꝛ
tumor ſolet ſequi poſt venenū. Et
cū diu expectaſſent. ꝛ nullā in ma-
nu eius deprehenderet leſionē. cō-
uertentes faciem ſuā ad ſe inuicē
dicebant. Homo iſte deus eſt.

G Act. xxvij.

A Actuum xxviij.

¶ Qꝫ ſanauit principis patrem. ꝛ alios. Capitulum. cxxiij.

Contigit autem patrē publij ꝓncipis inſu
le febrib⁹ ꝛ diſſēteria laborare. id ē
fluxu ventris. Ad quem cū paul⁹
introiſſet et orando impoſuiſſet ei
manus: ſanauit eū. Quo facto om
nes qui erāt in inſula īfirmi acce-
debāt ad eū ꝛ ſanabant. ¶ Poſt
mēſes aūt tres inuenerūt nauē ale
xādrinā que ī inſula mitilene hye-
mauerat cui nomē erat caſtrū inſi-
gne. cui ſcilicet inſule qꝛ adhuc ibi
apparebant quorundā caſtrorū ve
ſtigia q̄ antiqͥ⁹ ibi fuerāt edifica-
ta. vl' cui naui qꝛ ī modū caſtrorum

B Act. xxviij.

erāt inſignia velis lLexta. ¶ Alia tranſlatio hꝫ cui erat inſigne caſtoꝝ. qui gemini sūt caſtores ſcꝫ caſtor ⁊ pollux quos gētiles pcipue in piculo maris inuocāt. ⁊ iō in litore maris eis tēplū fecerāt. Hoc aūt ex alia tranſlatōe euidenti⁹ eſt vbi habetur cui erat inſigne filioꝝ iouis. Fabulant̄ ei gentiles caſtorem ⁊ pollucem fuiſſe filios iouis.

C Item. ¶ Cum aūt aſcēderent nauē. multis honoꝛib⁹ honoꝛauerūt nos. et poſuerūt neceſſaria in naui. Et cū veniſſent ſiracuſam māſerūt ibi triduo ⁊ inde venerūt regiū ⁊ ide p⁹ vnū diem flāte auſtro venerūt puteolos. p quo aliꝫ libꝛi hūt puteoloſum. Et eſt nomē inſule. vbi inuenerūt fratres. ⁊ rogati ab eis manſerūt ibi ſeptē dieb⁹. Cuꝫ aūt audiſſent aduētū eoꝝ fratres q̄ erāt rome occurrerunt eis vſq; ad foꝛum appij. i. ab apio in litoꝛe maris ꝯſtitutuꝫ vt de nocte applicātes ibi inuenerūt victualia venalia. vbi conſtituerant tres tabernas tres ſcilicet domos in litoꝛe. i quib⁹ exponerentur cibi venales.

¶ Qꝫ receptus eſt a fratrib⁹ chriſtianis. Capitulum. cxxiiij.

D Act. xxviij. Et cum vidiſſet paul⁹ fr̄es ad ſe venietes grās agēs deo accepit fiduciā. minus ſcꝫ timuit. Et q2 añ aduentū pauli iā rhome erāt xp̄iani patet ex hoc loco petrum ⁊ paulū nō pmo predicaſſe rhomanis. Qꝫ ſi quādoq; legatur: de cōſtitutiōe vel cōfirmatione fidei itelligendū eſt: nō de pꝛimaria inſtructiōe. Cū autē veniſſent rhomā nōdū erat nero ꝯfirmatus in regno nec inualuerat neq̄tia eius. Et audiēs cōtrouerſiam eſſe de lege iudeoꝝ ⁊ chriſtianoꝛuꝫ vilipendit. Et pmiſſus ē paulus libere ire per ciuitatē. cū vno tm̄ milite eū cuſtodiēte. Timuit aūt ne foꝛte iudei qui ꝑſecuti eū erāt i. iudea miſiſſent litteras ad iudeos q̄ erāt rhome vt in dolo eum occiderent. Ideoq; poſt tertiū diē cōuocauit pmos iudeoꝝ. Et cū cōueniſſent: dicebat eis. Ego fratres non veni gentē meā accuſare ſed coact⁹ ſum appellare ad ceſareꝫ. q2 iniuſte traditus ſum a iudeis i man⁹ rhomanoꝝ. Propterea volo vos fratres ſcire. quia nulla ē cauſa moꝛtiſ mee niſi quia pdico reſurrectionē moꝛtuoꝝ. At illi dixerūt ad euꝫ. Neq; litteras accepim⁹ a te d̄ iudea. nec aduenies aliquis fratrū locut⁹ eſt de te malū. Volumus aūt a te audire q̄ ſentis d̄ ſecta chriſtianoꝝ cui adheres. audiuim⁹ enim ꝙ ei vbiq; contraditur. Et die aſſignata venerūt ad eum plures in hoſpitium ſuū q̄bus exponebat legē ⁊ ꝓphetas pdicans d̄ ieſu a mane vſq; ad veſperā. Et quidā credebāt his q̄ dicebant̄. aliꝫ nō credebāt. Et cuꝫ diſcederent diſſentiētes. cepit eos paulus arguere in hūc modū. Bene ſpūſſanctus de vobis locut⁹ eſt p eſaiaꝫ dicēs. Vade ad populum iſtum. ⁊ dic ad eos. Aure audietis nec intelligetis. et videtes videbitis ⁊ non percipietis. Incraſſatuꝫ eſt enī coꝛ populi huius ⁊ auribus grauiter audierunt. et oclos ſuos compꝛeſſerūt ne foꝛte videāt oculis ⁊ aurib⁹ audiant. ⁊ ꝯuertant̄ ⁊ ſanaꝫ eos. qm̄ in gentib⁹ miſſum ē hoc ſalutare dei. ⁊ ipſi audient.

Nō. pauli cautam diſcretionem

C Eſa. vj. B Math. xiij. B Marci. iiij. B Luce. viij. F Joh. xij.

¶ Quo tempoꝛe libere predicauit. Capitulum. cxxv.

G Act. xxviij. Manſit autem paul⁹ toto biēnio i hoſpitio qd̄ ipē ꝯduxerat in libera cuſtodia. ⁊ ſuſcipiebat oēs q̄ igrediebant̄ ad eū. pdicās r̄bū dī. ⁊ docēs d̄ dn̄o ieſu xp̄o cū oī fiducia ſine ꝓhibitione.

¶ Et vide q2 añ aduētū pauli rhomā iam regnauerat nero duobus annis. Et veniens rhomam p biēnium fuit in libera cuſtodia ⁊ poſtea p decēniū i magis libera. quia

Hic finit̄ liber actuuꝫ apl̄oꝝ: ⁊ ſequitur incidena.

nero nondū confirmat⁹ in regno erat. ⁊ dedit ei liberā licentiam de ambulandi ⁊ circūeundi ꝑ partes occidētis ⁊ predicandi.

¶ Quo neronis iperij anno paſſus fuerit. Cap.cxxvj.

Adiunctū incidens ð ſctō paulo.

QUartodecimo vero anno imperij neronis. cū iam eius neqtia inualuiſſet. ⁊ iam ī iudeos ꝯſpiraſſet. poſit⁹ eſt paul⁹ rome ī carcerē. vbi multos ð familia neronis ꝯuertit ⁊ familiaritatē ſenece magiſtri neronis ꝯparauit. Et eodē. xiiij. anno vltimo ſcʒ iperij neronis martyrio coronati ſūt ipſe ⁊ petrus. Vn̄ ptʒ eos errare q dicūt nō eadē die occiſos eſſe. niſi intelligatur eadē die anno reuoluto. qđ ſtare nō pōt. cū cōſtet. eodē anno ſcʒ. xiiij. eſſe occiſos ⁊ eadem die.

¶ In qbus locis puniti fuerint petrus ⁊ paul⁹. Ca.cxxvij.

Aliud incidens nō de biblie textu

DE loco aūt videntur minus ſentire quidā. qui putant ī eodem loco occiſos. qꝛ legitr. Glorioſi pͥncipes terre quomodo in vita ſua dilexerunt ſe: ita ⁊ in morte non ſunt ſeparati. Potius tamen videtur paulus tanq̄ ciuis honorabiliori morte occiſus qꝛ gladiatus ⁊ in catacūbis ꝓ ſus occidentē. Petrus ꝓo crucifixus in vaticano in vico ſcʒ q̄ eſt extra ciuitatē vbi fiebāt dolia. ⁊ ita paulus honorabiliori morte mortuus eſt. qꝛ gladiatus. Gladio eīn perimebantur nobiles. ⁊ ī loco magis honorabili. ſcʒ in catacūbis.

¶ Scolaſtica hiſtoria magiſtri Petri comeſtoris. diligentiſſime reuiſa; certiſqꝫ ſacre biblie capl'orū vn̄ ſumit magno cū labore quotationibus nunc p̄mū aptata. Ope atqꝫ impenſa honeſti viri Iohānis Petit Pariſien̄ librarij illic impreſſa. Anno Milleſimo quingenteſimo terciodecimo. Die vero xvij. Menſis. Auguſti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google